1 QVi†vult foueam in suo iuxta fundum alterius facere, quantum profundum est, aut tantum derelinquat. l. fi. fini. regund. quæ habetur duobus modis in litera. Vno modo cum illa disiunctiua, Aut, & ita communiter habetur, & est sensus, quod debet fodiens tantum spatium relinquere à fouea vsque ad fundum vicini, quantum est profundum. i. profunditas ipsius foueæ, aut tantundem. i. quantum extenditur fouea in latitudine super eius summitate, & hoc sentit ibi gl. sup. uer. tantundem, cum ibi disiunctiua referatur ad fodientem si maior esset profunditas, quam latitudo, uel econtra, erit in electione fodientis, uel relinquere spatium profunditatis, vel latitudinis, ar. l. plerunq; in fi. de iure do. cum si Alio modo habetur litera in d. l. fi. sine illa disiunctiua, Aut, & solum dicitur, Quantum profundum est, tantum derelinquat. & tunc est sensus, quod fodiens debet indistincte relinquere tantum spatium, quantum est profunditas foueæ. & intelligo illum textus. de fouea, siue fiat iuxta vicinum fundum vrbanum, puta parietem uicini, quia licet illa l. fi. sit posita in ti. fini. reg. tamen locum habet in prædio vrbano, vt dixi supra, de pariete siue muro, circa princ. & probatur per gl. in l. fluminum §. præterea. in uer. fumarii ibi. fallit hoc, ubi fodis iuxta parietem meum magis quam possit, quod non licet, & noluit dicere. per d. l. fin. fini. reg. siue fouea fiat iuxta parietem rusticum. Item intelligas fouea propriè, quando habet istud nomen speciale foueæ, vt l. 1. §. fossa. ne quid in flu. publ. vel quando siccandorum agrorum causa facta est l. in summa §. 1. de acq. pl. arc. uel quando est facta pro animalibus potandis, uel pannis lauandibus, uel anseribus, vel anatibus in ea retinendis. Secus si fouea esset, quæ transiret in aliud nomen speciale, sicut est puteus, quia passum tunc debet relinquere. d. l. fi. fin. reg. & dixi supra, de puteo. Idem si esset fouea, quæ dicitur plenius, ut dixi sup. de penu, in fi. in tamen, quod si vellet facere fossatam communi diuidundo agruum suum in fundo vicino non teneretur derelinquere illud spatium, imò de consuetudine seruatur, vt fiat in confinio fodientis, aut etiam in confinio utriusque. l. 2. §. preterea. & ibi gl. de aq. pl. ar. & tunc in dubio esset communis, vt no. ibi glo. & dixi supra, de ingressu. & dicam plenius in seq. li. de fossatis. Licitũ est etiam in suo fodere & auertere aquæ venam, quæ decurrebat ad fundum vicini, si hoc fiat, ut sibi proficiat, & nõ principaliter ut uicino noceat. l. flum. §. fin. cum duabus ll. seq. de dam. inf. & l. 1. deniq; de aq. pl. ar. & probatur in l. quot. *la prima*, in prin. ibi, aliter atq; de ser. & no. Pa. de Ca. in l. si tibi. per illum tex. C. de ser. & dixi supra

2 de puteo, uer. quid si in domo mea† Si quis fossam fecerit ursorum uel luporum, aut cervorum capiendorum eã in uia publica, aut itineribus publicis, aut in sylua publica, & bos in eas inciderit, agere potero interdicto quod in publico factum est. l. si alius. §. pen. quod ui aut clam. & et possum agere l. Aqu. nisi mihi prius denunciauerit, uel nisi sciuerim. l. quod fouea ad l. Aq. & no gl. in d. §. pe. vel nisi esset facta fouea in locis, ubi fieri solet. d. l. qui foueas. & idem dicas in foueis quæ fiunt causa collocandi frumenta, prout

3 fit in Marchia.† Sed an ille possũt fieri sub solo publico? Et teneo, quod non de iure, quia in so-

in solo publico non est licitum priuato aliquid immittere sine principis licētia uel su perioris.l.2.in princ ne quid in loco publ, & max me si est via publica, seu iter publicum.l.ædiles.§.cura aūt est.de uia publica. alias,est de loco publico fruendo.& p illæ foueas efficiatur deterior via.& via dr deteriori fieri,si per illas foueas impeditur vsus eius ad commeandum,hoc est, eundum vel agendum.aut cum via plana fuerit, clinosa fiat,uel ex molli aspera,aut angustior ex latiori aut palustris ex sicca.l.2.§.deterior. ne quid in loco publico.In hoc tñ puto, q sit conseruanda consuetudo loci,per l.1.& l.an in totum.C.de ædif. priu.per gl.in rubr.C. quæ sit lon.cons.quæ loquitur de porticibus vbi vero non sit consuetudo,serua quod dixi Cetera circa istam materiam vide in seq. lib.in tit.de fossatis,in sequenti tit.vers.nec obstat quod dixi.

De arboribus. Cap. LXXXI.

1 *Oliuam uel ficum in suo plantas quid obseruare debeat.*

2 *Arborem si quis in suo plantauerit iuxta alterius regionem,legitimo dimisso spatio,& postea radices in tantum excreuerint,quod domus meæ fundamento ruinæ periculum afferatur,an contra eum qui plantauerit,vel qui plantatam habeat,agere potero.*

3 *Arbor si radices miseris in fundum meum, seu in murum domus meæ,an eas propria auctoritate incidere ualeam,vel cum auctoritate iudicis.*

4 *Arbor tua si supra domum meam uel fundum meum pendeat an illud totum quod ex arbore sup per meo pendet auctoritate propria abscindere possim.*

5 *Arbore tua supra domum meam pendente,quod remedium competat.*

6 *Dictio In,aliquando pro De,ponitur.*

7 *Interdictum de arboribus cædendis tam directum quam utile tribus in casibus competit.*

8 *Arbor ex fundo tuo in viam publicam si ita caderet ut itineri impedimento esset,eamq; pro derelicto habeas,quid iuris.*

9 *Arbor si in fundum vicinum radices porrexerit, an vicino eas incidere liceat.*

10 *Arbor cuius esse videatur,radicibus in vicini fundo arbor aliter illatis.*

11 *Arbores alienas si quispiam in suo plantauerit vel suas in alieno cuius erunt.*

12 *Arbores alienas incidens,Aquilia;& arb.fur tim cæsarum tenetur.*

13 *Arboris appellatione quid veniat.*

14 *Arbore mea si fructus in fundum tuum cadant an mihi colligere licitum sit.*

15 *Fundum si vendiderim,& acceperim arborem, & ea cecideris, & demum eius radices pullos emiserint an eos uendicare possim.*

16 *Vsufructuarius arbores etiam infructuosas excidere non potest,quæ deambulationes opacas, & amœnas reddunt.*

1 Oliuam †& ficum in suo plantans a fūdo vicini p nouem pedes distet, alias autem arbores,seu tigna,per quinque pedes vt l.fin.fin.reg.& ratio potest esse propter radices,& ramos,& frōdes.Sed si aquæductus discurrit per locum priuatum,debet ab vtraque parte esse spatiū 15.pedum,in quo nullæ sunt arbores,& si quæ nascerentur debent excidi.l.1.& ibi hoc no.Bart. C. de aquæd. lib 11.& est ratio secundum Bart.ibi. in fi. qa est præsumptio, quod arbor radices mittat & extendat per 15.pedes Si vero aquęductus transitum faceret per loca publica, debet esse latitudo 10.pedem munda ab omnibus arboribus.l.omnes.in princ. eo.ti.de
2 aquæduct.libr.10.& not. Bart.in d.l.1.†Sed quid si quis plantauit arborem in suo iuxta regionem alterius dimisso legitimo spatio secundum d.l.fin.fin.reg.& postea ita excreuerunt radices,quod fundamentum vicinæ domus ruinam,seu periculū afferat,an possit agi contra eum,qui plātauit,uel qui plātatā habet?Et videtur,quod non per l.Gracchus de adult quia dicitur, quod initium expectandum,ut not.plene per glo.& Doct. in c.dudum ad audientiam.extra de elec.contrarium tamen est verius,per l.1.C.de interd.& ibi hoc no.gl.fin. in fin & est rō, quia licet in suo sit licitum facere quodlibet. l. procul.de dam inf.tamen illud verum,dum modum nihil immittat in alienum.l. sicuti.§.Arist.si ser.ven.& ita tenent Doct. in d.
3 l.1.†Dubium tantum est, an hoc casu quo radices misit arbor in fundum meum, seu ī murum domus meę, an eas possim propria auctoritate incidere,an vero cum auctoritate iudicis. Et vř, quod propria auctoritate possim.l.quemad.§ si protectum.ad l Aqu. & l.si uitem.§.si ianuam.quod ui aut clam. Nec videtur obstare d.l.1.de interd.quia lex cūdū aliquos non inducit necessitate de actione iudicis.l. 3.C.de pig.Alij dñi,& istuc

est

est uetius, sed'm Pe. Cy. & Doct. in d. l. 1. q ñ possim propria auctoritate incidere, sed cũ auctoritate iudicis, ut d. l. 1. & l. si plures §. si arbor. ai. fur. cæs. Nec ob est, qd' dixi, qñ qd est immissum in meum, possum propria auctoritate tollere, quia in hoc est distinguendum, Aut aliqd imittit in suo qs, & a se pos sesso, in cõtra ius nihil debitũ, & tunc est necesse recurrere ad interdictũ, qd vi aut clã, & de no. op. nun. vt l. si vite. §. si ad ianuam qd' vi aut clã. & l. d pup. §. meminisse. de no. op. nun. Aut qs vult in rẽ meã imittere, & tunc aut illud imissũ non tãgit rẽ meam, sed pendet supra, & tunc illud propria auctoritate non possum remouere. d. l. quamad. §. si ꝑtectũ. ad l. Aq. Aut tangit rem meã, & tunc aut illud imissũ est artificiale, qd' conuenit opi manu facto, quia foueã facit p q̃ incurrit aqua p murũ, & tũc propria auctoritate mea possum tollere, ut d. §. si ꝑtectũ. Aut missio nõ ẽ artificialis, sed naturalis, ut qñ vicinus meus plantat in suo, & postea radices naturaliter intrant in meum, & tũc ꝓpria auctoritate euellere & incidere non possum. d. l. plures. §. si arbor. aib. fur. cæs. & d. l. 1. C. de interd. & ibi hoc no. Cy. Bar. & Doc. Et pdicta
4 ꝓcedunt in radicib. †Sed quid in frondib. & ramis? pone, arbor tua pendet supra domum meã vel fundũ meũ, an possim totũ, qd' ex arbore super meo pendet, ꝓpria auctoritate abscindere? Et vr̃ q sic, per l. 1 de arb. cæden. & hoc tenuit gl. ibi p l. pignoris. C. de pi. ac. & l. liberum. C. qñ lic. vnicuiq; sine iud. vin. in contrariũ gloss. allegat in d. §. 1. l. 3. C. de pign. s. q cum iud. auctoritate hoc fieri dẽt, & pro hoc d. § si ꝑtectum. Ac etiam quia si ingredior in tuum, contra tuam voluntate, tibi teneor actione iniuriarum. in l. is qui. de iniu. In hoc conclude secundum Bart. in d. l. 1. de arbor. cæden. quod est practica, quando arbor tua pendet in ædes meas. primo debeo tibi denunciare, ut eam adimas, secundũ uerba edicti. de arb. cæd. ar. d. l. 1. in prin. & in. §. ait prætor. Et consimile est, quod de hac denunciatione hat instrumentum, si tu neq; ligis adimere, & ego auctoritate mea vado, & succido, cum neminem prohibentem inueniam, nec alias fuerim prohibitus, licite facio. Nam non committo uim, cum non fuerim prohibitus. Item non facio clam, cum ius mihi permittat d. l. prima. §. primo. de arbor. cæden. non debeo credere uel suspicari, quòd contra iustitiam mihi resistas & controuersiam facias. Sed si cum uenerim ad incidendum resistens, iuẽ nõ possum mea auctoritate tollere, sed debeo recurrere ad interdictum de arb. cæden. & est casus in d. § 1. Est. n. prohibitum, ne mihi domino ædiũ tu dominus arboris uim facias.
5 †Circa prædicta quæritur, q remedium cõpetat. Distingue tres casus, Aut arbor tua pẽdet supra domum meam, & tunc agi potest ex primo capite, de arb. cæd. ut arbor tollat in totum, & succidi debeat a stipite. l. 1. § 1. de arb. cæd. Aut arbor tua pendet supra agrũ meum, & tunc ex secundo capite eiusdem edicti non agitur; vt tollatur in totum, sed vt coerceatur & incidatur 15. pedibus a terra. d. l. 1. § deinde ait prætor. & hoc not. glo. in d. l. v. C. de interdic. & ibi per Cy. & Do. Et rõ differentiæ est inter istos duos casus, quia in prima, quando arbor supra domum alienam pẽdet. nocet domui rõne pluuiæ, sed in secundo casu, quando est supra agrũ non nocet agro nisi ratione solis, qui intrat terram, sedm Cy. in d. l. 1. Aut arbor non pẽdet supra domum, uel agrũ alienũ, sed radices mittit in alienam domum, & iste est tertius casus, de quo non loquitur edictum de arboribus cæden. sed prouisio d. l. 1. C. de interd. q̃ vult, q licet deficiãt uerba edicti, tñ ex æquitate cõpetit condictio ex illa l. 1. q̃ ẽ actio in factum, uel utile interdictũ. ut not. p gl. in d. l. 1. & istud ultimũ, q cõpetat vtile interdictũ de arb. cædẽ. tenet ibi gl. & Cyn. & Doc. & Bar. in d. l. 1 §. dñia. de arb. cæ. Sed qa ista opinio q cõpetat utile interdictum & non directũ de arb. cæ. ꝓcedit sine dubio sedm op. gl. q̃ uult, q ubi uerba deficiunt, & mẽs sub est, tunc detur actio utilis, ut no. in d. l. curatoris. C. de neg. gest. Sed sedm opin. Cy. & Bar. in d. l. curatoris, & in l. 1. q. 2. C. vti poss. q̃ est, q ubi mẽs sola subest licet uerba deficiant, detur etiam directa, sed qñ deficiunt verba legis, & mens, sed sub est rõ earum tunc utilis. prædicta decisio uĩ hr̃e aliqualem dubitationem, quia ex quo per edictum de arb. cæ. proprie sumptũ, ueniunt ẽt radices arboris, quia illa dr̃ proprie arbor, quæ habet radices, ut est casus no. in l vitem §. 1. arb. fur. cæ. ergo uidebatur adesse mens prætoris in edicto, de arb. cæ. & sic dr̃et dari directum interdictum, nõ utile. Itẽ quia dr̃, in edicto, arbor impendet, &c. Nam dum dr̃ impendet, uĩ etiam significare in loco, quia dictio In, signat in loco, uel in p̃sona, & re

potest, & acquiri etiam post religionem sepulchri hæc seruitui potest. l. seruitutes *la*
4 *grande*. §. seruitus itineris. de seruitu. † Qui non habet viam ad sepulchrum, potest illã impetrare precario a vicino. & si concedere noluerit, poterit compelli non iure actionis seu extra ordinem officio iudicis, id est, officio iudicis vëdere iusto precio iter cogitur, per eum tamen locum, per quem vicinus minus lędatur. l. si quis sepulchrum. in prin. de relig. per quam l. dixit ibi Guil. quem sequi
5 tur Flo. † ꝙ religiosi non habentes in loco suo locum eis conuenientem vel sufficienté, possunt petere, ꝙ loca eis concedentia assignentur propter fauorem religionis, & hac ratione cogitur vicinus eis uendere, domũ, quia fauore publicæ vtilitatis compellitur quis vendere rem suam. l. 2. in princi. de his qui sunt sui vel alieni iur. & idem tenet Fl. in l. 5. §. locus. de relig. Et idem tenet Ang. in l. 1. ad fi. solu. matr. qui dicit ita de facto obtinuisse Guil. de Cun. ut refert ipse Guil. in l. decreuimus. de episc. & cler. & idem tenet Bal. in d. l. 1. sol. matri. & idem tenet Io. de Ana. in c. Apostolicæ. in prin. extra, de do. qui dicit, ꝙ hoc procedit, non tantum in ecclesia ædificata, sed etiam ædificanda, quia magis fauetur ecclesiis de nouo fundatis, quam iam constitutis, & ratio esse potest qa de nouo constituenda religio magis viget facit quod habetur in c. fi. de rescrip. in 6. & in cle. fi. eo. tit. Ego plus dico, ꝙ ista procedunt non solum in ecclesiis ędificandis, sed etiam pro claustro & pro domibus de nouo faciendis, aut agendis necessariis pro monasterio virorum, & monialium eadem ratione, & ita alias obtinui in ciuitate Veronæ, quod singulariter & perpetuo tene menti, & idem dicas pro scholis fabricando, ut not. Flo. in d. l. si quis de sepul. in prin. & no. Do.

6 in d. l. 1. sol. mat. † Si quis porticum aut stillicidium in sepulchrum immiserit, etiam si ipsum non tangat, recte cum eo agi potest, quod vi aut clam in sepulchrum factum sit, quia sepulchri est non solum is locus, qui recipit humationem, sed omne etiam supra id cęlum, ideoque nomine sepulchri violari agi potest. l. si vitem. §. pen. ꝙ vi aut clam.
7 Vltimo not. ꝙ olim solebant corpora maiores nostri in domibus propriis sepelire. sed propter cadaueris fœtorem statutum fuit, ꝙ extra ciuitatem sepelirentur, & pœna statuit contrafacientis sepulchra in ciuitate, & magistratus patientis hoc fieri, est in l. 3. §. Diuus Adrianus. de sepul. vio. & l. mortuorum. de religiosis. permittebant enim sepulchra uel in cœmiterio, vel in alio loco ad hoc deputato, uel sacrificato, uel in propriis prædiis, & quicunque locus per illationem corporis mortui religiosus efficiebantur. l. 2. in prin. & §. prætor ait. de religio. Verum quia per hoc damnificabatur dominus loci, fuit prouisum, per d. tit. de religio. vt l. 2. §. 1. & §. is qui. e. tit. nunc uero permittitur in ciuitatibus sepeliri, & aliis locis consecratis. se-
8 cundum conditionem personarum. † Quantum autem ad effectum, non euitatur de loco sepulturæ, quia domini est terra, & plenitudo eius. 12. q. 5. vbicunque. facit c. sacrum. de sepul. & no. Flor. in rubrica, de religio.
9 † Apud quã ecclesiam quis debeat sepeliri? Dic apud illam, quam elegerit, vt habetur 13. q. 3. in summa. dummodo relinquat ecclesiæ parochiali partem. extra, de sepul. cap. de his. & c. cum super. & habetur in c. fin. eo. ti. lib. 6. & in cle. dudum. §. verum. de sepul. Sed in sepulturis parentum filii collocandi sũt, de quo dic ut habetur 13. q. 2. ædium. & c. placuit.

FINIS.

TRACTATVS DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM PRAEDIORVM,

BAR.TOLOMAEI CAEPOLLAE. I. V. D.

1 *Servitutes rusticorum prædiorum, quæ sint.*

1 
ERVITVTES † rusticorum prædiorũ sunt hæ: Iter, Actus, Via. Aquæductus, Aquæ haustus, Pecoris ad aquam appulsus, Ius pascendi, Calcis coquendę, Arenæ fodiendæ, Licere altius tollere, & officere prædio uicini, Domũ
2 a, vel prætorium, uel protectum habere, Licere habere iter, uel boues per quos fundus colatur, & in vicino agro pascantur, coactiq; habeantur. Item vt pedamenta ad vineã ex vicini prædio sumantur, Item uicino cuius lapicidinæ fundo tuo immineant, posse cædere. Ius ei esse terram in fundum iacere. Saxa posita habere, & vt in tuum lapides peruolantur, ibique positi habeantur, indeque exportentur. Item tugurium mihi licere habere in tuo, &c. his. sicut est tex. in l. 2. & 3. & l. veluti. in fi. ff. de ser. rust. præd. & Inst. de seruit. in prin. & §. inter rusticorum prædiorum. Nunc de singulis videamus. Et primo de itinere.

Domum. *Quomodo capiatur uerbum domus uide Alex. 1. uol. consi. 48. in ult. colum in fin. Et domus sumitur in iure uariis modis, uide Corn. 1. uol. consil. 55. & in 3. uol. consi. 198. & in 3. uol. consi. 41.*

De seruitutibus itineris. Cap. I.

1 *Iter est ius hominis eundi, ambulandi, necnon iumentum agendi, uel uehiculum.*

2 *Ire ab Ambulare in quo differat.*

3 *Promittat quis uni iter, an ius & seruitutem sibi promittere uideatur, secus qui factum promittit.*

4 *Itineris seruitutem qui habet, an possit ire, nedum pedes, sed etiam eques.*

5 *Seruitutem itineris habens si uelit ducere iumentum, & plaustrum oneratum iumento, uel aliis rebus, & etiam ipse ascendere, an super seruientis fundum transire ualeat.*

6 *Loco seruitutis itineris si dubitetur, arbiter, uel communis amicus, qui hoc e[illegible]timere debeat, assumi debet.*

7 *Seruitutem itineris habens si locum elegerit, licet amplius uariare non possit, ille tamen qui seruitutem concessit, bene potest si absque alterius incommodo fiat.*

8 *Iter uel alia seruitus si legitur sine ulla loci determinatione, electio ad quem spectabit, an scilicet ad promittentem, seu eius hæredem, an illi, cui seruitus legata, vel promissa fuerit.*

9 *Iter ad prædium duorum commune si legetur, nec legatarii de itineris loco consentiant, quid iuris.*

10 *Itineris latitudo quanta esse debeat.*

11 *Via cuius latitudinis esse debeat.*

12 *Iter aut actum per certũ locum si quispiam alicui cesserit, an possit vni, vel pluribus per eundem locum, vel iter, vel actum cedere.*

13 *Aquæductum si aliis concessero, an alteri Iter per eundem locum dare, vel cedere possum.*

14 *Itineris seruitus sicut in certa fundi parte constitui potest, ita etiam pro certa temporis parte.*

15 *Fundi seruientis, & dominantis dominus qualiter seruientis fundo vti possit: & ad quid dominus fundi seruientis teneatur.*

16 *Iter, actus viæ, et aquæductus per fundum tuũ si emerim, an ad vacuæ possessionis traditionem tenearis.*

17 *Fundus venditus si seruitutem alteri debeat, an in hoc emptori venditor teneatur.*

18 *Fundi venditor qualiter teneatur, quando seruitutem non expressit, quæ in fundo vendito debetur, vel fundi venditi conditionem, & eam emptor ignorauit.*

mini altetius, q hoc facere non dñt. Ité contra eos, q abradunt arma alicuius, & ponunt arma alterius. Aduerte tñ, φ arma eorum, q ppter traditioné de patria expulsi sunt, pñt deleri, casus est in l. eorū qui. ff. pe poe. scd'm Lud. de Ro. in suo sin. 353. qd' incipit eorū
11 arma. & ita ét sæpissime obseruatur. † Item adde, φ si aliquis esset depictus tanq̃ proditor in aliquo loco publico, & unus deleret illam picturam sine licentia principis. incideret in edictum. de quo hr in l. si familia.
12 de iurisd. om. iud. & ibi hoc no. Ang. † Item φ percutiens imaginem Dei vel Sanctorū puniri pt. l. Corn. de fica. l. hoc senatus de fi ca. & ibi hoc no. Ang. qui dicit, φ vidit Perusii frangentem maiestatem ligneam, amputari sibi manus, & quod etiam grauius puniri pót pœna mortis de quo vide ét per cū in l. 1. C. de rap. vir. & quod hr in c. 2. de of
13 fi. or. li. 6. † Item no. côtra pictores, & miniatores, qui miniant & pingunt cum adulterinis coloribus, vt teneantur domino ad interesse, vt l. 2. & ibi hoc not Bart. C. de murilegulis. lib. 10. Item tenentur crimine stellionatus. l. 3 §. si quis seruos. crim. stellio. & no. Bart. in d. l. 2. ad fi. qui dicit idem in tinctoribus pannorum, & sim. † Item nunquid pi
14 ctura cedat tabulæ vel chartæ, an econtra? vide text. Inst. de rerum diui. §. si quis in aliena tabula. & in l. rem. §. sed & id quod in charta de rei vend. & quod not in dictis iu-
15 ribus. † Vltimo nota, quod multi infideles reprehendunt imagines Sanctorum dicentes, quod sumus idolatriæ, & propterea Imperator Leo, qui fecit l. dies festos. C. de feriis. & l. si quenquam de episco. & cle. ex suggestione quorundam hæreticorum habuit contentionem cum ecclesia Roma. quia fecit remoueri omnes picturas de ecclesiis tanquam idolatriam continentes, sed Papa qui tunc erat, congregauit concilium Romę, & ipsum Leonem existentem in Constãtinopoli excõicauit, qui leo lepra percussus postea mortuus est. vt scribit Pau. oe Cast. in
16 l. fin. C. de feriis. † Et tu dicas defendendo Christianos, φ imagines adorare nō debeamus, videlicet colores earum, seu lapides, sed eis debemus reuerentiam pp Deum & Sanctos, qui per eas repræsentatur. Vnde scribit Greg. Papa, Sereno epo Massilienum, q imagines sanctorum fregerat sub excusatione, ne adorari debuissent, & hr de conse. dis. 3. perlatum in hæc verba: Et quidem imagines adorari vetuisse omnino laudamus, fregisse uero reprehendimus. Aliud est. n. picturam adorare. Aliud per picturam, historiam φ sit adoranda addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes, vident qd' sequi debet, in ipsa legunt, videlicet qui literas nesciunt, unde & præcipue legentib. pro lectione pictura est. Ité ex sexta synodo scribitur. Venerabiles Imagines Christiani non deos appellant, neq; seruiunt eis vt diis, neque spem salutis in eis ponunt, neq; in eis spectãt futurum iudicium, sed ad memoriã & recordationem primitiorum venerantur eas, & adorant, sed non seruiunt eis culto diuino, nec alicui creaturæ ut est tex. de conse. dist. 3. & ibi omnino uide, quod no. pro fide
b nostra, ut scias qualiter imagines *b* Dei & Sãctorum sint adorandæ. Et ma teria picturarum vide etiam per Bart. in suo tract. de insigniis & armis.

a Imagines. *Imagines Sanctorum quare depinguntur? Resp. Greg. in c. perlatum. de conse. dis. 5. sic inquiens, quod legentib scriptura hoc idiotis præstat pictura cernentib. quia in ipsa ignorantes viden. quod sequi debeant, in ipsa legunt qui literas nesciunt, vnde præcipue gentib. pro lectione pictura est.*

b Imagines. *Vtrum adoratio requirat locum determinatum? Resp. quod non principaliter, quasi sit de necessitate eius, sed bene requirit secundum condecentiam, sicut & alia signa corporalia. secundum illud Luc. 19. Domus mea domus orationis uocabitur. & id Io. 4. Venit hora in qua veri adoratores adorabunt ipsum. qui est principalis actus adorationis, ut dictum est locus tamen requiritur non propter eum qui adoratur sed propter adorantes.*

De horreo. LXXII.

1 *Horreum in solario communi si quis habeat, an ipsum frumento uel aliis mercibus implere possit.*
2 *Horreum rebus onustum si multum ponderet, ita quod solarium sustinere nequeat quid iuris.*
3 *Horreum frumentarium nouum ex tabulis ligneis mobile factum si quispiam in alterius solo posuerit, an ipsi solo cedat.*
4 *Decimus nunquid rustici in horrea ad ecclesias differre debeant.*

1 SI quis habeat horreum in solatio cōi, an possit ipsum implere frumento, uel alijs mercibus? Et dicas φ sic; quia dr̄ vti re cōi ad vsum destinatū. l. si cōes ędes. cōi diui. & no. in d. l. Sab. eo. tit. facit l. arborib. §. si nauis. de
2 vsuf. † Sed quid si nimium ponderat, ita φ solarium non possit sustinere? Dic φ non p̄t cogi ad sustinendum colūnas, quæ sustineant solarium, arg. l. sicut in prin. si ser. ven. Et si nō sustinuerit, uel etiam substituerit, & solariū non possit sustinere, uel cum paries communis debilitaretur tunc poller cogi ad subleuandum pondus, per l. cuius ædificium, de ser. vib. prædio. volens etiam ædificare iuxta horrea publica, debent dimittere spatium x. pedum liberi aeris, ut l. mœniana. C. de ędi. pri. & no. gl. in l. si cui. eo. ti. de quo dic, ut di
3 xi supra de mœnianis. † Sed quid si aliquis horreum frumentarium nouum ex tabulis ligneis mobile factum in solo alterius posuerit, an solo cedat? Dic, quod non, & sic non officitur dño pdii, ut est tex. in l. Titius horreum. de aeq. re. do. & vide l. granaria in pri. de act. emp. secus si essent tabulæ terræ affixę l. si supra tuum. de acq. re. do. & d. l. granaria.
4 & no. gl. in d. l. Titius horreum. † Vltimo, nū quid rustici debeant in horrea deferre deci-
a mas *a* ad ecclesiā? Dic φ sic, ita ut a clericis, uel eorum nuncijs non sint colligendæ in agris, per tex. 16. q. 1. reuertimini. & ibi hoc no. gl. in uer. in horrea. viden. no. per Spec. in ti. de decimis. uer. vlt. quær. & de horreo, vide plene l. cum in plures. § locator horrei. ff. lo cat. & in l. dominus horreorum. in prin. & in l. cum domini horreorum. eo. tit.

a Decimas. *Decimæ quando dari debent? Resp. vt dicis in c. cum homines. de deci. quod statim fructib. collectis, & hoc quo ad prædiales, quo ad personales, debent solui in fine anni, sed tu dic, secundum consuetudinem præscriptam sunt soluendæ, & si perierunt, peribunt illi, qui est in mora, alias non, sed cui debentur.*

De armatura. Cap. LXXIII.

1 *Armatura machina dicitur illa super qua operarii ad ædificandum stant.*

2 *Armaturam vicinus ædificans, an supra vicini solum ad murum ponere possit, ut laborantes valeant super illa armatura ad laborandum stare.*

3 *Armaturam in fundo vicini an ponere licitum sit.*

4 *Armaturam si quis in suo muro habeat, & eam vicini muro ponere velit, ita quod in ea requiescat, quid iuris.*

5 *Armatura regulariter in solo alterius poni nequit.*

6 *Armatura si male ligata fuerit, vel in ea perticæ vel funes posita fuerint, quæ vetustæ erant propter quod vnus de armatura cecidit, an magister de armatura teneatur.*

1 ARmatura † machina dr̄ illa, super qua operarii stant ędificandum l. si ut certo. §. interdum. ff. commoda. de ea ita vidi dubi
2 tari. † Nunquid vicinus ædificans domum possit armaturam ponere ad murum supra solum vicini, ut laborantes valeant super illa armatura stare ad laborandum? Et vr̄ φ non ar. l. quęad. §. 1. ad l. Aquil. & l. 1. §. ædificare. de mor. inf. Sed est ar. contra. in l. refectionis. cōia pdio, & istud puto uerius, quādo aliter commode fieri non p̄t. Nam si est licitū mihi murum meum altius tollere. l. altius. C. de ser. intelligit φ possim ea facere per q̄ possim ipsum altius tollere vel reficere ēi apponendo ad ea loca q̄ nō seruiant, ut est tex. in l. refectionis, in prin. facit ad hoc l. si iter. si ser. uen. & l. veteres. de iti. actuq; pri. † Sed nū
3 quid sit licitum ponere armaturam in fundo vicini? vr̄ esse tex. ad lrām φ non in d. l. j. §. ædificare. uer. ceterum. de mor. inf. pro hoc quia non licet in alienum immittere. l. sicuti. §. Arist. si ser. uen. l. quemad. §. j. ad le. Aql. puto quòd si aliter non possit quis domum suam reficere, nisi ponat armaturam, in fundo uicini, tunc possit, per d. l. refectionis. & d. l. ueteres. sed si aliter possit, secus esset. Ita intelliguntur d. §. ędificare. & alia iura superius ad hoc allegata, quod est not. quia quotidianum. Quid aūt, si quis hēat armaturam in suo muro, & eam uel lex ponere in muro vicini, ita quòd in eo requiescat? Dic quòd non p̄t ut ē text in l. si duo. §. si vicinus uti
5 possidetis. † Et ex his oib. conclude, quòd armaturam qs nō p̄t in solo vicini, neq; in pariete vicini, neq; supra solum alterius regulariter apponere, nisi aliter in suo ædificare
6 nō p̄t. † Sed pone, φ armatura fuit male ligata, uel in ea fuerunt positæ perticæ uel funes quę erant uetustæ, pp quod unus ex armatura cecidit, an magister de armatura teneatur? Dic quòd sic. ut ē tex. & ibi gl. no. in d. l. si ut certo.

tecto §.interdum com.& prędiadde quæ dixi sup.de ser.tigni immittendi,in v q.circa medium.ver.& ideo si tibi concessi.&c.

De stabulo. Cap. LXXIV.

1 *Stabulum dicitur locus qui tantum equos recipit.& qui de communi vsu loquendi.*
2 *Stabulum domus an usufructuarius locare possit pro stabulo ad recipiendum iumenta.*
3 *Domus locator,an nedum ipsam domum,sed etiā stabulum reficere teneatur.*

1 STabulum† dř ille locus,qui tm̄ equos recipit, secundum gl.in l.palam.in pri de ritu.nu.quæ ponit, quid sit taberna, caupona,stabulum.Nā haud dř proprie stabulum locus,in quo recipiuntur alia aialia,vt l. ex conducto.in pri.ibi,vel stabulū,vel ubi greges eius stare oportet.ff.loc.De cōi tñ vsu loquendi etiam dicitur stabulum, in quo non dum equi,sed alia animalia,ut boues,& pecudes,stare consueuerunt.facit l. eo iure. §. stabula.ff.in quib.cauf.pig.tab.contrah.&sic stabulum est prædium urbanum uel rusticū. vide tex.in d.§.stabula.& quæ dixi sup.In 4. diuis.seruitutem. vers.sed quid de stabulo.
2 †An autem vsufructuarius possit stabulum domus locare pro stabulo ad recipiendum iumenta? Dic q non l.si vsusfr.alias,ęquissi mum.de vsuf.per quem tex.dicit Flor.q in quilini non possunt domum conductam reducere ad stabulum,uel ad usum caretarū.
3 i.plaustrorum † Sed nūquid locator domus teneatur nedum ipsam domum reficere,sed ēt stabulum?Dicas quod sic regulariter, ut est tex.in l.ex conducto in prin.ff.loca. & vide etiam in l si merces.§.conductor.eo.tit. & quod in eis not.De lætamine autem q p cedit de stabulo, vi de quæ dicam infra de sterquilinio. Vltimo adde ea, quæ habentur in toto tit.ff nau-cap.stab. & in tit. furti aduersus nautas.

De ingressu,seu introitu, Cap. LXXV.

1 *Solum ingressus,siue introitus quid dicatur.*
2 *Solum quod relinquitur pro introitu,cuius esse debeat.*
3 *Expensa aliqua quando facta est in dubio,a quo facta intelligatur.*
4 *In⟨⟩ in dubio cuique ciuitati,usque ad medium flumen competit.*
5 *Ingressus a⟨⟩ loci publicus cuius esse præsumatur.*
6 *Viæ vicinales,quæ dicantur.*
7 *Via vicinali an quis sine principis licentia ædificare possit.*

1 SÆpe†contingit inter duas domos à latere uel posteriori earum parte solum relinqui unius pedis uel duorum uel plurimum iuxta l.si ff fin.reg.quod solum ingressus,siue introitus dř. circa quod dubitari uidi, cuius sit solum. de quo dicendum est, Aut per illud solum habere aditus,& exitus vsque ad loca publica,& tunc aut illud solū est relicium excollatione priuatorum, & tunc dř uia publica,&ēt uicinalis,si uicinis tm̄ seruit,& non licet eam cuique occupare uel claudere.l.2.§.viam publ.& §.vicinales. ne quid in loco publico.Aut illud solum ē ex collatione vicinorum fundorum relictū iuxta d.l.si.fin.reg.& dicitur tunc uia priuata, sicut locus rerum priuatarum.d.§.vicina
2 les.†Sed est dubium cuius eorum esse dēat. Dic q si vero non constat,quis illud solū, eius esse dř,si uero non constat, quis illud solum reliquerit,puto q sit considerandum quis ipsum possideat, quia in dubio p̄sumā illum vicinum solum illud dereliquisse, qui possidet.arg.l.merito.pro soc. & p hoc etiam allego,quod no.Bar.in l.cum seruus
3 de uerb.obl.†vbi dicit,quando aliqua expēsa facta est in dubio, intelligitur esse facta ab illo possessore,a & etiam dixi supra de pariete,siue muro,uer.nunquid aūt in dubio. Sed si nullus possideat,tunc si supra dictum solum vicini h̄ret stillicidium,dicendū est, q tunc saltem qtūs protendit stillicidium vnius,catenus sit eius solum inferius ar.l.fi. & quod ibi not.C.de seru.urb. pręd. Si autē nullus possidet, nec stillicidium habeat, tunc est inspiciendum,si sunt lapides in domo,seu muro ipsorum vicinorum proreden tes se supra solum prædictum, sicut poni p nonnullos consueuerunt causa ostendendi, qtūs durabit lapis infixus in una domo,eatenus iudicabimus ipsius esse soluni inferius facit ad hoc l.non solum.§. sed ut probari.de no.ope.nun.Si vero nihil de his cōstat,tunc in dubio iudicatum est quod sit vtriusq; pro dimidia, quia omnia quæ sunt in confinio,in dubio sunt eorū, qui ab utraque parte possident:ar.l.arbor. cōi diuid.& l.2.§.præterea.de aqua plu.arc.& l. adeo. §. fin.

§.cum l.seq.quæ incipit, pro negociatione. de acq.rer.do. sicut diximus de insula, & alueo,q sunt in medio duorum fundorum, ut l.adeo.§.ex insula,& §.quod si toto.eo.tit.sicut dicimus in fossa,quę est posita in medio duorum fundorum,quæ é tõis eorũ, vt d.l. 2.§.ptere.& ibi per gl. & Bart in suo tract. Tyberiadis,in 1 par.in prin.uer.flumen.vbi ponit ét idem de fossatis. & sicut dr etiã de

4 flumine existente inter duo territoria. † Nã in dubio iurisdictio competit cuiq; ciuitati vsq; ad medium flumen vt no.Bar.in d.trac. Tyberiadis,uer.item uidendum est vtrum iurisdictio.& Bal.in c.ex literis. pen.col.ad fi. de prob. Et ideo si dicti uicini non concordant in vsu,& possessione,dictum ingressum possunt per chordulam diuidere,ita q versus domum vnius sit sua dimidia, & versus domum alterius similiter sit altera dimidia,iuxta no p Bar.& Doct.in l.quod conclaue.de dam.inf.& per Bal.in c.1 §. si quis de manso.in 5.col uer. quid si quædam plateola est in medio.in ti.de contro.inuest.in usib. feu. & dixi supra de curia,siue curte. & hoc intellige,qñ patitur commodam diuisionem. Si .n.esset ita paruus ingressus,siue introitus, q commode diuidi non possit,tunc dicendum est,quod dr de uestibulo,ut remaneat cõis.l. arbor.§.de vestibulo cõi di.& no.Bal.in d §. si qs de manso. Et prædictis adde quę dixi supra de pariete,siue muro,uer. sed uidi dubitari.cum trib.sequen. Prædicta aũt intellige

5 de ingressu,siue introitu priuato.† De publico aũt dubium non esset,quando non est priuatorum. Et intellige esse publicum, ét si seruit tñ vicinis,& ducit ad domum vicinorũ tantum,uel ad flumen publicum,dummodo non sit factus ex collatione fundorum priuatorum.l.2.§.vicinales ne quid in loco publ. quod bene no quia multi putant,q hmõi ingressus,qui non habent exitum in uiam publicam uel ad flumen publicum, sed ducunt solum ad domos priuatorum, quę uiæ uicinales appellantur,sint priuatorum uicinorũ ut possint per eos claudi. qd non est uerũ, p

6 d.§.uicinales.† Item ét uicinales uię dñr, qa principaliter deseruiunt uicinis, publicæ tñ sunt,ut d.l.2.§.uiarum.ne quid in loco publi.& ita alias iudicaui, & aperire feci Veronæ unam uiam uicinalem clausulam per vicinos quæ habebat aditum ad flumen pu-

7 bli.† Et de ista uia uicinali dic, quòd in ea quis non potest ædificare sine licentia principis uel ciuitatis l.2.in prin. ne quid in loco publ.& si daretur licentia, intelligeretur sine dãno alterius, ut dixi supra de solo siue area,in 6.fall. & adde quæ dicam infra seq. lib.in ti.de seruitute uiæ.

a Ab illo po. *An possessor præsumatur dominus, vide Cor 1 vol.consi.23.113. & 30. Et quis per dat possessionem ex negligentia, vide in 2.vol.con sil.56 & semel possidens hodie præsumitur possidere. vide in 3.Bal.consi.91.280. & 313. & in 4.vol.consi.87 Et quo actu præsumatur possessio, vide Ale 1.vol.consi.44. & in 5.volu. consi 99. & 183. in 2. colum. in uersic nec obstat. in fin.colum*

De horto. Cap. LXXVI.

1 *Prædium vrbanum uel rusticum quãdo dicatur.*
2 *Hortus an domus appellatione contineatur.*
3 *Hortum an dare uideatur qui domum dat.*
4 *Hortus an ueniat,si alicui contenta in domo legata fuerint.*
5 *Hortus cui cedat.si duo fratres domos diuiserint, in quarum medio hortus fuerit.*
6 *Domus habitationem si quispiam vni legauerit, cui etiam hortus contineatur, ad quem per eam aditus habeatur,an legatarius ipsi heredi a d tũ præstare teneatur.*
7 *Hortum ad pratum quis reducere potest.*
8 *Domum habens iuxta vicini hortum ex illa domo, in illum hortum quidquam ponere non potest.*
9 *Horto suo quilibet ad libitum ædificare potest dimisso tamen legitimo spatio.*
10 *Decimæ an solui debeant, de his, quæ in hortis nascuntur.*

1 HOrtus † qñ dicatur prædium vrbanũ, vel rusticum,uide tex. in l. urbana pdia.de uerb.sign. & l.1.§.pen.ibi, & in urbe hortorũ latitudo.& ibi Flo. fin. reg. & quod dixi supra in 4.diuis seru.ver.quid de horto.

2 † Et an hortus contineatur appellatione domus?Dic,si est emptus unico pretio cum domo,uel non est paratus, uel deputatus ad vsum domus,uenit appellatione domus,alias regulariter secus,ét si per domum ad eũ hẽatur aditus.l.6.in pri.& ibi hoc not.Bal.Ang. Flo.& Doc.de ser.vrb.præd.& probatur in l. pdiis.§.pen. & ibi per Barto. & Nico. de Neapol.de legat. 3. facit.l. testatrix.in princip...

cip.si feu.ven.& vide gl.3. in 12.qõne 4.religiosã,quæ ponit, † An ille qui dat domũ videatur dare hortum.& vide c.Ray.In.prin. & ibi Ioan.And.& cano.extra, de testa.vide.
4 Bald.in cõs.suo,quod incipit. † Quid si qs leganit contenta in domo?Et dr hortus para tus ad vsum domus,vbicunq; hortus est,cau sa delectationis,d.l.pdijs.§.pe.vel est pedise
5 quus domus, scdm Bal.in dicto cons. † Sed quid si duo fratres diuiserunt domos,in me dio est hortus,dic ꝙ ille hortus cedit illi do mino,pro quo testator vtebatur illo horto, sed si hoc non appatet,cedit illi domui, per quam habebat intrinsecum aditum ad illũ hortum.d.l.prædiis.§. qui domum. de leg 3. Si hæc non appatent,cedit utrique domui,se cundum Nic.de Neap.qui ita no.in d.§.qui domum. Et subdit,ꝙ si consuetudo regni di sponit ꝙ primogenitus habeat domum, in-
6 telligitur ét quòd habeat hortum.†Si quis legat uni habitationem domus, cui continetur ét hortus,ad quem per eam aditus habebatur, an legatarius teneatur pstare aditum hæredi p d.domum?Dic ꝙ sic,vt est tex.in l. fi.in prin.de ser vrb.præd.& ibi no. per Doc. Non pt quis domum diruere cã hortum faciendi.C.de ædif.pri.l.an in totum.& proba tur in l.senatus.in prin.de contrah.em. & in l.cetera.§.1.& §.hoc senatus de le.1.& in l.si quis per hanc.C.de ędif.priua.quod no.contra multos,qui diruunt domos.& faciunt vi
7 ridaria. † Sed bene pt quis hortum ad pratũ reducere.l.apud Trebatium. §.si vicinus. de aqua.plu.arcē.nisi esset vsufructuarius, quia l.õ posset uiridarium, in quo hēt usumfr. ad alium modum conuertere.l si cui. §.sed si ędium.de usufr.Posset constituere seruitutem ne faciam in muro meo fenestram. per quã possum te prospicere in horto tuo,ut l.altius C.de ser.& ibi hoc no.Bal.& dixi supra.de fe
8 nestra.†Item hñs domum iuxta hortum vicini, non pt ex illa domo quidquam ponere in illum hortum,vt l.1.& ibi hoc no.Ange. de ser urb.præd.& dixi supra.de ser proiiciē-
9 di,& supra.de aquæ proiectu.†Et iõ si habeo palatium iuxta hortum tuum, licet habeam in pariete meo uersus hortum tuum multas fenestras,& per mille annos tenuerim, tñ in horto tuo poteris ædificare dimisso legitimo spatio,iuxta l.fi.fini.reg.& obscurare lumina mea in toto uel i parte.l qui luminib. de ser.vr.præd & ibi hoc no Ang.& no in l. [illegible] cir
10 ca prin.†Nũquid de hortis.i.de his quæ nascuntur in hortis decimæ solui debeant ? vi tex.c.ex parte,*el primo*, de decimis, & quod ibi no.ꝙ adde,quòd ille qui est in hortis siue in continentib.ædificii,dr esse præsens,vt est tex.cum gl.in uerbo.pñs. Inst. de satisda. §.si uero aliquis. & hr in l. pñs. cum seq. de procur. Appellans tamen nõ tenetur querere iudicem a quo,ut l.1.§.adeũdi. qñ appel.sit. idem in hortis instructis. vide l.legatum sub cõdõne.§ 1.de an.leg.l.qsitũ.§.1.de fun.instr. & de hortis uide tex.in l.si ita quis.§.Seia ca uit.de ueib.ob.& l.qui concubinã §.qui hor tos de le.3.& in c.Ray.in prin. extra de testa. Et adde q̃ dixi supra.de ser.protegendi. in 5. q.supra de camino,ante uer. De 4. prin.

De columbario. Cap. LXXVII.

1 *Columbas capiens de alieno columbario,etiam in suo furtum committit.*
2 *Fundi vsumfructum,in quo columbariam sit, si quis ſ[illegible]am habeat,quomodo, & quando columbarum commodo vti possit.*
3 *Proprietates columbarum,quib. prædicatores æquiparantur,quænam sint,remissiue.*

1 Est † prohibitum capere colũbas de alieno columbario,etiam in suo,& capientes dicuntur committere furtum, & accusari possunt de furto,vt pbat in l.Põp.§.1. & ibi Flor.fam.er.et.Facit.§.gallinarum.Inst.de re.di ui.hoc tamen casu, quãdo qs capit colũbas alienas in suo,pt pœnitere, & non tenebit, eas relaxando,ut no.Bar. in l. qui ea mente. de fur.nisi posuisset cyminum, uel aliud in sua cã ducendi columbas alienas, quia tunc puto,quòd nõ hēat locũ pnia.arg. l.quicũq; in fi.de ser.fug.quod no. Cõiter tamen sunt statuta terrarũ, quæ prouident circa hoc. Si aliqui sunt hæredes unius qui habebat colũ barũ competit ét eis iudicium fam.erc.pro diuidentis colũbis,ut est tex.in d.l. Pomp.§.
2 1.† Si quis hēt,vsumfructũ fundi,in quo sit columbarium,quõ,& quando uti possit com modo columbarium,collige ex tex.l.vsufructuarium.§.si in variis.& ibi hoc not. Flor. de usuf.Columbariũ sicut Pauonum fera na-
3 tura ē.Inst.de re.di §.pauonum.ubi vide.† Et de septem pprietatib.columbæ,uide per Archi.36.distinct. qui ecclēs. & prædicatores

æquiparantur colsibis, & agnis. no. idē Arch. 5. q. 5 non omnis. el secundo.

stabulo fit, siue extra stabulum in aceruo, vt tex. in [illegible] nd. §. 1. de act. empt.

De sterquilinio. Cap. LXXVIII.

1 *Sterquilinium in domo habens, si faciat ipsum proijcere iuxta murum communem, vel alienum, an possit.*

2 *Stercoris aceruum si quis in fundo, aut agro meo posuerit an actione vi aut clam, contra eum agere potero.*

3 *Vrinam fœtidam aut stercus si quispiam in solo publico, uel priuato proijcere voluerit, propter quod malus odor, & fœtor vicinis exhalet, an possit.*

4 *Sterquilinium an veniat vendito, vel legato fundo.*

1 QVis † habet sterquiliniū in domo, facit proijcere lætamen iuxta murum cōem, vel alienum, an possit? Dic aut tangit murum cōem, uel alienū, & nō pt: vt l. si qñ. §. fi. si ser. uend. Aut non tangit sed est iuxta, & tūc si assiduum humorem facit vsq; ad murum prædictum, non potest l. fistulam. in prin. de ser. vrb. præd. secus si aliqñ, & non assidue ibi, & ita intelligo gl. in d. l. si quando. vt dixi supra de necessario, uer. de 4. parte & vide quæ dixi supra de seclario, de aquaro lo, siue canali. & uide Flor. in l. si seruus ser-

2 uum § si fumum. ad l. Aquil. † Si quis posuerit aceruum stercoris in fundo meo, aut agro an possim agere contra eum, quod vi aut clā? vide l. si alius. §. si quis aceruum quod ui aut clam. Item si quis stercus per fundum meū protulerit, cum id ipsum facere vetuissem, si nil damni mihi fecit, nec speciē fundi mei mutauerit, non tenebitur, quod ui aut clam. vt l. si uitem § stercus. quod ui aut clam.

3 † Quidam vult proijcere stercus aut vrinam fœtidam in solo publico, uel etiam priuato, propter quod malus odor, & fœtor fit vicinis, an possit? Dic q non l. ædiles. in fi. ff. de via pub. & est tex. cum gl. in l. 1. §. idem ait, si odore ne quid in loco publ. & in l. peu. §. pen. quod ui aut clam. & adde quę dixi supra de cloacis, uer. & prædicta teneo. in q. 5 & supra de necessario, in fin. † Nunquid uendito

4 vel legato fundo sterqlinium ueniat? Dic q sic. sit tñ dictō, aut stercorādi agri cā paratū ē & ad emptorē, & legatariū ptinet, aut vēdēdi cā, & ad uenditorē uel ad hæredē spectat, nisi aliud actum sit, & hoc siue sterquiliniū in

De macerie. Cap. LXXIX.

1 *Maceriem iuxta regionem, uel fundum alterius si quis ædificare uoluerit, nullo spatio medio relicto, potest, dummodo terminū suum non excedat.*

2 *Murus seu paries proprie cum calce dicitur.*

3 *Regula quæ dicit, quod ædificatum cedit solo, an in muro sine calce ædificato locum habeat.*

4 *Lapides uel quid aliud, in curia uel domo mea si posueris an ea absque alia denunciatione propria auctoritate tollere, & eijcere valeam.*

5 *Lapides, & tigna in fundo meo de volūtate mea, me precario concedente si posueris an ea auctoritate propria, si inde ea non exportas, remouere possim.*

6 *Concesserim si tibi simpliciter, ut aliquid in meo apponeres, an videar ad meum beneplacitum concessisse, an vero animo donandi, & in meo seruitutem constituendi.*

7 *Viatorem si quispiam inuitauerit, & postea eum pœnituerit, an contra ipsum agi poterit.*

1 SI quis † vult maceriem ędificare iuxta

a regionem, uel fundum alterius, pt nullo spatio in medio relicto, dummodo terminum suum non excedat. l. fi. in prin. fi. reg. & maceries dr̄ paries, siue murus de lapidibus, sine cæmento. l. quātum pertinet. uer. paries. de uerb. sig. & ibi gl. in l. si precario. com. pd. & l. ædes sacra. §. 1. de contrah. emp. & gl. sentit in d. l. fi. uer. murus. quæ dicit, cum calce. & proprie iuxta vulgare, dr̄ murus siccus.

2 † Murus uero siue paries proprie dr̄ cum calce, ut no. in d. iuribus. & dixi supra de pariete siue muro, in prin. & ideo si quis vult murum facere de lapidib. sine cæmento, siue calce, potest in confinibus agri sui, sicut sepem ędificare. d. l. fin. sed si murum cum calce, de-

3 bet pedem relinquere. † Sed nunquid illa regula, quę dicit quòd ędificatum cedit solo. l. adeo. §. cum in suo. de acquiren. rerum domin. habeat locum in muro ædificato, etiam sine calce? Et videtur, quòd non, quia de facili remoueri potest. arg. l. si Titius horreum. de acquir. rer. domi. Contrarium est uerius, per d. l. si precario. communia prędio. & ibi hoc not. Floren. & Paul. de Castr. in fin. & idem not. Paul. de Castr. in l. 2. ff. de rei uend. quod no.

Item

Item vendito fundo an videatur vẽdita maceries.i.murus sine cæmento, qui est in eo? Et dicas q̃ sic per d l.si p̃cario. ubi hoc not. Flo.si quis obligatus est non prohibere me
b ædificare sub pœna b, si in via detinet poitã tem lapides, uel calcem, vel similia, pro illo ædificio incurrit pœnam.l.1.in prin. & ibi hoc no.Flor.de mor.inf.pro hoc §.ædificare ca.l.1.& l.veteres.de iti.actuq; priua.si is qui lapides ex fundo emit, tollere eos nõ vult, ex vendito cogi poterit, ut tollat eos.l. si is qui lapides.de act.emp. & si eos nõ auferret, facta sibi denunciatione, ut tollãtur, dñs fundi eiicere põt, per l.1.§.licet aũt. de peric. & cõm.rei uen.
4 † Quid si posuisti lapides, uel aliquid in curia, uel domo mea sine mea voluntate? Dic q̃ propria auctoritate sine alia denunciatione possum tollere, & eiicere.l.si precario.q̃ ibi gl cõia p̃d. l.quẽad.§.1.ad.l.Aqui.l.si uitem.§.si ad ianuam.quod vi aut clam.
5 † Sed quid si posuisti lapides & tigna tua i fundo meo de voluntate mea, me præcario concedente, iuxta l.si precario.an possum ea remouere p̃pria auctoritate, si tu ea inde nõ exportas. Teneo q̃ prius debeam te requirere, & inde remoueri facies, alias ego prius mouẽdo teneor tibi ad interesse.arg.d.l.1.§.licet ãt.& ita tenet Pau.de Cas.in d.l.si præcario.
6 † Quid ãt si simpliciter concessi, ut aliqd apponeres in meo, an uideat concessisse precario.i. ad meum beneplacitum, an uero animo donãdi & cõstituendi seruitutem in meo?& glo. in d.l.si precario.in ver.piecario. vr̃ tenere, q̃ animo donandi, & seruitutem constituendi, sed aduerte q̃ illa glo. loquitur, q̃n ego concessi tibi, ut aliqd facere in tuo, in quo habeo seruitutem.nam tũc odio seruitutis. & fauore libertatis recuperande uideor concedere animo seruituris remittende.nos vero loquimur, quãdo in meo. quo casu dicit Ang.in d. l. si precario. se putare, q̃ potius precario, q̃ aio donãdi, per l.cum de indebito.de prob.Nec obstat, q̃ quando cessat alia cã, p̃sumit aĩo donãdi.l.si cum aurũ de sol. l.campanus.de ope.li.l.2.§.circa.de doli.ex ce. Quia illud est verum scd'm eũ, q̃n quis promittit aliquid dare vel facere alteri, uel dat aut facit.hic ãt promittit in suo fieri, qa si præsumeretur aĩus & voluntas donandi, præsumeretur in partem odiosam quia uideretur seruitus constituta.dicit Pau.de Ca. in d.l.si precario.Tamen sibi vr̃ in hoc esse distinguendum, aut promisi tibi facere tale qd, q̃ de sui natura non est p̃petuum.sed tẽporale, aut promisi id tibi facere. qd' de sui natura non est ad tp̃s, sed ut perpetuo sit.Primo casu, q̃n id concessi, quod de sui natura non est perpetuum, sed temporale, puta q̃ ibi possis congregare arenam, uel calcem, aut tigna, uel lapides occupantes locum, & tunc procedat dictum Ang & sic possum te compellere ad remouendum, quãtum mihi placuerit.arg.l.1.de precario.quia sufficit, si cui uel in paucis labore amici succuramus. l.tutori.C.de nego.gest. Quod ago limito duobus modis. Primo, nisi esset facta con-
c cessio c ob aliquam causam, puta quia dixi, patiaris q̃ ego ponam lapides uel arenã vel tigna in domo, quia in mea, quàm edificare volo, stare non possunt. nam tunc nõ possem cogi ad remouendum, nisi secundum quòd ædificaueio domum. argumen. lege, in commo. §.sicut. commod. Secundo fallit, quando ego concedens precario, vellem sine causa remouere cum damno illius, cui concesseram, quia tunc obstares exceptio doli, quia precarium est beneficium, & beneficio iuuari, non decipi nos oportet, vt dicit tex.in d.§.sic. & hoc tenet eleganter Abb.Sicu.in c.si extra, de p̃cario, pro quo allegat id quod nota.Ioan. Andr. in proœmio Decretal. vbi dicit.
7 † Quòd si quis inuitauit viatorem, & deuiauit, & postea eum pœnituerit, potest agi contra eum. facit quod habetur in l. si pœnam. de ver.obl.& in l.pen.C. commo.quod not. pro limitatione tituli, de precario. Secundo casu principali q̃n concedo tibi tale quid, quod de sui natura nõ sit ad tempus, sed perpetuo fit, puta parietem in meo facere, uel immittere tignum factum in foramine, quo tectum sustentatur, & tunc intelligitur concessio facta aio donandi, & constituendi seruitutem, alias sequeretur damnũ alterius partis, cui sit concessio, si post sumptus factos cogi possit destruere.& sic cõcessio intelligitur facta scdm subiectam materiam.l.si uno.in prin.ff loca quod perpetuo tene mẽti. Et adde quæ dixi supra, de seruitute tigni immittendi, & de tigno iniuncto, & de aq̃ p̃iectu.

a Fundum. *Appellatione fundi quid contineatur, vide Corn 4.vol.consi.215 inci. visa.& cõsi 236 incip.diligenter.& consi.23 inci. videtur, & an locus differat a fundo, d.consi.23.*

b Sub

48 ctus,non pt cum eo aliam miscere.† Et subdit φ hoc est optimum ar. ut ille q hēt talē seruitutem ducendi aquā ad molendinum, non poterit pp aquarum abundantiā aliud molendinum construere.de quo Bart. in l.p agrum.alias in l.non modus.C.de ser.dicit esse casum in d.l.non modus est.& nō pt eo modo aliam aquam immiscere,ut molendi num celerius uoluat.Item si esset lata sniam a qua non fuisset appellatum , uel aliter in rem iud.transiuisset;tunc inter partes ei stan dum est secundum formam,& tenorem,& sē tentiam,ut de ser.l.1.φ per totum.ff.de re iu di.& per totum ti.C.eo.& ex. eo. & maxime in c.cum inter vos,cum simi. † Sed dubium

49 ē circa prædicta pone inter duo castella erat qō de ductu aquæ publicę,& fuit inter se lata sñia. demū imperator concessit mihi unū de illis castellis,nunquid teneatur seruare il lam sententiam? & videtur φ sic,quia castel lum transit cum suis uitiis,suaq; causa, præ sertim cum sit uniuersitas quædam.ff.de act. emp.l.in uendōne.ff.de cond. & dem.l. si qs legata.§.fi.& ff.de contrah.emp.l. aquæduct. & quia imperator non vr uelle præiudicare sententiis,& transactionib. sed tacite reserua re.ar.tex.in tit.de pace Const.in uer. saluo iu re aquę Lambi.& ar.l Labeo. §.1. cum gl.ff. sa.er.& l.in concedendo ff.de aq plu.ar. & l. fi.C de silen.lib.12.Et ideo dicit Bal.in.d.ti tu.de pa.Constan.in 34.col.in pri.φ conces sionis de bonis publicis factę sp intelligun tur,reseruatis iuribus,& commoditatib.eius cui primo facta est concessio . Facit pro hoc l.ptor ait §.merito.& §.si qs à principe.ff.ne quid in loc.pub.& l.impuberi.ff. de admin. tu.& l.nec auus.C.de eman.li.& in c.in his. cum gl.2.extra,de priu.cum si. In contrariū vr,quia sicut princeps posset non seruare sen tentiam,& uti aqua publica uoluntate,ut in cao.1.in tit.quę sint rega.in usib. feud.ita φ & ego possim , qui vice principis fungor . Item facta priuatorum fisco non præiudicant , nec tenetur fiscus de factis illis facere mentionem.l. ius publicum. de pac. & l.iurisgentium. §. si paciscar. eod. titu. dum tamen boni uiri fungantur officio, sicut ipse princeps iduxisset,si certio atas fuisset.ff. de paci.

pa.. tale pactum. §. fin. cum ibi no. in glo. quod maxime uerum est, si alium non læd. ut l. 2. §. item Varus. ff. de aq. plu. arc. l. 1. ff. de solu. & cap. suborta. in fin. extra, de re iudic. Nec ob. tex. in d. tit. de pace Constan. ibi, sal uo iure aquę Lambr. quia ibi ius aquæ competebat ex consuetudine, quæ est fortior q̃ pactum priuatorum, & ita tenet ibi Bald. & facit quod dixi supra in 4. q. prin. post princ. Itē ubi non est cõsuetudo, statutũ, pactum, uel sñia, dic primum locũ esse considerandum. nam publicus aquæductus debet hr̃e locum siue spatium 5. pedum, in quo loco nulli sint arbores, sed si quæ nascerentur, debent excipi, ut l. 1. C. de aquæd. lib. 10. Si uero ducitur per locum pub. dẽt esse latitudo 10. pedum, l. oẽs. §. super his. eo. ti. & ita uult Bar. in d. l. 1. & si cõtra fiat, pœna imponitur, ut l. decernimus. eo. ti. Itẽ dẽt qs ducere aq̃ ex flumine, ita ut vicinis non noceat in eadem ripa, uel in alia, ut est tex. in l. hoc iure. § si aquam supra. de aqua quot. & æsti. & in l. 2. §. si quis in suo. & in l. si per publicũ. ne qd in loc. pub. ubi ẽt dr̃, ꝙ si riuus aquæ ductus priuato nocebit, cõpetit actio priuato ex l. 12. Tab. ut de noxa dño caueat. Itẽ debet duci per locum solitum, quia aqua non debet deduci a suo solito cursu. l. 2. in fi. C. ad l. Aquil. & ibi per Bal. & Doc. & l. si seruus seruum §. si quis aquæductum. ff. ad l. Aquil. & not. in l. 1. C. de seru. Et ideo dicit Bald. in c. 1. §. si quis de manso. in 4. col. in fi. de contr. inuestit. ꝙ in isto aquatum ductu nõ solum inspicimus principium, sed ẽt loca unde decurrit, & alueos, & meatus unde transit, & si est uetustissimus aquę cursus, & secundum eorum qualitatem de usu aquæ iudicare debemus. pro hoc, quod dixi in princ. huius ꝙ & ideo non potest duci aqua aliter quàm ducta fuerit ętate præterita. l. 1. §. quod aũt. ff. de aqua quot. & æsti. & intelligitur mutari alueus solitus, qñ aquæ cursus mutatur, ita ut aqua depressior, uel altior uel rapidior sit incommodo uicinorum. l. 1 §. quod autem. cum § se. ff. ne quid in flu pub. Et intellige, ut dixi de solito cursu ætate præterita, nisi uerseretur maxima utilitas ducentis, & modicum incommodum elterius, ut est casus no. in d. leg. 1. §. sunt qui putant. ff. ne quid in flum. pub. & not. Bart. in l. quominus. in 16.
50 quæst. ff. de flum. † Et incommoditas uicini dicitur, quando unus haberet de aqua, & nõ posset commode uti aqua iuxta solitum, secus si esset incommoditas uel damnũ, puta quia pauciores portabunt frumẽtum ad molendinum suum propter abundantiam alterius, quia istud damnum non cõsideratur. ar. l. quæro. ff. de iure pa. & l. fi. eod. tit. & ita vult Bart. elegantet. in d. l. quominus. in 11. q. in fi. & Bal. in l. 1. in 11. col. in 14. opposi. C. de sen. quæ pro eo. quod no. Item si seruitus aquęductus debetur ex flumine, & flumen mutauit alueum, an duret seruitus, & in quo loco. uide quæ plenissime dixi supra. in 7. q. prin uer. itẽ quid si debetur seruitus aquæductus. Itẽ hñs ius aquæ ducendæ potest aq̃ ducere per quamcunque partem uult ab initio, ut l. fi. ff. de aq. quot. & æsti. & dum dicit ibi, faciat, debet subandiri ab initio, antequam riuus sit cõstitutus, sed postq̃ locum eligit, non potest amplius, ut d. l. fi. ibi, dum ne aquæ. & istud est regulare. & pro hoc l. sicut. in fi cum ibi no. ff. de ser. & dixi supra. in 12. q. prin. uer. item quid si non exprimatur. ubi uide. & per Bar. in d. l. quominus. in 16. opposi. quod intellige, ut statim dixi in uer. pręced. & etiam quæ plene dixi supra de seru. itin. in 3. col. uer. quæro nũquid habens seruitutẽ itineris in fundo alterius. in uer. seq. & per ea quę dicuntur, declarari
51 potest ipse articulus. † Sed est dubium de quęstione quotidiana. quidam habent fundum in quo fons oritur, & per longissimum tps, cuius forte non existat memoria in contrarium, & aqua exiens de dicto fundo per se cępit discurrere per partes inferiores, patientib. illis quorum erat fons, eo quia retinere dictam aquam erat forte sibi inutile, & habens prædia inferiora cœperunt dictam aquam colligere, & ad sua prędia duxerunt pro irrigandis prædiis multis annis elapsis, post etiam per tantum tempus ꝙ non existat memoria in contrariũ, uel habentes prędia inferiora fecerũt coadunationẽ dictæ aquæ, & ibi factum fuit molendinum, & ibi stetit per longissima tempora. nunc uero habens fundum superiorem, in quo aqua oritur, uult diuertere dictas aquas a loco prædicti molendini, & eas ducere ad alia loca inferiora, quæ otiæ erant pro irrigandis illis locis, uel ibi uult facere unum molendinum per se, quæritur nunquid possit, an uero domini inferiores, ad quorum prędia discurrere consueuerant, possint contradicere, & petere, quòd aqua non diuertatur a suo solito cursu. Et primo uidetur, quòd dominus superior

superior possit dictam aquam diuertere, nec ꝑ inferiores possit impediri, quia in re sua iure id facere vř. per text. in l. fluminum §. item uideamus. ff. de dam. inf. vbi hř, ꝙ si in domo mea puteum aperio, & venę putei tui præcisæ sunt, id iure meo & licite facere ui deor, & nō teneor ex huiusmodi facto, et si tibi promisissem de dam. infe. quia non ꝑt æstimari tale damnum tibi dari ex initio opis mei ĩ re mea, in qua meo iure usus sū, ut l. Proculus. in prin. eod. tit quia licet in suo facere quod quis uult l. altius. C. de ser. & aqua. & l. qui luminibus. cum ibi no. ff. de ser. vr. præd quoniam in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mādata. C. man. Secundo hoc vř probari in l. Proculus ff de dam infe. vbi dř, ꝙ si aqua nascitur in meo cuniculo, quę aqua vicino affert utilita tem, licitum est mihi facere in meo qdquid uolo ad utilitatem meam, & uicinum d. lu cro priuari, dumodo non faciam animo no cendi sibi, ut l 1. §. denique. *el primo*, ff. de a qua plu. ar. & ita uult gloss. & Bar. in d §. item videamus. Tertio, hoc uidetur probari in l. si in meo fundo. ff de aqua plu. arcen. & iu'd §. denique ubi dicitur, si in meo fundo aqua oritur, quæ ex suo suo uenas habet, potes eas uenas in tuo excindere, ita ut ad fundum meum aqua non perueniat, nisi ser uitus mihi debita fuerit, uel nisi animo no cendi feceris uel ut agrum tuum faceres. Quarto, ubicunque quis recipit aquam in fundo suo solitam discurrere ad partes infe riores, & ad utilitatem Iferiorum, sit postea emerit fundū uicini inferiorem, ꝑt ad ipsū fundum emptū aquā ducere, licet inferiori lucrū auferat, dummō superiori nō noceat, ut est casus no. ĩ l. 1 § illud Labeo. ff. d aqua quot. & æsti. Nam si aquā q̄ alibi orit̃, postquam ē ingressa fundum meum, possum di uertere adutilitatem mei fundi empti, non obstante condōne vicini inferioris, ut ibi. & est gl in l. ex meo. ff. de ser. ru. præ. & l. cum essent. § 1. eo. ti. multo magis potero diuertere aquam q̄ oritur in meo fundo. Quinto ꝑ hoc facit l. sicut. §. 3 rist. ff. si ser ven. vbi dicitur, ꝙ in suo alij hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittas. Sexto, hoc probatur. nam aqua oritur in fundo meo superiori ibi nascendo, & dicitur mei dñi illius fundi. l. solum. § meum. ff de rei. uen & l. de eo. §. si quis. ff ad exhib. cum simil. Et pro hac parte reperio ita fuisse consultum per do. Rofr. de Lampugnano, & do Christ. de Castellione, in cons. quod incipit, factum sic se habet, quidam notabilis. In contrarium vř, quòd imo dñs in cuius fundo superiori oritur aqua non possit diuertere, ne discurrat ad fundum inferiorem prius, per text. in l hoc iure § ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. vbi uidetur esse casus ad literam pro ista parte nam ibi tex. di cit, quòd aquæductus cuius origo memoriam excessit iure constituti loco hř. Secun-

12 do. ad idem l. 1 in fin ff. de aqua plu. arc † ubi dicit longā consuetudinem uelut iure impositā seruitutē uideri. Tertio, uidet esse tex. in d. l. hoc iure §. aqua. q dicit, aqua quæ in riuo nascit̃, tacite lucrifit ab eo q̄ ducit. Quarto, hoc probatur, quia regulariter qua non det diuerti a suo cursu l 2. in f. C. ad l. Aquil. & l. præses. & l. si manifeste. C. de ser. Et uo. Bal. in d. l. 2. & in l. item lapilli. ff. de re. di & dixi supra in princ. huius q. princip. Quinto, probatur sic, ꝑs cuius nō existat me moria, het uim tituli vel priuilegii d. l. hoc iure. § ductus aquæ & e super qbusdā. §. præterea. de ver. si. & hĩ tuim ser. iute cōcessæ, vt l. 2. §. idem Labeo ait, si in agro tuo. ff. de aqua plu. arc. Sed si fuisset constituta seruitus, per dñm fundi superioris, uel facta uendō, vel priuilegium de illo iure aquæ ducendæ, non posset illum cursum aquæ diuertere in pręiudicium inferioris, cui esset facta concessio. l. in concedendo. ff. de aqua plu. ar. & l. Lucio ff. de aqua quo. & æsti. ibi, & sic per aliū. Sexto ꝓbatur in l. 1. §. fin. ibi, locū velit ducere impune. ff. de riuis. Vltimo. ꝓ hoc vř esse tex. ad literam in l. si quis diutu. no. ff. si ser. uen. Et ꝓ hac parte reperio plures consuluisse. Ego uero in hac q. ꝓ ueritate & oium cōcor. ita puto esse distinguendum. Aut dominus q̄ vult diuertere aquā ne discurrat ad loca infe riora, hoc facit aio nocendi dominis inferio ribus, & nullo modo ꝑt, ut l. 1. §. deniq. Mar cellus. ff. de aqua plu. ar. & ibi gl. ru uer. non haberi. & no. gl. in l fluminum §. fi. in uersi. non tenere me. ff. de dam. infe. quæ gl in. §. fi. singulariter vult, ꝙ in dubio non ꝑsumit qs fecisse aĩo nocendi. l. merito. ff. ꝓ so. circa qd vide quæ dixi sup. in l 1. li. de solo siue area, ver. sed ē dubiū an ꝑsumat facere ad ęmulationē. & tridē de fenestra, in 1. par. ibi, secūda falle. Aut non fecit animo nocendi, sed pro sua utilitate, & tūc subdistinguendū. Aut ꝑdi ctis nō ē statutum, sed gñalis cōsuetudo i lo

co cir-

ca circa prædicta, vel conuentio aliqua inter partes, standum est consuetudini vel conuentioni, vt dixi supra, circa prin. huius q. princ.
53 † Et adde quod ille qui permittit solã patientiã, nec per alia verba constituit seruitutẽ, non videbitur ser. cõstituere, sed se psonalr̃ obligare, vt l. si sub vna. §. si qs viã. ff. de ver. ob. secundum Bal. in c. 1. § si quis de manso. 5. col. in prin. in tit. de contr. inuest. vide quod no. in d. § si qs viã. & in l. 3. § opus. ff. de ali. iud. mu. ca. fa. & quod dixi supra in 2. q. prin. Aut est sñia lata inter partes vel alios, & dic vt dixi supra in ver. sed dubium circa pdicta. Aut non est statutum, consuetudo gñalis, conuentio, vel sentẽtia, & iterũ subdistingue, aut aqua illa discurrit ad fundos inferiores iure seruitutis, aut iure cuiusdã facultatis. Primo casu, quando iure seruitutis, sine dubio dominus supior in cuius fundo oritr̃, v alias, non põt ad diuertere, & si diuertat, põt inferior agere cõtra eum, vt est casus in l. si quis diuturno. ff. si ser. ven. Et intellige nedũ de seruitute acquisita, sed et̃ quãdo quis esset in quasi possessione ser. aquę ducẽdæ, qñ eo anno vsus est dicta seruitute aquæ ducendæ. vt l. 1. §. illud tñ & §. quod aũt. ff. de aqua quot. & æstiu. & sufficit eo anno vno die vel nocte duxisse ad hoc, vt dicatur esse in quasi possessione. vt d. §. qd' aũt. & no. Bald. ibi. & in l. Celsus in pen. col. in fi. C. de vsuc. Nam ille qui semel possedit, cum de suo commodo tractatur, si dixerit se possidere, præsumitur possidere, nisi probetur contrarium. l. siue possidetis. C. prob. l. super longi. C. de præ. lon. temporé. secundum Bal. in d. l. Celsus. in fi. pen. col. & sufficit ista quasi possessio ad hoc, vt si impediatur, vel turbetur, possit agere contra eum, & resistere etiam de facto, vt elegan ter declarat Barto. in l 1. §. hoc interdicto. versi. 2. not. quod in istis iuribus. ff. de itin. actuq. pri. & adde quod not. per gl. in c. cum ecclesia Sutrina. in versi. trium episcoporũ. & ibi per Doct. extra, de causa po. & proprie. & per gl. 3. in c. cum ad sedem. extra, de rest. spol. Secundo casu, quando ducitur aqua iure facultatis, & non seruitutis, & tunc est licitum superiori diuertere, nec inferior potest agere neq; sibi resistere, vt est casus in l. Proculus. ff. de damn. infec. & in l. se. & in l. fluminum §. idẽ videamus eo. ti. & in l. i. §. idem Marcellus. ff. de aq. plu ar. & in l. si in meo. eo. ti. facit l. viam pub. cum ibi nota ff. de via pub. & ibi ita debent adduci oia argu
54 menta supra pro prima parte deducta. † Sed dubitatio remanet circa pdicta, qñ qs dicat duxisse aq̃ iure seruitutis vel iure simplicis facultatis. Et in hoc tota vis materiæ huius consistit. circa quod dic, Aut seruitus est imposita ab hoĩe ex cõuentione vel aliquo titulo inter viuos, vel per instrm̃ aut codicillos, vel alia vltima voluntate, vel per sñiam, vel est imposita seruitus à l. puta a statuto, vt inferior possit aq̃ ducere ad fundum suum inferiorẽ, & clarum est, quod tũc iure ser. dr̃ aquã duxisse, & superior non põt aquã diuertere contra debitam seruitutẽ. l. in concedendo. ff. de aq. plu. ar. & per alia iura supra ad hoc allegata. Aut nõ est seruitus imposita ab homine, vel à lege, & tũc aut est præscripta seruitus aquæductus. & idem eadem rõne, p l.
55 si quis diut. ff si ser. ven. † Sed in hoc est eẽ dubium, quãdo inducatur seruitus aq̃ductus pscripta, videlicet quãto tpe, & quæ, & quot requirantur ad istam præscriptionem inducendã. Dicas bř de tpe, aut loquitur de aqua quæ ducitur ex publico, aut ex priuato. Si ex publico, requiritur tm̃ tps, cuius non extet memoria in cõtrarium, vt l. 1. in fi. ff de aq. plu. ar. & l. iure. ductus aquæ. ff. de aqua. & æsti. Aut ducitur ex priuato, & tunc quia regulariter habet causam continuam, præscribit̃ 10. annis inter pñtes. & 20. inter absentes. l. si quis diuturno. præallegata. & no. in l. seruitutes. ff. de ser. de quo dic vt dixi supra, in 4. q. princip. & plenius in 1. lib. in 7. q. princ. vbi de hoc omnino vide. Quod autem & quæ requirantur ad istam præscriptionem inducẽdam, dic plura: Primum est, quod sine possessione vel quasi non præscribitur. l. sine possessione. ff. de vsuca. & capi. sine possessione. de reg. iu. in 6. & not. per gloss. Bal. & Doct. in l. 2. C. de seruit. & aq. & sic requiritur qd' non sit vsus iure familiaritatis vel simplicis facultatis, vt hr̃ per Bart. & gl. & Doct. in l. 1. ff. de itin. act. pri. & per Bart. & gloss. & Docto. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. pos. & per Flor. in l. seruitutes. eod. ti. & per hoc Ang. & Doct. in c. bonæ. extra de postu. prxla. & in c. cum ecclesia Sutrina. extra de
56 causa pos. & proprie. † Et quod quis fuerit vsus iure seruitutis, comprehendi põt ex actibus quos facit, quos quis per seipsum non posset facere in fundo vicini citrã ius & nomẽ seruitutis, vt præcidere sepem, mundare uel mundari facere fossatum in fundo vicini, vel ducere aquã per fundũ uicini, quæ fieri

non pñt regulariter, nisi iuxta l. quemad. §. 1. in fi. ff. ad l. Aq ar. l. cum quidam. §. qđ dī. ff. de acqui. hæ. & d. l. quoties. & no. in locis p̄allegatis & per vnum actum duceđi aq̄ acq ritur i ſta poſſeſſio, vt dixi ſupra. in tit. de ſe. iti. vet. vlt. principali quarto, quid requiratur ad hoc vt quis ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis. dic ut ibi dixi. Secundum requiritur, ꝙ ſit vſus illa quaſi poſſeſſione bona fide credens illam ſeruitutem ſibi competere, vt d. l. 2. & ibi no. in l. ſi. ff. quemad. ſer. amit. Tertiū requiritur. ſ. tp̄s 10. an. inter pñtes, & 29. inter abñtes, in ſeruitutibus habentibus cām continuā, ſicut eſt ſeruitus aquæductus regulariter. In habentibus vero cām diſcontinuā requiritur tm̄ tp̄s, ꝙ non extet memoria in cōtrarium, niſi allegetur titulus, quia tunc ſufficit ,, pbō 10. vel 20. ann. vt eſt gl. nor. multū in l. ſer. præ. & ibi Ang. & Flor. & Doct. ff. de ſer. ri. gñali. & eſt gl. in l. ſi. in verſi. diu. & ibi per Bar. & Doct. ff. de aqua plu. arcen. & hr̄ p Cy. Bal. & Doct. in l. 1. & 2. C. de ſer. & aq. et p Bar. in l. 1. § hoc interdicto. ff de itin. act. pri. Item qñ ducitur aqua ex publico, requiritur tm̄ tp̄s, ꝙ non extet memoria in cōtrarium, vt dixi ſupra, in vet. dic bī de tpe. Nec in præſcribendo hmōi ſeruitutem, requiritr̄ de neceſſitate titulus, vt l. ſi q̄s diuturno. & ibi no. ff. ſi ſer. ven. & no. in d. l. 1. & 2. C. de ſer. & aq. & quādo dicatur habere cām continuam, uel diſcontinuam, uide no. per Doct. in d. l. eru. præ. & l. foramē. & ibi p gl. & Doct. ff. de ſer. vr. præ. & per gl. & Doct. in d. l. 1. Et prædictis adde omnino quæ dixi plene ſupra. in 1. lib. in 8. q. ptin. ſi vero nō eſt ſeruitus præſcripta, tunc dic, aut hñs fundū inferiore in quaſi poſſeſſione ſeruitutis aquæ ducendæ, ad fundum ſuum, eſt, & hñs fundum ſuperiorem vel alius, non poteſt aquā diuertere à curſu ſuo, nec pōt inferior impediri uel turbari quominus ducata aq̄ ad fundum ſuum, ſicut prius duxit, ēt pendente iudicio de aq̄ductu, donec declaretur, an poſſit aqua diuerti, ut no. gl. & Bar. in l. i. §. hoc interd. ff. de iti. act. pri. & probatur in l. pe. ff. de aq. quo. & æſti. & ſi ille qui eſt in quaſi poſſeſſione, turbatur ab aliquo, pōt extraiudicial iter de facto reſiſtere, ut eſt gl. no. in d. § hoc ī terd. & ibi hoc tenet Bar. Sed ſi hñs fundum inferiorem non eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, neq; eam præſcribit, neque ſeruitus eſt impoſita à lege uel ab homine, tunc dicendum eſt, hñs fundū ſuperiorem poſſe aquā diuertere, quia tunc aqua nō uidetr̄ diſcurriſſe iure ſeruitutis, ſed potius iure cuiuſdā facultatis, ut dixi ſupra, in uerſi. ſecundo. caſu, quando ducatur aqua iure facultatis: & iſtud eſt de mēte gl. in l. Proculus. ff. de dam. inf. & Bar. & Paul. de Caſt. in l. fluminum. §. item uideamus. eod. tit. & Bar. in l. 1. §. ſicut aūt. in fi. ff. de aqua plu. ar.

57 †Dubiū in hoc ſolum remanet, quando dicatur aqua diſcurriſſe iure facultatis tm̄, & nō ſeruitutis. Et in hoc dic, ꝙ aqua dicitur, uel alicui ius aquę competere iure facultatis, quando aqua p ſeipſam fluit ſeu diſcurrit, nec interuenit aliquis hominis uſus uel factum, puta quia per uenas ſubterraneas aqua de fundo ſuperiori diſcurrit ad fundū meum inferiorem. nam hoc caſu ēt ſi diſcurriſſet per mille annos, non diceretur mihi ſeu fundo meo acqui ſita aliqua ſeruitus, q̄a aqua per ſe fluens ꝛ non pōt inducere præſcriptionem uel conſuetudinē, cum in p̄ſcriptione uel conſuetudine requiratur, ꝙ interueniat aliquis actus hoīs, quo principiato ſufficieiat aquā fluere. l. qui fundū. ff. quēad. ſer. ami. vt eleganter dic. Bald. in c. 1. §. ſi q̄s de manſ. in 6. col. in tit. de controuer. inueſt. & hoc caſu, qñ aqua per ſe ſp̄ fluit, puta per uenas ſubterraneas, ille ad quē aqua fluit, dicitr̄ lucrū capere. & iſte eſt caſus in d. l. Proculus. in d. §. itē videamus. & in l. ſi in meo. ff. de aq. pl. ar. q̄ ita dēnt intelligi. & ita conſului anno p̄terito in ciuitate Brixiæ. Eſt & alia rō per q̄ non pt̄ dici, ꝙ in caſu dictarum ll. poſſit induci p̄ſcriptio uel conſuetudo p aliquē curſum tp̄is, ēt ſi eſſet tm̄ tp̄s, cuius initii memoria non exiſtat in contrarium. Nā ſi quis hēt fontem in fundo ſuo, & aqua per uenas ſubterraneas diſcurrit ad fundum meum, ī quo habeo puteum, quo puteo uſus ſum longiſſimo tpe ēt per mille annos, tamen non poſſum dicere me præſcripſiſſe uel ex conſuetudine præſcripta acquiſiuiſſe illā aquam, quia ad hoc quòd præſcribatur huiuſmodi ſeruitus, requiritur ſcientia & patientia aduerſarii, ut l. 2. & ibi not. C. de ſer.

58 & aq. † Et eſt ratio, quia in iſtis incorporalibus non eſt dare poſſeſſionem. ut l. ſi ędes. §. ſi. ff. de ſer. urb. pręd. & l. ſeruus. §. in corporales. & ibi gl. ff. de acqui. rer do. & iſta quaſi poſſeſſio conſiſtit in ſcientia & patientia aduerſarii, ut eſt caſus in l. quoties. *La ſecunda* ff. de ſer. & in l. 1. in fi. ff. de ſeru. ruſ. pd. & probatur in l. 1. & ibi per gl. & Docto. C. de ſer.

ser. & aq. no. et Paul. de Ca. in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arc. & dixi supra, in ver. quot aût & quæ, requirantur. & ideo cũ illæ venæ subterraneæ côiter sunt occultæ & incognitę ante q̃ fodiat, vel eas pcidat dñs fundum superiorem, non possum dicere ipso sciente & patiente me vsum fuisse aqua putei mei & sic contra ipsum pscripsisse, & ppea pôt ipsas incidere. Teneas tñ, si ista et non subessent puta quia forte dñs fundi superioris sciebat per venas subterraneas, vel et super terram aquã ad fundum meum discurrere, posset aquam ducere, & venas incidere, ex quo subest alia rõ, de qua supra, videlicet, quia sine facto hominis labitur aqua ad fundum meũ, & sic iu re tm̃ facultatis & non seruitutis, vt dictũ est. Et pdicta intellige vera, nisi hñs fundum superiorẽ hẽret a dño fundi inferioris, ad quẽ aqua dilcurrit, puta qa dominus vtriusq; fundi côcessit mihi in feudum fundum superiorẽ, i quo aqua oritur, quæ discurrit ad fundũ inferiorẽ côcederis, q̃ est inferior, quia non est verisimile dominũ ita côcessisse, vt elegãter no. Bal. in d. c. 1. §. si qs de mãso. in 4. col. in fi. ar. l. qui binas ædes. ff. de ser. vr. pd. Item pdicta intellige vera, qñ aqua percipitur ex lo publico, qa tũc non posset aq̃ diuertere in eius piudicium huc dãnum, vt l. 2. §. merito. & ibi Bart. ff. ne quid in lo. pu. & idem not. Bart. in l. Proculus. in fi. de dam. inf. & in l. 1. §. sicut autem. in fine. ff. de aq. plu. arc. & plenius per eundem in l. quominus. ff. de flu. hẽ p gl. Doct. in l. si manifeste. C. de ser. & in l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden. circa quod vide omnino quæ plene scripsi supra in 7 q. prin ver. vlt. circa prędicta. vsq; in finem Et ex prędictis sequit decisio multarum qônum, & primo quęstionis supra, formatæ i ver. vlt. Sed est dubium de q. quotidiana, videlicet si aqua oritur in fũdo superiori & postea discurrit ad fundos inferiores, & domini inferiores vsi sunt dicta aqua pro irrigandis fundis suis, vel fecerunt coadunationem aquæ in fundo inferiori, in quo fecerunt molendinum sciente & patiente domino fundi, in quo aqua oritur, an dominus superior possit aq̃ diuertere, vt non discurrat ad fundum inferiorem, in qua ita concludo: Aut hñs fundũ inferiorem aliquid fecit in fundo superiori, i quo aqua oritur puta p fossatũ aquã duxit, vel si mũdasset fossata in fundo superiori sciente & patiente dño, & tunc per istos actus vel similes videretur ei aqua iure seruitutis, potius quã iure familiaritatis cum ista non possint in fundo alieno fieri citra ius & nomen seruitutis, vt dixi supra in ver. ꝙ qs fuerit vsus iure seruitutis, côprehẽdi pôt. Et ideo dicẽdũ, ꝙ si est dominus inferior, in hmôi quasi possessione non pt de facto impediri vel aqua diuerti, & si fuit ista aqua si possessione per longũ tps, et de iure nõ posset diuerti, si non interuenerũt ea quæ ad pscribendã talẽ seruitutem requiruntur, secundum ea quæ dicta sunt supra. Aut habẽs fundũ inferiorẽ, nihil facit in fundo superiore vicini puta qa p venas subterraneas aqua labitur, vel qa vicinus vtebatur aqua in fundo suo, & per ipsum discurrebat, & postremo aqua exiens per se per fundum superiorem discurrebat ad inferiorem, & cum fiat potius iure familiaritatis, poterit dñs supior impune aquam diuertere, & idem teneo quando aqua exiens de fundo primo per se sine facto hoĩs, discurrit ad loca priuata, eadẽ rône probatur l. Proculus. & l. fluminum. §. ff. de dã. inf. & in l. si in meo. ff. de aq. plu. ar. quæ iura licet loquant de aqua subterranea, tamen idẽ est de aqua supra terram, quando discurrit sine facto hoĩs, & nulla seruitus debetur, quia paria sunt iura supra terrã & subtus terrã. l. 1. C. de interdict. & no. Bal. in l. item lapilli. ff. de re. diui. in ver ex his colligitur talis distõ. Et ad hoc facit quod no. Pa. de Cas. de venis coaitatis, in l diuortio §. si fundum. ff. so. ma. Sed si facto hominis ducitur aqua peius per viã vel locũ publicũ, puta quia dicta est per fossatũ vel per fistulas, aut canale vsq; ad fundũ priuatum, p longum tps, vel per tm̃ tps, cuius initii memoria nô existit, an tunc ducens aquam dicet esse in qua si possessione seruitutis, vel præscripsisse ita, vt non possit impediri aquã ducere? Et vr ꝙ sic, per ea q̃ dixi supra, in ver. quot aût, & quæ requirantur. Sed tu dicas, ꝙ aut quæritur respectu loci pu. vel côis, aut priuatis pximi, aut primi dñi superioris, in quo aqua orit. primo & secundo loco, non est dubium qđ inferiores sunt in quasi possessione, vel pscripserunt si interuenerunt ea quę requirunt in hmôi præscriptio.

59 † Et aduertas qa est dña qtm̃ ad tps inter locũ publicum & priuatũ, quia respectu loci priuati sufficit lôgũ tẽpus, quo ad præscribẽdum seruitutem contra priua. respectu loci priuati. l. si quis diu vtitur. ff. si ser. ven. & sæpe dictum est. Sed respectu loci publici requiritur vsus tãto, tẽpore ꝙ non extet memoria in

fossa, sed manu facta, & extabat de ipsa memoria, sed iure seruitutis facta erat. Nam omnib. istis casib. inferior dñs non cogitur dictam aquam recipere in fundum suum, & si fouea esset rupta, uel aggeres destructi, posset superior cogi, ut pateretur refici, ut supra dictum est, & probatur in l. 1. §. apud Labeonem. ff. de aq. plu. arc. & ibi hoc tenet Pau. de Ca. Secus si non habeatur d. fossa iure seruitutis, & extabat eius memoria, & erat manifesta, quia tunc inferior regulariter ipsam aquã cogitur in suum fundum recipere, p prædicta. imo plus est, si fouea esset destructa, puta quia in fundo superiore aquarum concursus excauabat locũ, pp quẽ aqua retinebatur ne descenderet in fundum inferiorẽ, postea illa excauatio est destructa, uel repleta, uel quia ageres fecerat dñs superior in fundo suo, postea ex impetu aquarum destructi sũt uel alius auctoritate propria destruxit, nunc dominus inferior uult agere, ut superior patiatur foueum purgare, uel eam, aut aggeres reficere, & certe non põt, quia illa fouea non erat naturalis, quia de nouo facta nec quasi naturalis, quia extabat memoria, nec erat ibi iure seruitutis, sed căliter posita, uel facta. Et similiter dicendum est de aggerib. Vnde sicut si ipsos fecisses sponte, posses remouere, ita & si casualiter facti sunt, secus si essent ibi iure seruitutis, uel non extaret memoria ut probatur in d. l. in summa. §. apud Namusam & ibi hoc no. Pau. de Cast. coniuncto. §. idem ait, si in agro. & in d. §. item apud Labeonem, & ibi hoc not. Iac. de Are. quem sequitur ibi Pau. & in § item Varus. ea. l. † Et

78 ex hoc no. ꝙ si pp inundationem aquarum propria auctoritate in riuo siue fouea uel in aggerib. fecisti coronellas, ne aqua superabũdans flueret in fundum tuũ, potes impune eas similiter remouere, quia sicuti uoluntarie potes eas destruere, nec teneris pati, ut reficiantur, nisi seruitus esset imposita, ut d. §. item Labeo ait, si in agro & in d. §. apud Namusam. cum ibi no. quod perpetuo tene mẽ

79 ti. † Circa tertium, quando nulla est conuẽtio, nec loci natura seruitutem imponit, & loca sunt plana, & loci uetustas subest, tunc illa est seruanda tanquã lex. in l. 1 §. deniq; ait. ff. de aq. plu. arc. & l. in summa in prin e. tit. Sed talis uetustas habet uim quasi seruitutis impositæ. ut d. l. 1 § fi. Et no. ꝙ hæc seruitus acquisita per uetustatẽ seu præscriptionẽ tm̃ operatur regulariter, qñ seruitus acq sita p conuentionẽ quia sicuti præscriptione quærit utile dominiũ, ut no. per gl. & Doc. ĩ auth. nisi triceunale. C. de bonis mater. ita utilis seruitus, non directa, q̃ritur præscriptione, ut d. §. fi. scd'm gl. ibi in uer. quasi seruitus. In hoc tamen differũt, quia seruitus quę sita p cõuentionẽ, est directa actio confessoria, *hh* ut l. 1. §. 1. & ibi plene per Fl. ff. si seruend. & per Bar. in l si prius. ff. de aq. plu. arc. Sed seruitus quęsita per pręscriptionem, dicitur utilis quia compecit actio utilis, ut d. l. 1 § fin. in fin. & not. Bar. & Docto. in l.

80 siquis de uia §. differentia. ff. de acquiren. poss. † Sed circa istam uetustatem seu præscriptionẽ quęritur, quãtum tpis requiratur. Dic aut est talis seruitus aquędnctus quę habet cãm continuam, uel quasi continuã, tunc regulariter sufficiunt 10. anni inter pręsentes, & 20. inter absentes l. si quis diuturno. & ibi gl. & Doc. ff. si ser. uend. & l 2. & ibi not. C. de ser. & aq & no. glo. magna in l. ser. prę. & ibi per Doc. ff. de seru. Aut habet cãm discontinuãm, & tunc requiritur tm̃ tempus, cu ius initii memoria in contrarium non existat, ut l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua

81 quot & æsti. & no. in iurib. prç alle. ut dictum est supra. in 4. q. prin † Quando autem dicatur habere seruitus causam continuam, uel quasi discontinuam, uide in l. foramen. ff. de ser. urb. prę. & quando dicatur tempus quod non extat memoria in contrarium. an & qñ allegando titulum sufficiat tempus 10. uel 20. an. uide quę plenissime scripsi supra. in 3. lib. in 8. q. prin. & supra eo. in uer. sed dubiũ est de q. quorid de qua plene per Bar. Imol. & Lud. de Rom. in l. 1. § denique. ff. de aqua plu. arc. & communis opinio est, ꝙ sufficiãt 10. vel 20. anni, cum allegatione ut hic. & ubi etiam requiritur tantum tempus, cuius initii memoria non existat in contrarium. & dicit Imol. in d. § denique. quidquid dixit ibi Lud. de Rom. qui conatur in hac ma-

82 teria concordare opin. † Sed dubitari põt an si aqua solita est discurrere ad fundum uicini per plures riuos, posit nunc transmitti, in unum riuum tantum. Et dicas ꝙ sic, ut est casus in l. apud Treb. in prin. ff. de aqua pluuia arc. secundum unam lec. gloss. quam sequitur ibi Imo. & illam gloss. omnino uide in ista materia. Itẽ quid si aliqd solebat hortũ suum certo tempore irrigare, & de horto fecit pratum, & uult pratum irrigare, & assidua irrigatione uicino nocet, an teneatur

tur damni inf. vel de aqua plu arc. & dic, q non, vt est tex no. in d. l. apud Trebatium §. si vicinus. Et ex hoc no. secundum Inno. ibi, q vbi seruitus aquæ simpliciter horto debetur, trahitur et ad pratū, qa sit in eodē loco, vel territorio. ar. l. si seruitutes. ff. de seru vrb. præ. nisi locū hortus cōplanauerit, eoq; facto aqua ettior ad uicinum venire cœperit, vt d. §. si vicinus. q intellige scdm Pau. ibi, qn si ne hoc poterat fundum colere, secus si non posset aliter, quā explanando, qa tunc non teneret, ex quo illud fit gra culturæ, vt l. 1. §. de eo opere. ff. de aq. plu. arce. & ar d. l. apud
85 Treb. in princ. † Circa quartum & vltimū, qn non est aliqua cōuentio, nec naturā loci aliqd declarat, nec sua est loci vetustas, quid tunc de aquis seruādum est? Dic regulariter neminem posse aquam, q in fundo suo est, in alium fundum ducere inuito vel ignorāte dño. l. quemad §. si protectum ff ad l. Aq. facit l per agrum C. de ser. & l. dinus. cum ibi no imo si ducatur, ft vicinus ppria authoritate destruere, ut d §. si protectum. & l. si vitem. §. si ad ianuam. ff. quod ui aut clā. & plene dixi sup in 7. q. ptin. Item non pōt aliquis aquā ex suo fundo te inuito ad tuū fundum ducere. l. aquam. & l. præses. & ibi no. C. de ser. & aqua. Nec et pōt aqua quis vti in suo lauando stercora, ita ut fœtor, seu malus odor inficiat vicinum. ar l. 2. §. idem ait, si odore. cum glo. ff. ne quid in loc. publ. Nec etiam potest quis aquam perturbare, q decurrit de vno loco ad alium, ut d. l. apud Trebatium. in prin. ff. de aq. pl ar. nisi ad illum vsum esset deputata, secundum Ang. & Ino. & Lud ibi. & et Pa. q dicit, q si dñs fecit fossas vel riuos, in quibus congregatur aqua ad lauandū pannos, licet postea per ti uos deriuet i fundū vicini, dt moderate vti, & non tenetur secus si lauaret ventres, & sic faceret spurcā aquā, ut putredines deriuent in fundum vicini, per illum text. & de hoc vide tex. in. el . . . de iure. in l. cum supra. C. de re mili. li. 12. & ibi Bal. no. illum contra lauantes panos in summitate fluminis alicuius, qa possent phiberi, quia per tale lauaciū, cōes aquæ deturpantur. Sed lauando in inferiore parte fluminis non potest cotrum pt pars superior & ideo lauans phiberi non [illegible] tex. & no bene d l. cu supra quia ulu q cum milites consistunt supra ripas fluminis, nullus eorū dēt aquam sordidam reddere, seu malos vel equos sudantes imponere, sed pcul i inferiori parte fluri parte fluminis. qd no. contra scutiferos lauantes equos sudantes in flumine uel alueo pu. ad quē hr cursus necessitate, vel delectatione. & similiter no. contra pedisequas vel mulierculas lauantes pannos uel res immūdas per ciuitatē aut uillam, qd intellige, nisi esset aqua deputata ad illum vsum vel solitum ita lauari, ut supra dictū est. Itē nō pt quis aquā calidā puta faciendo balneū immittere in fundū alienū d. l. apud Trebatiū. ff. de aq. pl. ar. quia aqua calida noceret fundo vicino i moderate, ut ibi, aliquando tñ aquæ calidæ sunt vtiles & necessariæ pro irrigandis agris, vt Hierapoli. constat n. apud Hierapolitanos in Asia calida aqua agrum irrigari. & de istis et aquis cōpetunt interdicta, sicut p aquis frigidis, vt est tex. not. in l. 1 §. idem Labeo scribit. ff. de aqua quot. & æstiua. Sed videtur, q nullo mō possit quis aquam ex fundo suo in alienum immittere, et non spurcā nec calidā, quia licet in suo qs possit vti aqua, & qualibet re sua. l. in re mādata C. man. tñ non pōt in alienum īmittere. l. sicuti. §. Arist. ff. si ser. ven. & l. 1. §. idē ait aquā. ff. de aqua plu. ar. & l. quemadmo. §. si protectum. ff. ad l. Aquil. vt supra dixi. Sed pro solutione distingue. Aut aqua primo de fundo uicini in tuum fundum deriuatur, & tune licitum est tibi in eundem fundum temittere. ita loquitur d. l. apud Trebatium. ut dicit ibi gloss. magna, scdm unum intellectū. Aut aqua non peruenit ex fundo vicini, sed ex tuo, & tūc aut ego uolo facere i meo, & īmittere in tuum fundum tale quid, qd per seipsum non flueret in tuum, & non possum. & ita loquuntur contraria. & in hoc uide quæ dixi supra. in 1. lib. in ti. de scelario, & in tit. de aquarolo, & in tit. de aquæ proiectu & aliarum rerū. Aut volo immittere in tuū id, quod per se fluit, ut puta faciēdo ibi riuos. & dimittēdo ibi aquā, quæ per se discurrit, & tunc subdistingue, aut facio hoc moderate, quatenus expedit ad vsū familiæ, & possum. & ita loquitur d. l. apud Trebatiū. in prin. scdm aliū intellectum. aut imoderate, & nō possum, ut no. in d §. Arist. & de hoc vide aquæ plene dixi in 1. lib. in tit de seruitute proiicīedi, in 4. q.
84 † Qn at dicatur fieri imoderate & moderate? Dic moderate, quando p usu tñ familiæ, imoderate, qn vltra usū familiæ, vt no in d. § Arif. & in d. §. apud Trebatiū. in princ. vel qn aqua corrūpit, seu inter-

interrumpitur, vel immitterentur putredines, vel quando fieret balneum, ex quo immitteretur aqua calida, ut d.l. apud Trebatium. in prin. & § 1. cũ ibi no. nisi aqu. calida pdesset, vt supra dixi. † Occurrit alia q.
85 an ille, cui debet seruitus aqductus, possit arcũ lapideũ facere causa aquæ ducendæ. dic aut uult facere arcũ seu pontẽ in loco, quo alteri debetur seruitus itineris, & nõ pt. Aut nõ vult facere in loco, quo alteri debet seruitus causa trãseundi, & pt, vt est casus coniuncta gl. in l. supra iter. in prin. ff. de aq. pl. arc. & similiter dñs pdii seruientis nõ pt facere pontẽ in piudicium eius, cui debet seruitus aquæductus, vt pbatur ibi secdm unum
86 intellectum gl. quẽ sequtur Bar. & Do. † Sed nũquid hñs seruitutẽ vel eius aquæducẽdæ possit arcũ seu pontem lapideũ facere supra aquæductũ alienũ? dicas q nou, si turbaret eius aquã, ut d.l. supra iter. in prin. ver. nec is & ibi hoc no gl. & eodem modo nõ posset supra aquæductũ aliũ aqductũ facere, si nocet inferiori, vt probat et in l. hoc iure. §. fi. ff. de aqua quot. & æst. in l. Quintus. ff. de
87 ser. ru. præd. † Sed quid eccõtra, an ille, qui habet seruitutem iti. possit facere pontẽ supra locum p quem ducitur aqua, inuito eo, cui debetur seruitus aquæductus? Et vr q sic. p d.l. supra iter 2. resp. ibi, sed pontem. In contrarium vr supra esse tex. in 3. respõso, ibi, nec is. Tu vero concorda secundum glos. & Do. ibi: Aut ille, qui habet seruitutem itineris, pt ire, & uti sua seruitute sine ponte, & potest pontem facere. ita loquitur ver. nec is. Aut non põt aliter transire, & tunc aut vult facere pontẽ lapideũ, q de facili non posset remoueri, & idem, qa non pt. arg. l. loci corpus. §. si quis. in fi. ff. si ser. uen. & l. fistulã. in fi. ff de ser. urb. præ. quæ intellige, quando ille locus alteri seruit, puta, quia in eo debet seruitus aquæductus, vt dixi, sed si alteri nõ seruit, & tunc hñs seruitutem itineris, posset pontem lapideum facere, & ita posset intelligi d.l. supra iter 2. responso. Aut uult facere pontem, puta ligneum, qui de facili posset remoueri, & potest. Et est rõ in hoc casu, quia ille cui debetur seruitus, pt facere in pdio seruientis omne id, sine quo non posset vti seruitutem, ut l. seruient es §. si domo. ff. de ser. vrb. præd. & l. refectionis. ff. cõia præ. Item ratio inter pontem de lignis & pontẽ lapideum põt esse secũdũ Bar. in d.l sup. iter. in princ. quia quando est põs de lignis nõ impeditur purgatio riui, q de facili tolli potest, quod fieri non posset, quando esset pons lapideus. Et aduerte, quia pons dr pot pric de lignis. sed arcus lapideus non dr ppric pons, vt probari vr in d.l. supra iter. in prin. Sed cõis vsus loquẽdi aliter se hẽt, cui standum est secdm Bar. & Do. ibi, ut dixi et
88 supra. in 1. li. in tit. de ponte. † Sed si quid si ille, cui debetur seruitus per riuum aquæductus in fundo vicini, uult iuxta pontẽ facere fossam, in qua congregentur aquæ, & ipsas postea per riuum ducere? Dic q nõ põt, quia posset aqua ibi corrumpi, & dare damnum prædiorum seruienti, & probatur in d. supra iter. in 4. respon. ibi, aut si specus. secdm
89 Iac. de Are. & Doct. ibi. † Itẽ nunquid ille, q habet ius aquæ ducendæ de riuo, possit cuniculum subterraneum facere, per quem ducat aquam? Et tex. ĩ d.l. supra iter. in prin. sentit quod sic, dum dicit, cuniculum, q.d. si vellet facere, posset. gl. tenet contrarium, q qñ seruitus debetur per riuum, qui est coopertus, nec fossam, nec cuniculum cooperte facere potest, inuito domino pdii seruientis, per l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. de riu. secundum intellectum gl. licet gl. dubitet de intellectu illarum ll. de quo dic vt plene dixi vt supra. in uersi. 2. q. ex prædictis deciditur. usque ad ver. 3. q. pri. Et adde pdictis, q ille, qui auertit aquam de publico aquæductum, quãdo hẽt id ex priuilegio principis, uel consuetudine, debet ipsam ducere per castellum uel aliud foramen, & non per fistulas, ne maceries fistulæ corrumpantur. & contra faciens perdit beneficium ducendi aquam, & et punitur in corpore, vt est text. in l. eos. & ibi Bar. hoc no. C. de aquæduct. lib. 11. & q trahit aquam ex flumine pub. dẽt gratis habere, nihil soluendo pro tali deductione aq, vt l. ad reparationem. C. de aquæduc. & no.
90 gl. in rubr. eod. titu. † Superest alia quæstio quis teneatur manu tenere riuos, & eos purgare, & aggeres reficere, ii cuius expensis. In
91 qua ita distingue, aut loquimur de aq. publ. aut de priuata. Si de pub. vr q debeat conseruari, & manu teneri expensis publicis, secundum Flor. in l. si fistulæ. ff. de ser. ur. pd. & duxi supra. in 1. lib. in tit. de aqued. pro quo facit, quia in dubio videtur quis facere opus in utilitatem reip. sumptu. pub. vt l. ad reparationem. cum si. C. de aquædu. li 11. & l. fi. C. de fabricensibus. & l. cum nauicularum. in fi. C. de naui. & l. 2. C. de cupre. li 11.

Item.

Itē q̄a q̄s nō dēt grauari duplici onere.l.1. C.de imp.luc.descr.lib 10.Sed in contrariū facit,quia dñis p̄ditorū, p̄ q̄ trāsit aquęduc. publica conceditur immunitas ab extraor-. dinariis muneribus,super indictionibus no mine illorū p̄diorū imponendis,ut fossas si ue aquarū ductus repletos purgēt,ut est tex. in l.1.C.de aquæd.lib 11.& p̄pea vī, q̄ suis expensis facere teneantur, ex quo propter hoc recipiunt commodo,quia ad quē spectat lucrum,deberet spectare dānum.l. 1. §. p̄ secundo.C.de cad.tol.& secundū naturā. ff.de reg.iu.Item quia qui in uno releuatur in alio dēt grauari.l.eum qui. in pri eū ibi no.ff.de iureiu Itē p̄ hoc optime facit l.suo victu.& l.quid nisi.in prin.ff.de op.lib. vbi dr̄,illū q̄ tenet̄ p̄stare operas, dr̄e p̄stare suis expensis.& pro hoc est gl.no.in l.stipulatio nes commodissimum.ff de ver.ob.qui vult, q̄ scriptores teneantur scribere cum suo atramento.& ibi p̄ Ang. & Io. de Imol. Facit ēt ad hoc q̄ no.gl.Bal.& Do.in l.qm̄ liberi.C.de test.& no.idē Bal.i l.liberti liber tæque.C.de op.li.& q̄ no.in l.si non sortē. §.si libertus.ff.de cōd.inde . Ego i hoc articulo ita distinguerē,aut est lex,uel consuetudo declarans quis debeat purgare locum publicū,& cuius expensis,& illa est seruāda l.1 §.si.cum l.sequē.ff.de aqua pl.& l: semp §.legem.ff.de iure immu.Aut nō est cōsuetudo,& tūc aut princeps uel superior cuius est locus publicus,recipit vectigalia uel pe dagia fluctuū & viarum pōtium a nauigantibus & trāseuntibus,& tunc tenetur sumpt. de publico ea loca purgari facere.nō aūt,te nētur subditi sumptib.suis.ar.l.1.C.de Alexātrim.li.11 †Itē p̄ hac facit,quód elegāter

91 dixit Arch.24.q.3. si quis Romipetas. ubi singulariter uult, q̄ comites & barones, & alij superiores colligentes pedagia & vectigalia,teneātur itinera & stratas tenere securas,pp hoc,quia colligunt d.vectigalia alio quin tenentur ad emendationem p̄ditorum si in defectu iustitię inueniantur.23.q 2.dominus.& q.5.administratores.& 4.qui sine. & in auth.ut diffe.iud.§ pe.& idē sequitur Bal.in c.1.in fi.pen.col.in ti.de pac.iura.fir man.Idē tenet Host in summa,de censibus §.ex quibus.& Odo.i auth.habita.C.ne fil. p̄ pa.& idē tenet Flor.in l.1.§.summa.ff.de his qui deie vel effu.q̄ intellige qñ sciuit, & p̄hibere potuit.alias secus arg.l.ne quid in prin.cū ibi no.per gl.& Bar.ff.de incen. rui.& nau.Aut princeps uel superior non recipit vectigalia, & tunc aut recipit aliam vtilitatē,puta piscationes,uel salinas,uel alias vtilitates.iuxta c.1.q̄ sint reg.& idem eadem rōne.ar.c.qui sentit.onus.de reg.iu. li. 6.& l.scdm naturā.ff eo.tit.aut non recipit aliquam vtilitatem,& tūc subiecti suis sumptib purgare tenentur,nut ex eo vtilitatem recipiunt,ēt si fiat ecclesiæ.C.de oper.pub. l.ad portus.C.de colla sunt partim.l.1.&in auth de ecclesiast.ti.§.ad hoc sancimus.&ff. ne qd in lo.pu.l.2.§.viarū.ver.refectiones. & quod no.in l.si locus.in fi ff.quęad. seru. amit.& in l.2.in fi.C.de nau.lib.11. Si vero loquimur de aqua priuata,& tūc aut est pro pria,& nulli dēt seruitutem, & dño incūbit onus purgādi sumptib.suis,aut dēt seruitutē alteri,& regulariter in o ĩbus seruitutib. refectio ad eum ptinet, q̄ sibi seruitutem asse rit,nō ad eū cui res seruit, nisi in seruitute oneris ferendi,ut l.& si forte.§.ēt.ff. si ser. ven.de quo dic,ut dixi.ff.eo.in ver.quæro de alia q.quotidiana.& supra in 1.lib.in ti. de seruitute oneris fe endi.† Et adde, q̄ si

92 in fundo quis hēt usumfructum,alius proprietatem, & est aliqua impensa necessaria pro cloaca,uel ob formulam aquæductus, illa spectat ad vsufructuarium,& non ad p̄prietatem,vt l.si pendētes.§ si quid cloacarii.ff.de vsufructu.& ibi uide p̄ gl. & q̄ hī ī l.hactenus.eo.ti.Item adde,dum dixit Bal. in c.1.§.si quis dē manso.in pen.col.titu.de contro.inuest q̄ quis tenet̄ mundare de facto riuum suum p̄ sua p̄dia currentem, per l.1.C.de aquæd.lib.11.debet intelligi de riuo publico,& de facto in cura & opera& ex pensis publicis.l ad reparationem.eo.tit. & adde q̄ supra dixi. Vltimo, circa istā quęst. princ adde,q̄ supra dixi in 1.lib.in 9.q.pri. vbi in gñe tractatum est, qualiter quis dēt vbi seruitute,& quę supra dixi ex 7.qst. pri.

93 †Nono principaliter quęro, qualiter retineatur seruitus aquædu.& in ea quis teneri debeat.Dic bī,q̄ retinetur, quando ipse cui debetur, vtitur re pleno eius nomine,nō au tem mercenarius,aut hostis,aut amicus,aut medicus, q̄ ad visitandum dominum venit,vel colonus uel fructuarius. Item ab eo,qui quasi debita seruitute vsus est, & in usu retinetur,ut est tex.in l.1.cum ll.sequen vsque ad fin titu.ff quemadmod.seru. amit. vbi gloss. & Doctor. Item si in partes agri aqua fluxit,ēt si non ad vlteriora loca peruenit,

uenit, tñ omnibus partibus fundi debetur, & retinetur: vt l. si in paries. eo. tit. facit l. 2. in prin. & ꝙ ibi no. ff. de acquir. poss. Item si in uia publica est locus, per quem duco aq̄ ad prædium meum, licet regulariter de iure ducere nõ possim, vt l. 1. §. pen. & l. hoc iure §. ductus aquæ. ff. de aq quot. & æsti. tñ si vnus mihi cõcessit, vt possim aquã ducere p locũ publicũ, & postea me ducere impediat sum tuendus in vsu aq̄ductus p vtilẽ actionẽ contra ipsum q ius mihi aq̄ ducẽdæ cõcesserat, vt probatur in l. 2. sedm unũ intellectũ glo. cõia p̄d. Facit ad hoc l. 1. §. ait prtor. de aqua quot. & æsti. & l. p fundũ. ff. de seru. rust. p. & eo modo qui mihi concessit facere pontem super uiam pub. & ędificare molendinum sup suum, licet iure mero nõ teneat dicta promissio, tñ ille q promisit, non poterit petere, vt deponatur põs aut destruatur molendinũ, secundum Ang. & Doc. in d. l. 1. ff. cõi a præd per illum tex cum gl. † Ex quo ét infert ibi Ang. ꝙ licet ex flumine publico non possit constitui seruitus aquæductus vt teneat de rigore, tamen de æquitate prætoris sic, quando flumen non erat perenne: vt ibi, quod est notandum. Item quis retinet seruitutem aquę, ét quando ędificia i flumine sunt diruta, dummodo remaneant aliqua retentionis signa, quæ possunt esse. Primum, quando ædificium uel forma aquæ ducendæ non est reducta ad pristinam formam. Secundum, quãdo esset reducta ad pristinam formam, sed nondum esset elapsus annus. Tertium, quãdo esset elapsus annus, sed remanserunt aliqua signa in fundo aq̄, puta pali lignei, ut probatur in l. si. in prin. & ibi per Bar. Ang. & Doct. ff. de usu. & per not. in l. riparum. ff. de rer. diu. quando diruto ponte, ædificio, vel forma aq̄ductus in signum retinendæ quasi possessionis formare vel figere fecit palos ligatos in quibusdam partibus fluminis, uel aquę, quod signum est, ne uideatur locum reliquisse, quia solẽt habentes iura aquæ vel molẽdini in flumine per publicum instrm̃ protestari, ꝙ non obstante destructione ipsi intendunt tenere, & possidere, vel quasi locum alueũ fluminis & ius, & p huiusmodi signa faciunt affigere palos, vt dixi, & stantibus p̄dictis signis, vel aliquo eorum, nullus alius poterit ędificare in dicta aqua, vel ius aquæ auferre, quia ædificans cum quasi possessione priuaret. Ita singulariter dixit Ang. & Ioan. de Imo.

in l. si. per illum tex. cum ibi no. ff. de vsuca. & adde quod not. Bart. in l. quominus. in 25. q. ff. de flumi. ꝙ perpetuo tene menti in practica pro illis, qui habent molendina, vel alia ædificia in fluminibus, aut aquis, vel ius aquæ ducendæ. & permittunt corruere ædificium molendini uel aquæductus, ut si retinent aliqua signa de p̄dictis, uel similia, dicantur retinere ius molendini, vel aquæductus, nec in eo turbari possunt. Item si quis in aquęductu suo impediatur, potest sibi propria auctoritate subuenire, & ædificium, vel locum eo per alium factum propria auctoritate destruere, & hoc modo suã quasi possessionem tueri, vt l. 1. §. si protectũ in fi. ff. ad l. Aquil. l. si uitem. §. si ad ianuã. ff. quod ui aut clam. Item si quis diuerteret aquam meam, vel mihi debitam, uel impedierit, uel destruxerit aquæductũ, qua actio ne possit conueniri, uide tex. cum ibi not. ĩ l. si seruus seruum §. aquæductum. ff. ad l. Aquil. Item quomodo retineatur ista quasi possessio seruitutis aquęductus, uide ea q̄ habẽtur per gl. & Doct. in l 2. C. de seru. & aqua. & circa hanc materiam uide supra in 1. lib. in prin. in 13. q. prin. pe. & vlt. col. & quę dicam in seq. q. prine. quia per ea, quæ ibi dicentur declarabitur etiam ista q. † Decimo
10 † Quæritur quinto an emphyteota, qui recipit in emphyteosim syluam vel nemus, initio domino posſit extirpare syluam, & nemus, & reducere ad pratum uel culturam, & plantare uites uel arbores fructiferas. Istam q. format Nico. de Ma. & Bal. in l. 1. in fin. C. de iure emphy. Et uidetur primo, quod sic quia qui accipit in emphyteosim, accipit ad meliorandum, sed hoc modo melioratẽ. sed Nic. de Ma. dicit contrarium, quia melioratio permittitur, dummodo non mutet formam l. si cuius. §. usuf. ff. de usuf. & l. hactenus. §. Neratius. eo. tit. & secundum hoc emphyteota areæ non poterit ibi domum superædificare, quia forma areę mutaretur. l. repeti. §. fi. ff qui mo vsuf. amit. Sed Bal. i d. l. 1. in fi. dicit hoc cedere verum esse, quia tacite inest ut posſit meliorari, ut auth. si quas ruinas. C. de sa. san. eccl. & l. 1. C. de alluuio & pal. & l. intra vtile. §. fi. ff. de mino. Et si tu dicis, non potest mutari forma. Rñdetur secundum Bal. forma superficialis mutari pt in melius, quia iste contractus ad hoc est inuentus, ut melioraretur & absurdum eẽt dicere, vt qui dẽt rem æternaliter posſidere, nõ posſit rem meliorare meliori forma introducta sub maiori. Tñ Bal. concludit ind. l. in fi. q mutatio syluæ extirpando fieri nõ pt sed in ędificando domum fieri pt. Et ẽ rõ quia domus pt reduci ad aream demolitado mo, sed uinea extirpata non erit sylua, vt prius erat. l. quæsitum. §. illud fortasse. de le. 3. & ita tenet Bal. in d. l. 1. Sed Fl. in d. l. hactenus. Neratius. ff. de vsuf. refert omnia prędicta, & tandem concludit, q adhuc est perplexus quid teneat. Ego uero in hac quæstiita dicerem, Aut loquimur in area, & stocũ Bald. vt emphyteota posſit domum ædificare, nisi aliud de mente contrahentium appareat, aut loquimur de sylua, & tunc si de hoc specialiter est conuentum, illi conuentioni standum est l. 1. C. de iure emp. coniuncta l. 1. §. si conuenerit. ff. depoſi. aut nulla est conuentio, & tunc aut est statutum uel consuetudo in loco, & illi stãdũ est. l. sẽp in stipulationibus. de reg. iur. & Paduæ obseruatẽ de facto, quia emphyteotæ extirpaut nemora, &

ta, & syluas, & nulla est conuentio, statutum seu cõsuetudo, & tunc aut nõ est vtile, si fiat pratũ, uel terra aratoria, qa forte maior est vtilitas, uel erit, uel tãta pcipi poterit ex nemore, quanta ex pratis, & terris aratoriis, & tunc non posset emphyteota syluã extirpare, ex quo nõ est melioratio, imo potius deterioratio, & maxime, qa in instr͡o inuestiturę solet apponi clausula ad meliorandum, & non peiorandũ, & ita pt procedere op. Bald. aut extirpando syluam fundus efficitur valde melior, & tunc aut est in contractu emphyteotico dcm, vt p uictu soluere teneatur tot plaustra lignorum illo nemore, & tunc non posset reducere ipsum ad pratũ uel culturã, qa non posset soluere dictũ, & sic tacite ũr actum inter eos, ut nemus non destruaẽ, l. si debitor. §. uerisimile. ff. de cõtr. emp. & l. legatũ. ff. de usuf. leg. aut non fuit dcm de illo nemore, & id ẽ credo, maxime qñ emphyteota nõ hẽt alia nemora, ex quibus non posset soluere, p dicta iura eadẽ rõne, aut pẽsio dẽt solui in pecunia, uel in aliis rebus, q̃ in sylua non reperiuntur, & ẽt si esset maior vtilitas extirpãdo syluã, tenerẽ q̃ posset, ex quo hẽt ad meliorandũ. Nec ob. q̃ mutetur forma, q̃ nõ sit reducibilis facilitate ad suã materiã. l. rep. §. rei mut. ff. qui mod. usufruc. amit. & l. hactenus. §. Neratius. ff. de usuf. qa illa iura loquuntur in usuf., q̃ hẽt iura debilia, q̃ faciliter corrũpuntur, & finiunẽ. l. corruptionẽ. C. de usuf. & §. finit. Inst. eo. ti. & si minus iuris hẽt, q̃ emphyteotica. & ideo in vsufru. dñdũ est, ĩ pm non posse extirpare, & formã mutare, quia mutata forma, mutatur vsuf. qui pp hoc periit, ut dictis iuribus. non sic in emphyteota, qui hẽt plus iuris, vcȝ vtile dñium, & ppetuũ. l. 3. ff. de ser. cõiũcta l.
11 1. §. qui in perpetuũ. ff. si ager uect. † Quaeritur 6. aliquis vẽdidit nemus uel syluã cum pacto de retrouẽdendo, iuxta l 2. C. de pac. ĩter em. & l. qui fundũ. ff. de cõtr. em. & an iste emptor possit syluam extirpare. Et in hac q. puto esse cõsiderãda uerba pacti de retrouẽdendo. si. n. dicerent q̃ teneatur dictã syluã uel nemus retrouẽdere, tunc iudicarem ĩ pm nõ posse extirpare, quia non posset seruare pactũ de retrouẽdendo. & sic illa iura nõ loquunẽ de sylua, sed de fundo simplr. & tunc aut est pactũ ad certũ tps breue, puta 5. uel 7. uel 8. ann. ita q̃ esset maior utilitas emptoris hẽe ligna q̃ fructus fundi ad culturã reducẽdi, & maius esset dãnũ vẽditoris. & idẽ p ea q̃ d. sunt in pc. q. Aut est pactũ ĩ perpetuũ, & tunc aut emphyteota sciebat uel ueri similiter scire debebat uenditorem dẽe retrouendere, & ut consequeretur emptor maiorem utilitatem antequam reuendere, fecit extirpare totam syluam, & non posset, & tenetur ad damnum, & interesse ipsi emptori retro ement. l. ar. l. 1. §. 1. & q̃ ibi no. Bar ff. si quis test. li ẽe. ius. fu. & l. nomẽ debitoris. §. j. ff. de le. 3. cum ibi no. & in l. si filiae meae, & quod ibi no. ff. sol. mat. & quod no. Paul. de Cast. in l. si filio. §. fi. eo. tit Aut emphyteota nesciebat, nec verisimiliter scire poterat vẽditorem hẽe animo de proximo retro emendi. & dubiũ esset an possent syluam extirpare & tunc diceretur, aut venditor cõtradicit, qa asserit se cito retro emere, quia tunc nõ posset extirpare eadẽ rõne. ar. l. si fundũ. cum ibi no. C. de rei ven. Aut dñs nõ contradicit vel ẽt ignorat, & tunc distingue, vt dixi de em-
12 phyteota in pc. q. † Quaeritur 7. an maritus possit extirpare nemus sibi datũ in dotẽ, & reducere ad culturam. Dicas q̃ sic, quia p hoc reddit fundum fructuosiorem, quia ex cultura plus pcipit, quã ex nemore, vt pbat in d. l. diuortio. §. si uir in fundo. cõiũcta gl. in ver. fructuosiorẽ. ff. sol. mat. & l. si. ff. de iu. do. Sed si non efficeretur fundus fructuosior
13 tunc vt dixi in duabus q̃ pc. † Quaeritur 8. an maritus emphyteota, uel feudatarius, uel similes qui habent ius in re, possint arbores fructiferas scidere. & videtur quod sic, quia habent utile dominium. l. 1. ff. si ager vec. & c. r. §. rei autem. in tit. de inuest. de re. ali. fa. sed in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mand. C. mand. In contrarium facit l. diuor. §. si vir in fundo. ff. sol. matr. & l. si uir in fraudẽ. §. conductor. ff. de iu. fis. l. forma §. si vites. ff. de cens. l. si ita. §. si. ff. de vsufr. & l. creditor. *la prima*. ff. de pig. ac. & hãc vltim. partẽ Dy. Bart. & Doct. in d. §. si fundum. & Bart. in d. §. conductor. & Bal. ĩ auth. qui rem. in fi. pe. col. C. de sac. san. eccl. Ang. in l. si colonus. ff. ar. fur. cas. & idem dicas in patre quo ad bona filii, & in usufructuario, vt per Ang. in l. fi. §. si autem legata. in fi. C. de bo. quae lib. & probatur in d. l. aequissimum. §. usufructuarius. & idem etiam dicas & multomagis in usufr. l. si. ff. de usu & ha. Sed pdicta omnia limita, nisi pdicti uelint in loco demortuarum, uel incisarum alias plantare, ut dicit Ang. in d. l. si colonus. per d. §. conductor. & idem Paul. de Castro. in d. l.

d.l. diuortio.§.si fundũ.& ꝑ hoc opt.facit l. agri.& l.vetus fuit qõ.cum duabus se .ff.de vsufr & l.ex sylua cædua.eo tit.† Sed potest
14 dubitari circa prædicta, an si emphyteota vel fructuarius vel similes incidunt fructife ras arbores eo casu quo non pñt, an pp hoc cadant à iure suo. Et videtur ꝙ sic, qa dete- riorant rem sibi concessam à dño.per aut. q rem.C.de sac.san.ecc. & ita tenet Bart.in d. l.diuortio.§.si fundum. Innoc. dicit ibi, ꝙ hoc est spãle in fundo ecclesię. Lud.antẽ de Rof.ibi tenet opin.Bald.quãdo emphyteota vel feudatarius fuit monitus vt desistat ab ĩ cisione,& non desistit,per tex.in c.1.§. qui- cunque aduocatus.in tit.de pa.te .in vsi.feu. Et licet ille tex.loquatur in alia materia, tñ eius rõ multum facit pro opi.Bal. quam pu to veram,ꝑ l.eadem.cum ibi no.C. loc. p e. quia pp extra de loc.& per not.in d.auth. q rem.& per l.hoc amplius.§ si.ff.de da.infe. & per l.2.ff.de his,q sunt sui vel alię. iu. &
15 Inst.eo tit.§.si.eũ si.†Quęrit 9.si concessi *c* a- licui, ut possit de nemore meo ligna incide re,& ad sui libitũ accipere, an possim postea alteri cõcedere ligna? Dic ꝙ sic si ligna ne moris vtrique sufficiunt,alias non. arg. l.2. § si.ff.de ser.rust.præd.& l.Lucio.ff. de aqua. quot.& ęst.ꝑ hoc.vide quę dixi in 1. lib. in 3.q.prin. vers.& quod dixi ꝙ dñs possit im-
16 ponere seruitutem.† Quæritur decimo, est permissum alicui, vt possit incidere de ne- more meo quædam ligna, an poterit pro li bito suo incidere in eodem. Guil. de Cum. in auth.qua in prouincia. C. ubi de crim. oportet,dicit in fin. pone, tu habebas bona iuxta nemus meum, recipiebas ligna de ne more meo iniuste, absentasti te,& dixisti fa- mulis tuis,ut inciderent sicut tu, qui habe- bas ius, ipsi fecerunt ut fuit eis dictum & ĩ iuste, quod remedium mihi dabitur? Dico quod agetur contra istos tñ, & si isti petent dilationem ad certificandam dñm, dabitur. & si postea non uenerint, cõdemnabuntur.& si non sunt soluendo, fiet in residuo execu- tio contra dñm.per d.auth. qua in ꝓuincia, in qua ita potest poni casus, quod dicit esse not. quia quotidie de facto potest euenire.
17 † Quæritur 11.si unus milles uult in nemo re alterius colligere ligna. uide Hostien.in
18 sum. de consu.§. qualiter.† Quæritur 12. si in nemore alieno capreoli,cerui, uel alia animalia capiuntur dño ignorante uel con tradicente, an efficiantur capientis, uel dñi nemoris,& an propria authoritate dñs possit ea retinere, uide Ang.& Doc.in l.diuus. ff.de ser.rust.præd.& quod dixi supra de ve-
19 na.& aucupatione.† Quæritur 13. si rustici dicunt se fuisset usos nemore tempore quo non extat memoria,an iuuat eos,ut dicatur acquisiuisse ius utendi, fruendi in illo nemo re. Cy.format hanc q.in l. fin. in 4.q.C. de præscr.long.temp.10.uel 20.ann.Et uidetur dicere quod non: quia usufr. perditur lon- gissimo temporem.l.corruptionem.C.de v- sufr.ergo eo tempore quo perderetur, non acquiritur. facit l.Titio cum morietur.ff.de usufr.& tamẽ cautela est, ut rustici non di- cant se habere vel acquisiuisse ius utendi fruendi,sed dicant sibi constitutam fuisse ser uitutem per ius,uel hſe ius ꝙ possint inci- dere ligna in dicto nemore qñcunq; iuxta l.3.in prin.ff.de ser.rust.pręd.Et ad probãdũ istam constõnem seruitutis uel iuris,allegẽt & probent se usos fuisse dicto iure accipien di ligna p tantũ tp̃s, cuius initij memoria non existat,quia tale tp̃s hẽt uim cõstõnis, & tit.feu.priuilegis.l.hoc iure.§. ductus aq. ff.de aqua quot.& æsti.& c.super quibusdã. §.præterea.de ver.sign.& c.1.de præsc.lib.6. imò plus allegando titulum, & probando possessionem uel quasi,per 10.an. inter pñ- tes,& 20.inter absentes,probaretur tit.& ser uitus constitura,vt probatur per gl.not.in l. seru.præd.& ibi per Doct.ff.de ser.& per gl. Bart.& Doct.in l.1.§.denique. *el secundo.*ff de aqua plu.arc.& per ea quæ habentur per gl.& Doct in l.qui in alie.§.sedũ non adie tit.ff.de aqua hæred.& per gl.& Cano. in c. peruenit extra de cens.& adde quæ dixi su- pra in tit.de seru.aquæduct.uer.circa tertiũ, quando nulla est conuentio.†Quæritur 14. & ultimo,si rustici uel alii habent usum ne
20 moris alieni,puta quia in eo consueti sunt accipere ligna longissimo tempore, quan- do expiret iste usus. uide Cynu. & Doctor. in dicta l.fin.in 4.quęstio.C.de præscriptio. long.temp.

a Venæ. *Vena vnica dicitur etiam si sit sub plu- ribus fun dis continuata, & communis est omni bus dominis fundorum. Paul.de Castr. consilio 130. inc.in causa mota.*

b Actio perso. *Adde spe. de act. & pen.§.2 uer. & nota, quod iudicium.& vers.seq.*

c Concessi. *Conce do, id est, dono, si non ap- pareat alia causa, ex qua conceditur. l. vxor. §.fin.*

In ipsum flumen aditus & exitus. aliter q̄ p ipsum flumen non habeatur, merito ipsius plani appellatione contineatur, ut in simili in multis casibus iura dñt. Sic etiam ager, cum totus qui fuit ab utraq; parte, vnius plani appellatione contineat, ergo & ipsum flumen. alias flumen medium diuideret, nec esset unus planus, sed plures, ar. ff. de ver. sig. l. recte dicimus. Facit ad hoc, quia quod fit in aqua putei in ipsa re factum vr. l. is qui in puteum. in prin. ff. quod ui aut clam. & hr̄ p Bar. in trac. suo Tyberia. in 5. col. uer. dr̄. Sed ibi ēt Bar. dicit, quid si ab alia parte fluminis essent montes uel colles? dicit φ tunc ille locus propter aquæ attractionem vergens plani appellatione non continetur, sed ibi planus desinit, & locus ille ripæ fluminis cedit, vt d. l. pen. ff. de flum. etiam si ipsum flumen aliunde habeat aditum. arc. ff. uti pos. l.
4 si duo §. si supra ædes cū si. † Et ad prædictis φ ualles etiam dicuntur illæ quæ non sunt montibus uel collibus circundatæ, sed sunt in locis interiorib. uel cōcauis aquosis, & ve plurimum concauatis. de quibus dicam infra in elemento aquæ. in tit. de ualli. aquo.

De aqua. Cap. XXV.

1 *Aquæ seruitutis materia.*
2 Quidquid *solo superponitur, ipsi cedit, secus tamen in aqua.*

1 AQua † scd̃m nos est elementum, ideo post terram, de aqua consequenter pro maiori nostra perfectione uidendum esse putaui. Sed ut omnib. ordinem seruemus, prius a mari tanquam digniori exordium capiamus, post reliqua quę in primis ad seruitutē aquę pertinent, ut etiam ordo requirit, breuiter perquiramus, si tamen prius unum dixerimus, quod in aqua mirabile uidetur. † Nam
2 licet regulariter quicquid solo superponitur cedat solo. l. adeo §. cum in suo. ff. de acq. re. dom. tamen secus est in aqua, quæ est supra solum, quia tunc solum cedit aquæ, quæ supra imponitur. d. l. adeo. § insula. ibi, cuius & ipsum flumen, & est speciale in flumine & in mari, & in certis aquis, in quibus locum habet ius alluuionis, secundum Barto. in tract. de alluuio. in 6. colum. & Bald. in l. si plures in 8. colum. in fin. C. de seruit. vide etiam. Bald. in l. item lapilli. in princ. ff. de rer. diuis.

De mari. Cap. XXVI.

1 *Mari, quod natura omnibus patet, seruitus priuata imponi non potest.*
2 *Domum quis uendere potest hoc actu, quod emptor ibi talem artem exercere non possit.*
3 *Mari uel maris in littore an quis ædificare ualeat, & an ædificiū suum efficiatur, et quando.*
4 *Ciuitates in mari fundatæ ipsorum ædificium sunt.*
5 *Mare, uel aliquem maris usum, aut iurisdictionem. an aliquis præscribere ualeat.*
6 *Mare an aliquis tanto tempore præscribere possit, cuius initii memoria in contrarium non extet.*
7 Veneti, *qui gulphum maris Adriatici cuius memoriā in contrarium non extat. posederunt, ipsum mare quo ad eius iurisdictionem præscripserunt. & similiter Ianuenses in mari suo.*
8 *Maris proprietas aliqua præscriptione, uel consuetudine præscribi non potest.*
9 *Mare possedisse, vel quasi, vel aliquam eo iurisdictionem habuisse, quomodo quis dicatur.*
10 Veneti *in mari Adriatico an possint imponere gabellas, & merces conductas contra Venetorum statuta confiscare.*
11 *Mare, in quo aliquis non exercuit iurisdictionem, ut possit dicere ipsam præscripsisse, an sit sit alicuius dominii ratione, uel saltem quo ad iurisdictionis ius. ut maleficia quæ ibi committuntur punire possit. & an gentes, quæ ibi ad habitandum accedunt, possint iudicare.*
12 *Iurisdictio quanta sit in territorio mari coherentis & usque ad quod spatium.*
13 *Insula propinqua, uel modico spatio stare quæ dicatur.*
14 *Miliaria centum per mare, est minus duabus dietis.*
15 *Insula maris si esset in mari alto a quálibet regione distans ultra centum milliaria, quid iuris.*
16 *Insula Sardiniæ Italia dicitur, licet ab Italia modico freto distet.*
17 *Iurisdictionem in terra habentes, habent etiam in mari usque ad centum miliaria tantum, ultra uero solum imperatoris iurisdictio est.*
18 *Papa si in mari moriatur in illa ciuitate successoris electio fieri debet.*
19 *Imperator si miliit ciuitatem aliquam donauerit, omnes eius pertineas donare uidetur.*
20 *Delictum si esset, commissum in mari inter duas ciuitates punctualiter æque distantes, in cuius*

confinio ipsum delictum commissum esse dicatur.

21 *Maris in eadem particula si plures habitēt vel ad ipsos pertineat, & ibi delictum commissum fuerit, quis prius cognoscere debeat.*

22 *Conventio si oritur de his, quæ in mari gesta sint, vel ad mare spectent, qualiter iudicandum, vel faciendum erit.*

23 *Mare quid sit.*

24 *Maris fines an reperiantur.*

25 *Mare qualiter designabitur.*

26 *Territorii alicuius appellatione, an etiam mare comprehendatur, & districtus per illam civitatem.*

27 *Civitates maritimæ an etiam in mari districtus habeant.*

28 *Mari existens, quod per civitatem maritimam regitur puta per Venetos, vel Ianuenses, an extra districtum esse dicatur.*

29 *Mare rubrum an reperiatur.*

1 MAri † quod natura omnib. patet, servi
tus privata imponi non pt. vt̄ l. venditor.
in prin. ff. cō. præd. l. qa maris cōis est vsus oi-
bus hoīb. ut aeris. l. litora §. 1. ff. ne quid in
lo. pub. & Inst. de re. di. §. 1. & l. iniuriarum
ac. §. si quis me prohibeat. ff. de iniu. Sed à
principe imponi servitus mari pt, ut dic. gl.
in d. l. venditor. in prin. per l. serui. §. pen. ff.
de seru. Sed licet privatus in mari servitutē
constituere non poterit. tñ se & suos here-
des per stipulationes uel contractus obliga
re pt, ut nō nisi in aliqua parte maris liceat
sibi vel heredib. suis piscari, uel aliquid aliud
facere, vt est tex. cū gl. in d. l. vēditor. in pri.
& idem intelligit ibi Pau. de Cast. in quali-
bet alia aqua pub. eadē rōne. Et eodē mō pt
quis se obligare ad non impedimentū aliū
privatū in aqua publica, uel lo. pub. aliqd
facere, non erit tñ servitus realis uel prædia
lis, per notata in l. vt pomū. ff. de seru. & l. pe
coris. ff. de ser. vrb. pd. & l. Mela §. fi. de ali. &
2 ci. le. † Et similr̄ pt qs vendere domum hoc
pacto, q emptor non possit ibi exercere talē
artē, & valet ista conventio secundum Bart.
Ang. Flo. & Doc. in d. l. venditor. in princ. &
per Pau. de Cas. in. l. quoties. *in prima.* ff. de
ser. Et his casib. non poterit promittens vel
eius heredes contravenire suæ pmissioni, &
sic contra factum suum proprium, quantus
interest eius, cui facta est pmissio, licet resp.
pro suo interesse possit cōtravenire. l. iurisg.
§. si paciscar. & l. ius publicum. ff. de pact. se-
cundū Doct. in d. l. venditor. in prin. Sed vbi
non est à principe mari servitus imposita,
nec à privato aliqua obligatio cōstituta, tūc
mare passim omnib. patet, ut d. l. venditor. in
prin. eius vsus cōis est oib. hominib. ut aeris
d. l. litora. cum si. Et ideo si quis in mari pro-
hibeatur nulla l. privata uel pub. Contradi-
cente. uel in mari retia immittere vel educe
re, pt agere actione iniuriarū. l. actio. §. si qs
me prohibeat. ff. de iniur. & l. 2. §. si quis in
mari. ff. ne quid in lo. pub. imò plus quis pt
in mari piscari ēt ante ædes meas. vel præto
rium meū, nec ipsum prohibere possum, &
prohibēdo similiter teneor actio. iniuriarū,
vt est tex. in d. § si quis me prohibeat. uer. u-
5 surpatū tñ. † Sed quæritur nunquid in mari,
vel littore maris, possit quis ædificare, & an
ædificium efficiatur suum, & qñ, & dic q pt
& ædificium statim sit suū, cum pilas iacta-
uit, nec requiritur rei perfectio. l. ergo. §. fin.
ff. de acq. rer. do. Nā & ille est modus, qui in
litore ædificat vel in mari. ff. ne quid in loc.
pub. l. 2. §. aduersus. ubi utitur uerbo pñtis tē
poris. s. ædificat. ergo sufficit si in pnti ędifi-
cat, & opus prosequatur, non āt est opus qd
perfecerit. & ita vult Bar. in l. quominus. in
5. col. in fi. ff. de flu. ubi et declarat qñ quis
dicitur opus prosequi. Et ppea dicit Bal.
4 in rub. ff. de re. diu. in 3. col. † Quod sic faci
unt Veneti, qui sunt fundati in mari. & de
iuregentium civitates fundatę in mari, sunt
ipsorum ædificantium, l. in tm. in prin. e. tit.
& hac ratione dicit eleganter Bal. q Veneti
a prætendunt libertatem a: quia non ædifica-
uerunt in solo alicuius. sed si quis in solo iu
risditionali alicuius ędificat, illius dicitur
subditus, ut not. Spe. in tit. de ędi. do. uer. qd
si petitur civitas. Et prędicta uera intellige,
nisi in mari aliquid fiat, quo potius statio,
iter ue navigantium deterius fiat, l. 1. § si in
3 mari. ff. ne quid in flu. pu. † Sed nūquid pos
sit aliquis pręscribere mare, uel aliquem vsū
maris, aut iurisdōnē? & uī q non, quia non
est scriptum loco & tpe; quia loca iurisgen-
tium longæ possessionis præscriptione ac-
quiri non pñt, ut est casus in l. fin. in princ.
6 & ibi hoc not. Ang. & Doc. ff. de usuc. † Sed
an possit præscribere tanto tpe, cuius initii
memoria nō existat? Et videtur similiter q
non, ex quo mare est cōe omnibus, vt dixi.
ergo uī q contra infantes, & nōdū genitos
impossibile sit præscribi posse, quia non ua-
lenti agere non currit præscriptio. l. 1. in fi.
C. de anna. præscr. Item, quia istud uī cōtra
ius

ius naturale, ergo praescribi non potest, arg. d. l. fin. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. In contrarium vr, quod tanto tpe possit acquiri, quia in mari ita est iurisdictio, sicut in terra, vt no. in c. vbi periculũ. de elect. in 6. in ver. tertio ergo pscribi potest. l. viros. C. de diuer. off. lib. 12. & ita no. Bal. in rubr. de re. diui. in 2. col. Item, quia possessio vel quasi, cuius non existat memoria, het vim tituli seu priuilegij, aut constituti. l. hoc iur. §. ductus aquae. ff. de aq. quot. & aest. & c. sup quibusdam. §. praeterea. extra de ver. sig. & c. 1. de praescr. in 6. Et hoc vult tex. cum gl. in l vsum aquę ff. de aquae. l. 11. & gl. fi. scdm primum intellectum. l. diligenter. e. tit. Sed per tit. & priuilegium posset per principem concedi, vt quis ẽr priuatus habeat iurisdictionem in mari. l. venditor. in princ. cum gl. ff. communia p. & dixi sup. in prin. ergo possessio vel quasi, dicti tpis perditur, sicut priuilegium, uel alius titulus. sed quia mare & alia flumina per consuetudinẽ pñt pscribi, & acquiri, ut no. gl. in d. l. vsum. ergo potuerunt etiam per possessionem tãti tpis, cuius non existat memoria, quae hẽt vim cõsuetudinis, praescribi, ut d. c. 1. de praesc. in 6. coniuncto c. fi. & ibi not. extra de consue. & ita tenet Bar. & Aug. & Do. in l. sane si maris. ff. de iniu. & Bal. in rubr. ff. de rer. diu. in 2. col. & Ang. in l fi. ff. de vsu. & in cons. quod incipit, thema super quo consilium quaeritur, &c. ita ẽt tenui supra in 1. l. in 3. q. prin. & ex praedictis sequitur. †Quod Veneti, qui gulphum maris Adriatici tanto tempore, cuius non extat memoria, possederunt, ipsum mare quoad eius iurisdictionem praescripserunt. & similiter Ianuenses in mari suo, vt no. Do. in dictis locis. Sed praedicta intelligo ueia, qñ allegatur titulus, seu, priuilegium Imperatoris, vel quod credant, se vel maiores suos habuisse ius in mari. ar. eorũ quae not. Bar. in l. Celsus. ff. de usu. Bal. in l. iudicis. C. de rei vend. Secus si consitererẽ se & maiores suos nunq̃ habuisse aliquẽ titulũ, uel nec aliquod ius, sed tm̃ praescripsisse per dictum tps. nam tunc nõ sufficeret, quia potius corruptela esset quã praescriptio, vt i. aut. vt nul. iud. §. 5. & ibi gl. col. 9. & quãto lõgiori tpe possedissent, tanto maiori culpa tenerẽtur, vt c. fi. extra de consu. qa licet praesumptio esset iuris, & de iure, tñ admitterẽ pbatio in contrarium per cõfessionem partis, vt no. in aut. sed iã necesse. quae est in cor vnde somitur. C. de do. ante nu. & gl. in l. in contractibus in prin. C. de non nu. pe. sicut dicit in simili Inn. & Doc. in c. quia plerisque. extra de imm. eccl. & c. cum Bert. extra de re iud. & quia essent in mala fide. c. fin. de praescr. & c. malae fidei possessor. de reg. iu. in 6. & licet praesumatur bona fides de 30. an. l. si C. vnde vi. & ibi p Bar. in fi. ñ cõtra istã praesumptionẽ põt pbari mala fides. maxime ex cõfessione partis possidẽtis †. iẽ praedicta intellige quo ad usum, & iurisdõnem non autẽ quo ad pprietatẽ, quia illa nõpõt praescribi aliqua praescriptione uel consuetudine l diligenter in fi. C. de aquaed. li 11. qa sunt de iure gentiũ, & publico, & in usu publico, ut mare, & flumina nauigabilia. nullo tpe acquiruntur, nisi concessio Caesaris aut senatus interuenerit. & hoc tenet gl. in l. fi. ff. de vsuc. quã sequitur Ang. in l. sanẽ si maris. ff. de iniu. Sed hoc intelligo qñ qs vellet se fundare in praesc. simpliciter, sed si vellet se fundare in tit. seu priu Caes. & ad ipsum probandum allegaret rõnẽ, uel quasi, iñ ipis, cuius non extat memoria, sufficeret ẽt ad acquirendum dñium. c. sup quibusdam. §. praeterea. de verb sig. & p c. 1. de praescr. in 6. per l hoc iure. § ductus aquae. de aq. quo. & aest. iuncta gl. notab. in l. seruitutes praed. cũ ibi no. per Do. ff. de ser. & adde, quod no q̃ dixi supra in ti. de ser. aquaed. in 8. q. prin. ver. & ex praedictis sequitur decisio multarum q. vsque ad uer. & q. ex praedictis deciditur. vbi posui quãto tpe praescribatur loca publica, & ius pascendi in fluminib. †Sed dubitari potest qũo quis dicatur posse disse, uel quasi, mare, uel aliquã in eo iurisdõnem. dic ille qui habet imperium i mari. dẽ mare possidere. quod patet p leges, quae permittũt soli principi disponere de his. ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cũ quis. ff. de contrah. emp. l. sed & Celsus. in princ. & l. quominus. ff. de flu. & ita eleganter no. Bar. in tract. Tyberia. in tit de aluco. ues. publ. ce iurisgentium, & idem in effectu tenet Bal. in l. si plures. in 4. colum. in princip. C. de condi. inser. quod tene menti, quia hoc allegaui contra Brixienses, quod Lacus gardae esset totus de territorio Veronensi, quia semper Veronenses, & principes, qui dominati sunt Veronae exercuerunt imperium, & iurisdictionem super toto lacu. & ita fuit iudicatum per excelsum consilium negatorum Venetiarum. & idem dico de

gulpho

gulpho maris, quod custoditur p Venetos, & super illo exercuerunt atque exercent iurisdictionem in dicto gulpho. & ita etiam ob-
10 seruatur. † Sed nunquid hoc prætextu possint Veneti nauigantibus per mare Adriaticum in gulpho cu mercibus imponere gabellas, & confiscare merces conductas contra Venetorum statuta? Bal. format in tract. de sta. di. in 2. col. d. fin. versic. sed nunquid, & vi q non, per l. 1. C. no. vect. i. impo. non pos. Item quia ius confiscandi nulli competit, nisi princi. C. de bo. va. l. lib. 10. & cap. 1. in tit. quæ sunt rega lia in usi. feud. In contrarium uidetur, q secundu Bald totus mundus hodie hoc iure utitur, & derogatum est legibus contrariis. facit l. colonus § maritim. ff. loca. Item quia ista specialis confiscandi consuetudo specialis principis permissioni comparatur, ut no. in simili, in aut. de man prin. §. & iudicare. coll. 4. Item quia Veneti in eorum imperio hnt regalia, & iura fisci, nec superiorem saltem de facto recognoscunt; ideo in mari prædicto pnt imponere gabellas, & confiscare merces & bona sicut in ciuitate Venetiarum, quia tantam iurisdictionem habent in mari, quã tam in ciuitate Venetiarum, per ea quæ not. Bar. in tractatu de insula, in 1. & 2. col. & di cam in q. seq. Sed ubi non esset ista consuetudo, uel ubi non hrent imperium, uel si hrent recognoscerent ipsum à superiore, tunc non possent imponere gabellas, ut in toto tit. C.
11 no. vect. impo. non pos. † Quid autem de mari in quo aliquis non exercuit iurisdictione tanto tempore, ut possit dicere præscripsisse aliquam iurisdictionem, an licet sit nullius ratione dominij, an saltem quo ad iurisdictionis ius, sit alicuius, ut maleficia quæ ibi committuntur possint puniri, & an gentes, ibi ad habitandum accedunt, possint iudicari. ista q. formatur per Bart. in eo tractatu de insula, in 2. col. qui dicit, q pro decisione huius q. est uidendum. † An ille qui
12 habet iurisdictionem in territorio cohærenti mari habeat iurisdictionem in mari, & usque ad quod spatium. & uidetur dicere ipse quod non, quia mare commune est omnibus ut sæpe dictum est, 2. in contrarium dicit esse ueritatem, quia sicut præses prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominibus per rectram. l. congruit. ff. de off. præ. & ita per æquam. l. 1. C. de classicis. lib. 10. & ibi Bar. dicit per illum tex. quod sicut quis potest punire delinquentem in suo territorio ita delinquentem in mari, quod subiicitur illi ciuitati vel prouinciæ: allegat l. Cæsar. ff. de pu bl. & ita no. Bar. & Ioan. And. & Doct. in ca. vbi periculum. in versic. territorio. de elect. in 6 & vide per Angel. omnino in l. sane si maris. ff. de iniur. & Bald. in l arbor § de uestibulo. ff. commun. diuid. & Ang in l. insulæ Italiæ. ff. de iudiciis, qui dicit, quod per illam l. fuit decisum Pisis de consilio Bar. quod delictum commissum in mari propinquo portui ciuitatis Pisarum, deberet ibi puniri; quia est pericula maris, quod intelligebatur subiacere ciuitati Pisarum. imo plus dicit ibi Ang si illa particula maris esset in remoto mari, si tamen nulli loco terrestri etiar propinquior, ubi exerceretur imperium, debet Pisis puniri. Et idem dicit de aliis ciuitatibus cum similis casus accideret. l. 1. C. de classi lib. 11. quam dicit no esse alibi. Circa quod adde quæ dicam in seq. q. & ex hoc apparet secundum Bar. in d. tractatu, si in mari quis hét iurisdictionem, multo magis hét etiam in insulis quę sunt in dicto mari. Insulæ
b b. n. illius prouinciæ propinquę quę modico spatio distant, illius prouincię esse dicuntur d. l. insulæ Italiæ. & l. norionē. §. 1. ff de uer.
13 sig. & no Ang. & Doct. in d l. insulę. † Quę
c aut dicatur insula e propinqua, uel modico spatio distare, dic secũdu Bar. in d tractatu. per centum miliaria. vicinum n. tunc dr. l. 4. §. si tam uicinum ff de dam. inf. & extra de rescrip. cap. nonnulli. vbi dr q in duas dietas
14 non dr locus remotus † Constat autẽ quod centum miliaria per mare, est minus duabus dietis. & quod vsque ad centum miliaria dicatur locus propinquus, probatur in l. quicunque de epis. & cler. & hoc singulariter te menenti, quod habentes iurisdictionem in territorio cohęrente mari, dicuntur habere iurisdictionem et in mari, & in insulis quæ sunt in mari vicino usque ad centum miliaria, & possunt ita capere, & punire delinquẽtes in mari usque ad centum miliaria, sicut in terra in suo territorio. Quod no. quia habui de facto pro Ianuensibus contra Venetos, quia dominus Lauredanti cœpi Mauritium Caronibem Ianuensem; qui capi non poterat, quia non erat in mari Venetorum, & petebat 33. millia ducatorum pro damno si bi dato. ego inter alias feci unam positionem, quod mare in quo captus fuerat, non erat propinquius alicui loco terrestri seu territorio, quam ipsi modo no. & cõfessus est

creditor non potuisse capi, ex quo non erat
in gulpho Venetorum.& allegaui Ba.& An
ge.de quibus supra pp quod de modico ue-
15 nerunt ad concordiam. † Sed quid si insula
maris esset in mari alto a qualibet ragione
distans ultra centum miliaria? Bar.in d. tra-
ctatu de insula,in 2.col dicit,ꝙ hoc casu nō
fit nobis dici uicina uel pro linqua p l.pen.
§.Paulus rñdit.ff.de acq.re.do & l.insulā.co.
ii.& per notata in simili,inst.de rer.di.§.in-
16 sula.& ideo concludit,ꝙ insula Sardiniæ, †
Italiæ dr̄.licet ab Italia modico freto diste-.
Si aūt nec alteri insulę est vicina, tunc non
possumus dicere,ꝙ aliquis in ea habeat iu-
d risdictionem, nisi Imperator,qui est dñs to
tius mundi.l.deprecatio.ff.ad l.Rh.de iac.Vn
de dicit Bar.ꝙ talis insula occupanti conce
deretur quo ad dominium. sed si quo ad iu-
risdictionem pro magistratu,uel Rectore se
gesserit absque principis iussu, intellige in
illa insula remota,incideret in l Iuliam ma
iestatis l.3.ff ad l Iul ma. & hoc secundum
iura ciuilia. sed secundum iusgentium gen-
tes quæ dictam insulam occuparent, facerēt
sibi regem.l.ex hoc iuregentium.de iusti. &
iu.& illos manu regia regeret.l.2. circa pri.
ff.de ori.iur.& hoc seruandum esset inter gē
tes,qn̄ nec iure Romano nec alio iure virun
17 tur.†Et expedictis notat Bartolus, nolentes
habere iurisdictionem in terra,hr̄e etiam in
mari usque ad centum miliaria tm̄, ultra ue-
rò sit solum iurisdictio Imperatoris.Sed An
gel.in d.l.insulę Italię.de iudiciis,ut dixi in
quæst.præc.uult,ꝙ habeant eam iurisdictio-
nem in mari & eius insulis valde remotis,
dummodo alii loco terrestri non sint magis
propinquæ. Facit ad prędicta gl.1. in c.qm̄.
& quod ibi no extra,de dec.Et adde quæ no.
Bar.in l.2.C.de nauf.lib.11.†Vnde ex hoc
18 sequitur,si Papa moritur in mari,in illa ciui-
tate,debet fieri electio successoris Papæ secū
dum Io.An.in c.vbi periculum.de elec.in 6.
& Ang.in l.sane si maris.ff.de iniuriis.† Itē
19 si Imperator donat mihi ciuitatē,vr̄ donare
& omnes ptinētias,de quibus loquitur Inn.
in c.cū ad sedem extra, de rest. spol. & tā in
mari,quam in terra,quia mare sicut terra di-
stinguitur,ut no.in d.c.vbi periculū.& l.1.C.
de classi.lib.11.& l.deprecatio.ff.ad l.Rh.de
iac.& ita no.Bal.in l.beneficiū.in 2. col. in
20 prin.ff.de cōst.princ.†Sed quid si inter duas
ciuitates punctualiter æque distantes esset
delictum commissum in mari? dic, tunc di

ceretur esse commissum in confinio, quod est
cōe veriusq; ciuitatis.l.arbor.in prin.& §. de
vestibulo.ff.cōi diui.Et ideo pariter ad vtram
que spectat cognitio criminis, & cōtractus,
sicuti qn̄ punctualiter in confinio plurium
tum in certa delinquitur vel cōtrahitur,secū
21 dum Ang.in d.l.sane si maris †Sed quid si i
eadem particula maris plures habitent vel
ad ipsos ptineat,nūc quilibet poterit cogno
scere,& erit locus prætentioni.l.si quis postea.
ff.de iud.& præuenisse intelligitur qtm̄ ad i-
perium ille,qui delinquentem capit in ma-
ri.Nam per personalem capturam intelligi-
tur iurisdictio esse pręuenta.secundum Io.
An.in c.1.de dec.& ob. in nouella,quem seq
22 tur Ang.in d.l.sanè si maris.in fi. †Sed si o-
ritur contentio de his.quæ gesta sunt in ma-
ri,uel ad mare spectant,qualiter erit iudicā-
dum uel faciendum?dic ꝙ maris cōsuetudo
seruanda est,ut est tex.no. in auc de usu.nau-
ti.§.fi.co.1 1.& hoc no.gl.quod intelligit qn̄
non repugnat iuris legibus. & sic dicit debe
re intelligi l.deprecatio. & ꝙ maris consue-
tudo sit seruanda.tenet Bal.in d l. obseruare.
§ antequā, per illum tex.ff.de off.proconsul.&
hoc inducit in argm̄ ad cursum brauij Vene
torum.cum fieri debeat per mare, sicut hsi- d
tatum est. & similiter per mare cum balli-
stris solent ludere, alibi consuetum est.Et ui
de apud Muranum,quæ est prope ciuitatem
Venetiarū,ubi fiunt pulchra uitrea. Vltimo,
pro complemento a parte maris subiicio ali
quas q̄ōnes, quæ licet non tangant proprie
seruitutis materiā,vtiles tamē erūt ꝓ ipsius
23 declaratione †Et primo quæro,quid sit ma-
re.scdm Bar.in tractatu de insula.in prin est
collectio multarum aquarum salsarū,ꝓprie
n.mare ab amaritudine dr̄, & oportet ut cū
mari contineatur.alias.n.licet mare appelle
tur mare,tamē nōn est,sed potius stagnū vel
lacus,& tunc non est iuris priuati uel publi-
24 ci,vt de flumine dr̄.† secundo quæro, an re-
periantur fines, dic ꝙ sic,vt no.in c.vbi peri-
culum.de electio.in 6 & notat Bal.in l.si te-
stamentum C.de inst.& substi.sub condōne.
25 †Tertio quæro,qualr̄ designabitur mare dic
p terram propinquam,cui mare magis adhę
ret,& sub qua distingui consueuit, secūdum
Bal.in d.l.aestim. allē.in auc.ut oēs ob.iud.§.
26 primo.†Quarto quæro,an appellatione ter-
ritorii alicuius ciuitas cōprehēdatur et ma
re & districtus per illam ciuitatem. & uī qd̄
sic,maxime in fauorabilibus,ut not.in d.ca.

ubi periculum: & ibi per dominum Mar-
27 cum, & Doct. in §. porro. † Quinto quæro, an ciuitates maritimæ etiam in mari habeant districtus. dic quod sic, ut no. Ioan. Mo.
28 in d. c. ubi periculum. † Sexto quæro, an existens in mari, quod regitur per ciuitatẽ maritimam, puta per Venetos, uel Ianuenses, dicatur esse extra districtum. dic quod non, imo potest ius reddi. sicut Venetiis & Ianuę,
29 ut per Bal. in l. 1. C. de sen. ex bre reci. † Septimo, & ulti quæro, an mare rubrum reperiatur. dic quod sic tex. est in l. & si non sint. §. fi. ff. de au. & arg. leg. Cetera circa materiã maris, uide quæ scribit Bar in tract. de insula, & quæ dicam in trib. sequentibus tit.

a Libertatem. *Veneti dicantur de pop. Ro. Bar. in l. hostes de captiuis. nec recognoscunt superiorem ex præscriptione. Bar ibi, & Bal. in l. 1. ff. de re. di & sunt domini maris Adriatici & litorũ eius. s. in genere, non in specie quia litora sunt ciuitatum adiacentium litori. Bal. in l pen. C. de cõdi. infer. & uide Bar in l. quominus. 2. q. de flumi nibus. & in l. sane. ff de iniu. & Sal. in l 3. C. de nauf. fæno. & per Bar. Cæp. in l. eum qui uectig. de uerb. sig.*

b Insule *Insulæ maris sunt subditæ ciuitati magis uicinæ l. insulæ. & ibi Doct. & Bar. ff. de iud. ubi etiam Bar. dicit de piratis se reducentib. ad insulas, quia conueniri possunt in ciuitate uicina insulæ. adde etiam Bar. in trac. Tyb e. 2. parte, de insula, in prin.*

c Insula. *Distans a terra ultra centum miliaria nullius est, nisi occupantis. uide Bar. in d. tract. Tyberiadis.*

d Iurisdictio. *Imperator habet iurisdictionem generalem Bal in c. ad hoc. in 4. col. de pac. iur. fir. et Bal in l. 2. C. in quib. ca. co li. xi. ubi dicit, qui habet dominum generale & uniuersale in omnibus rebus, sed non particulare. Vide Bar. in extra uag. ad reprimen. uer totius urbis. & Alex. consil. 76. 2. parte. & Alb. in cap. uenerabilem. de elect.*

De litore maris. Cap. XXVII.

1 *Litus maris est, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit.*
2 *Litora sub cuius imperio esse dicantur.*
3 *Litore maris quæ fieri licitum sit.*
4 *Terra quæ est in mari, uel arena maris, cuius esse dicatur.*
5 *Fundum in alienius, si fluminis impetu lignamina uel segetes, uel alia res proiecta sint, quid de illis fieri debeat.*

1 Litus † maris est, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. l. litus. ff. de ver. signi. & Insti. de re. di. §. flumina. sicut mare naturali iure commune & omnium, ita & litora maris communia sunt. l. 1. in fi. ff. de re. di. & Instit eo. tit. §. 1. & pp hoc nemo ad litus maris accedere prohibetur, dummodo a uillis & monumentis & ædificiis se abstineat. l. nemo. ff. de re. diu. & dicto. §. primo. † Li-
2 tora in quibus populus Roma. habet imperium, populi Rom. esse dicuntur. l. litora. in in prin. ff. ne quid in loco publ. quod intel lige quo ad iurisdictionem uel protectionẽ sed quo ad usum, sunt communia, ut d. §. 1. & ibi gl. in uers. per hoc. & glo. in d. l. litora. quo verò ad dominum, seu proprietatem, sũt in bonis nullius. vt. §. litorum. Inst. de rer. di. & ita etiam vult Bald. in rub. ff. cod. titu. in 4 col. uers. sed quid si ædificium. sicuti nullius iurisdictio est Cæsaris. & sic ista tria sũt diuersa, proprietas, usus, & iurisdictio, seu protectio. ut dicit Bald secundum Iaco. de Ra. in l. quædam. ff. de re. di. † In litore maris li-
3 citum est casam ponere, in qua piscatores se recipiant. l. riparum. § fi. ff. de re. diu. & licitum est ædificare in mari, vt fecerunt Veneti, ut dixit Bal. in rub. de re. di. in 4. col. & dixi in tit. præc. in princ. & quod quis in litore maris ædificauerit, ipsius erit, sed sublato ædificio uel collapso, rurs quasi postliminii reuertitur locus in pristinam causam & si aliud in eodem loco ædificauerit. eius fiet. l. in tantum. in prin ff. de re. di. & l. quæ in litore. in princ. ff. de ac. rer. do. secus si pro parte tantum esset collapsum, uel si fundamenta in totum remansissent, uel pro maiori parte, ut ibi, secundum Bald. & quia dixi licitum esse in litore ædificare. intellige nisi usus publicus impediretur. leg. in litore. ff. ne quid in loco pub. Item intellige quando ædificando nemo sentit damnum. l. 2. § aduersus. eo. tit. & intelligitur quis ędificare, quando in litore pilas iactauerit. non autem requiritur rei perfectio. l. ergo. §. finali. ff. de acquiren. rer. domin. ut dixi in titu. præced. versicu. sed quæritur num in mari. Item licitum est in litore maris terra desiccare, & ex mari ad litus deducere. leg. riparum. in princip. ff. de re. diu. & Inst. eod. titu. §. litorum. Item lapilli & gemmæ, ceteraq́; in litore

re inuenta iure naturali statim nostra sunt.
4 †Item quid de terra, quæ est in mari vel arena maris? dic idem, quod dixi de mari uel litore, ut d.§.litorem.in fin.& ideo licitum est cuilibet accipere gemmam uel arenam maris, & efficitur occupantis, & exportantis seu secus de lapidibus & alijs, quæ in litore ex causa naufragij uel ex uehiculo alicuius ceciderunt, quia non licet ea capere, imo q accipit animo sibi acquirendi, magis quam fur est, vt l.1.& 2.ff.de incen.ruin. & nauf.de qua materia uide in l.eum.& authen.nau g. C.de fur.& Fede.de Sen. in consi.102. quod incipit, domine Francisce. Idem esset quado ex vi fluminis ligna uel rates, uel aliæ res ad litus maris, uel ad fundum alicuius peruenerint.& ibi dicit eleganter
5 †quod si fundum alicuius proiecta sunt lignamina uel vegetes, vel aliæ res ex impetu fluminis, si agro noceant, si dominus agri uult fas & licite facere, consilium est, ut per iudicem fieri faciat proclamationes in locis uicinus, vt dominus res illas tollat intra certum terminum, alias illæ pro derelictis habeantur & occupanti concedantur, maxime si illæ res sunt viles ex causa nanq; quis compelli pôt agere, vt no.in l.5.C.ut nemo inui. Hic aût subest causa, quia illæ res nocent agris alienis. dicit tamen quod securior uia esset, ut post aliquod tempus post dictam proclamationem uenderentur dictæ res, & pretiû pauperibus erogaretur, ar.c.cum tu.extra, de vsu. cum sim. quæ no. quia sæpe contingit ubi sût flumine rapida & torrentia.

De portu. Cap. XXVIII.

1 *Portus statio, & angiportus quid proprie sint.*
2 *Portus flumina publica sunt, licet ciuitates Italiæ de consuetudine ea sicut imperium, præscripserint.*
3 *Portus omnis solo insula est.*
4 *Portus maris hominum ingenio fabricati, an omnium populorum publici sint, an uero ædificantium.*
5 *Testamentum factum in portu ciuitatis Soldani an dicatur factum in terris Soldani.*
6 *Moles in mari proiecta causa faciendi uel muniendi portus, an iaci possunt.*

1 Portus † est a locus conclusus, quo importantur merces, atque inde exportantur, eaq; nihilominus statio est conclusa, atque munita, inde angiportum. l.portus.ff.de verb. sig. Et dicitur locus conclusus.i.locus ubi rates morantur & stant, secundum gl.ibi. Statio vero dr a stando.& ideo stationis verbo is locus demonstratur, ubicunq; naues tute stare possunt, ut l.1.§ stationem ff.ne quid in flu. pub. Angiportum dr strictus portus.
2 † Portus & flumina publica sunt.l. nemo.in fi.ff. de re.di.& Insti.co.§.1.& ideo ius piscandi commune est omnibus in portu fluminib. que. Inst. de re.di.§.flumina quo ad iurisdictionem, portus sunt Cæsaris, uel illius dñi, vel ciuitatis, uel territorij, in quibus sunt, vt c.1.in princ.in tit.quæ sint regalia.in usi.feu. & ideo uectigalia seu redditus illius portus prouenientes ex mercibus, sunt de regalibus & dicuntur publica uectigalia, ut d.c.1. & l. inter publica.§.fin.ff.de verb. sig & ppea spectant ad Cæsarem, ut d.c.1.quod intelligo, nisi dñs ciuitatis uel territorij illius loci, in quo est portus, habet regalia, quia tunc ad eû spectant illa regalia. Et quando Papa, uel Imperator facit aliquem regem, quæruntur sibi omnia regalia quasi specialiter concessa, secundum Bal.in d.c.1.circa fi.& uide quæ statim dicam infra.uer.sed quæro iuxta prædicta. Hodie vero ciuitates Italiæ sibi de cô suetudine præscripserunt merum imperium & ita portus & flumina, licet de iure cômuni sint principis, ut d.c.1.pro quo facit glo. magna in fi.§.iusiurandum.in auth.de desc. ciut secundum Bar.in l.quominus.in 2.col. in fi.ff.de flu.& dicam in tit.seq.† Et adde, q
3 omnes portus in solo sunt insulæ.l.Cæsar.ff. de pub.& ideo dicit ibi Bar.si quis in portu insulæ ciuitatis Pisanæ deprehendatur, pôt puniri in ciuitate, sub qua est insula. Circa quod vide quæ dixi in ti.de mari.† Sed quæro iuxta prædicta, an portus maris ingenio
4 hominum fabricati sint publici omnium populorum, an vero ædificantium.& uidetur q sint publici, per ea quæ supra dixi. In contrarium vr, quod sint ædificantium.l.i.in tantum in princ.ff.de re.di. Item videt q sint communes, sicut aqua est communis. dic scdm Bal.in rub.ff.de re.di.in 7.col.in prin.q ædificia sunt ædificantium, sed portus sunt publi
5 ci.† Et ex his insurgit una pulchra dubitatio an testm factum in portu cuiusdam ciuitatis Soldani, dicatur factum in terris Soldani. Et Bal.ibi dicit, q tpe suo hoc fuit reuocatum in dubium. Et dicatur quod non, quia portus est publicus, & ita Christianorum, sicut Sa.

racenorum.nam hoc est introductum de iure gentium. Consequentiam autem inferebatur ex prędictis.l.hoc legatum.de leg.3. Sed Bal.in l.iustitia ante fi.principii ff.de iusti.& iure.dicebat se consuluisse sup testō cuiusdam facto in Barbaria dub.ęstibus, ipsum valuisse,qa cum non appareat q forma testādi ibi seruatur. psumitur q seruetur ius gen. tanq̄ æquissimum.ar. l.oēs populi.in fi.ff. de iust.& iure. Idem uult Bart.in l.1.C.quēad. test ape.q similiter dicit,q de facto consultus fuit sup quodam testō unius mercatoris de Aucona,facto in terra soldani Babyloniç & dixit valere testm̄ factum secundum merū ius gentium, q præsumatur ibi vigere nisi contrarium probetur,cum sit tale ius gen.apud omnes,sicut consuetudo in dubio psumenda.nā istud ius gen est bonum,& æquū, ideo seruandū.& portus seruare debemus tan ca.quā ciuile,qa illud inhæret iuri diuino, sed sub lege diuina sunt oēs populi,& nationes,sed ius ciuile non uiget ubiq; locorum. facit c.q sup.extra de uoto.& adde q no.Bal. & Doc.in l.qa a latronibus.in pri.ff.de test.

4 & Ang.& Do.in d.l.2.C. quēad. test. ape. & Do.in l.si non speciali.C.de test †Reperiuntur ēt mores in mari protectæ causa faciēdi vel muniendi portū,quas in mari quis iacere pōt,maxime ea de causa,ut l.2.§.aduersus ff.ne quid in lo.pu.& si maritus haberet in dotem ciuitatem,uel territorium iuxta mare,& iaceret moles in mari,p portu faciēdo uel muniendo,vel pro muniendis muris ciuitatis uel castelli dotali, diceretur impensa necessaria,ut l.1.§.inter necessarias.ff.de impen. & de istis molib. loquitur Virgilius in 1.Aeneidum de Carthagine loquēs dicit, Miratur molem Aeneas,magalia quondam. & ciuitas Neapolitana hēt istam molē in mari,q̄ vulgariter,el molo, appellatur. quā Alphōsus rex mirifice instaurauit, intra quam est nobilis portus ciuitatis Neapolitanæ.

Portus. *Portus est de regalibus principis.Bal.in c.1 in princ.quæ sint reg.*

De naui. Cap. XXIX.

1 *Seruitus naui imponi non potest,ut cum in portu erit semper merces deferre teneatur.*

2 *Seruitus nauigandi si locus perpetuo in tuo fundo sit,ut ad fundum meum perueniatur, imponi potest.*

3 *Seruitus aquæductus cur ex lacu fieri nō possit.*

4 *Arbores si dominus cædere voluerit,et nauta arboribus nauem ligare uelit,quid iuris.*

5 *Nauigationis tempus esse dicitur a Calendis Aprilis usque ad Calendas Octob.*

1 SEruitus †naui imponi non pōt,ut cū erit in portu,semper teneatur deferre merces: quia seruitus non potest imponi, quę de facili extinguitur,& sic nec naui ex quo de facili consumitur & modicum durat, licet ex nouis tabulis conficiatur,ut no. Angelus in d.l.foramen. Nec obst. q domo imponitur seruitus,& tñ aliqñ ruit,quia illud raro contingit,ideo non cōsiderandum l.nam ad ea. ff.de leg.& ita vult gl.& Ang.in d l.foramē. in fi.& pędictis sequitur seruitutem iumentis imponi non posse,nec hominibus, quia de facili moriuntur,& perpetuam causa non habent.& ideo lex appellat operam seu ministerium serui,non seruitutem & intellige in prædictis seruitutem imponi nō posse,iure proprietatis seruitutis, sed bñ pōt valere iure obligationis psonalis,p no.in l.vt pomum. ff.de ser.& l.pecoris.ff.de ser.ru.præ.& l.Me

2 la.§.fi.de ali.& ci le.†seruitus aūt nauigandi,si lacus ppetuus in tuo fundo est, ut perueniatur ad fundum meum,imponi pōt. l. via

3 constitui.§.si lacus ff.de ser.ru.præd. † Sed q est rō,q seruitus aquæductus ex lacu fieri nō pōt,vt d.l.foramen.§ oēs.& tñ seruitus nauigii imponi pōt,ut ibi. Rńdeo secundum Hērricum,qa quādoque erit nauigium, quandoque uero non aquęductus uero continue. Vel hoc fauore nauigii. Vel dic & tertio, q per nauigium non minuitur aqua,sed p aquæductum sic.ita no.glo in d §.omnes. & d.l.via constitui.§.si lacus.in uer.nauigandi. Licitū est nauigātib naues ad ripas applicare, funesq; arborib ibi natis religare. l.riparū. in princ.ff.de rer.di.& Inst eo.§ riparum. † Sed

4 quid si dominus uult incidere arbores, & nauta vult ligare nauem arboribus? vide gl.in d.arboribus,& Bal.in l.ite lapilli,in pe. col.iuxta.ff.de rer.diu. & quod dicam in titul.de ripa. Nauis usufru.legato, nauigatione uti potest licet naufragii periculum immineat.nauis.n.paratur vt nauiget.l arboribus §.nauis.ff de usufr.dūmodo nauigeē tpe nauigationis,& non alio ff de rei ven.l.non vtique.§.fi.& l.nauis.& C. de offic.rec.pro-

5 uin.l.ciuitas.†Et dicitur tēpus nauigationis esse a Calendis Aprilis, usque ad Calendas Octob.

Octob. vt l. quoties in fi. C. de nauf. lib. 11. & no. gl. fi. in l. qui petitorio. de rei vendi. dicit tamen Bar. in d. l. quoties. in fi. & in hoc standū esse consuetudini, si facit illud, quod fecerit diligens nauis uarius, qui illa lex nō servatur in tpe, quod est apud maxime apud Venetos, quia in nullo tpe nauigant. Redditus nauigiorum sunt de regalib. sicut plaustrorum. c. i. quæ sint regalia. & ibi no. Bald. hodie secus est in Italia, quia ciuitates de consuetudine sibi hoc præscripserunt, ut dixi in tic. pace uers. hodie ciuitates & de priuilegiis naucularorum, & quæ priuilegio vti dicet. vide l. semper. & nauigatores. cum glos. & ma. & de iure im... Hostien. in ... de peregri. & de materia nauigationis & nauicul. arum, ut de in toto ti. C. de nauicula. & in tit. eod. de præd. naus. & in aliis se. videlicet in tit. de nauib. non excu. & de nauf. de cla. li. 11. & toto tit. ff. nau. cau. sta. & tit. ff. & C. de nautic. & in auth. de nau. vsu. col. 9. & ff. ad l. Rho. de ia. l. 1. & 2. & l. scapham. ff. de cuic. Bal. in l. 1. §. de exercito rious. ff. nautæ cau. stab.

De lacu. Cap. XXX.

1 *Lacus est, qui perpetuam aquam habet.*
2 *Stagnum est, quod temporalem continet aquam ibi stagnantem.*
3 *Lacu uel ex stagno aquæductus seruitus concedi non potest.*
4 *Seruitus aquæ tollendæ per totum ex lacu an imponi possit.*
5 *Interdictum de fonte, in lacu etiam locum habet.*
6 *Lacuum seu stagnorum alluuione si uni aliquid detrahatur, & alteri adiiciatur, quod iuris.*
7 *Lacus fructus si a Perusii communi emerim, commune autem habeat ibi proprias naues ad piscandum, quarum etiam vsum volo, quod iuris.*

1 Lacus † est, qui perpetuā hēt aquam l. 1. § lacus. ut in flu publi. na. & gl. in l. foramen. § 1. in uer. lacus ff. de seru. rū præd. dicit. Lacus est, qui aquam habet aquam, nō tñ inde exeuntem. a l. ead. §. lacus appellatur, sicut est lacus Gardæ, qui hēt aqua exeuntē & facientē initium. & hoc attestatur Plin. dicens, Lacus est Italiæ, natus in agro Veronē si initium omne transmittens. † Stagnum 2 a est, quod temporalem continet aquam ibi stagnantem, quæ quidem plerumque hyeme aggeror. d. l. 1. § stagnum. & no. gl. in d. l. foramen. §. 1. in uer. lacus & de utroq; hī per gl. 3 in l. uicinus. § lacus. ff. de aqua plu. arc. † Ex lacu uel stagno seruitus aquæductus concedi non pōt. d. l. foramen §. 1. Et ibi ponitur tō in tex. & glo. sed seruitus nauigii imponi pt. l. uia constitui. § si lacus. ff. de ser. ru. præ. & quæ ... tō ... in gl. & dixi in ti. 4 pte ver. seruitus autem nauigandi. † Sed an seruitus aquæ tollendæ per totū ex lacu imponi possit, vide tex. gl. & Doc. in l. a. ff. cōtra 5 pre. † Interdictum de fonte hēt locum etiā in lacu. l. 1. in prin. ff. de fonte. & dicam infra de fonte. Lacus nec crescit nec decrescit licet quandoque aqua crescat vel decrescat. l. vicinus. §. lacus. ff. de aqua plu. arc. Et ideo lacus & stagna licet interdum crescant, interdum decrescant, suos terminos tñ retinēt. ideo in his ius alluuionis locum non h̄t. l. lacus & stagna. in prin. de acqui. rer. po. & l. 6 Rutilia Polla ff. de contrahen. emp. † Sed circa hoc conclude. Quidam lacus & stagna priuata sunt, tunc non est dubium, quod per alluuionem neque addit, sed locus illæ quia aqua lacus uel stagni inūdat, remanet eius, cuius primo fuerat. d. §. lacus & d. l. lacus. Quidā sunt lacus & stagna publica, & hoc duob modis esse potest. quandoque. n. sunt publica. i. rei p. vt ibi nullus piscari possit, nisi ille cui resp. commiserit, vt in lacu Perusino, & tunc idem si priuatus. l. sed & Celsus ff. de contrah. emp. qnque sunt publica, & in vsu puplico, quia per eum quilibet trāsit, & in eo piscatur quilibet ad placitum, tunc addit & detrahit per alluuionem sicut flumina pub. ff. de verb. si. l. litus. ff. ut in flumi. pu na. l. l. 1. & ita no. Bar. in trac. Tyberia. in 4 col. ver. de lacu vero & stagno & vide Bar. & Doct. in d. l. lacus. & d. l. Rutilia 7 Polla † Sed pone, emi a cōi Perusii fructus lacus, cōe autem habebat ibi proprias naues ad piscandum, quarum vsum volo, commune negat, quid iuris? dic q debeo habere, quia redigior ad instar vsufructuarii uel cōductoris. ff. loca. l. sed addes. §. illud facit. ff. de usuf. l. item si fundi. § seminarios. secundum Bal. in l. fundo. C. de ver. sig. in lacu Perusino. vide gl. in l. ea. ff. de fun. instru.

a Stagnum. *Stagnum publicum an potest piscari impune, vide Spec. de causa poss. & proprie in princip. in 8. colum. in versic. octauum est. vt liceat.*

D:

De fluminibus. Cap. XXXI.

1 *Flumen quid sit, & de eius multiplici differẽtia.*
2 *Torrens est, quod hyeme currit.*
3 *Flumen a riuo in quo differat.*
4 *Fluminis publici cuius sit usus, si proprietas esse dicatur.*
5 *Loco publico, sicut sunt flumina, &c. ædificare non licet.*
6 *Fluminum publicorum usus communis est, sicut uiarum publicarum & litorum.*
7 *Statutum si dixerit, quod gentes loci teneantur sequi usque ad alueum nouũ fluminis, an ultra alueum desic catum gentes sequi teneantur.*
8 *Fluminis caput est, unde aqua nascitur.*
9 *Flumen si in agrum meum lignamina duxerit, an mea efficiantur, remissiue.*
10 *Villæ alicuius uel castelli dominus si locauerat dictam uillam, uel territorium, uel terrena loca, an riuos aquarum, uel pontes, uel alia syluestria loca locasse uideatur.*
11 *Concedam si tibi castrum cum toto territorio an in ea concessione locas syluestris, uel usus ueniat.*
12 *Castro concesso munitiones quæ ad castri defensionem existunt, concessæ intelliguntur.*
13 *Flumina nunquid ueniant in concessione feudorum regalium si forte usque ad tale flumen concedatur, uel de tali flumine usque ad tale.*
14 *Dictio Ad, cuius naturæ sit.*
15 *Flumen si nauigabile sit, prætor concedere nequit aquæductum ex eo fieri.*

1 FLumina † quædam sunt perennia, q̃dã
torrentia. Perẽne est illud, quod semper
2 fluit. † Torrens est, quod in hyeme currit. si
tamen aliqua æstate aruit, qui alias per hyemem fluebat, non ideo minus perenne. l. 1. §. item fluminum. ff. ne quid in flum. publ. facit. l. 1. §. duo sunt genera. ff. de aqua quoti. & æsti. Fluminum q̃dam sunt publica q̃dam non publica Flumen est, ut Cassius diffinit, qđ perenne sit. d. l. 1. §. fluminũ. Sed oĩa. perenne flumina perennia sunt l. nemo. §. fi. ff. de re. d. Et dr̃ perenne, ppter ea flumina, quę ad tempus fluunt, ut Rapo, Meloncellon, & quę sunt priuata, ut dicit gl. & est in §. flumina Instit. de re. di. qui dicit flumina omnia publica sunt. debet intelligi de fluminibus perpetuis. ut est Padus & Rhenus, secundum gl. ibi, priuata uerò flumina sunt, quę manu extracta sunt. l. 1. §. si fossa. ff. de flu. & no. gl. in d. l. nemo. §. ... §. flumina q̃ exẽplificant de fossatis in agris positis, quæ crescunt & decrescunt. Fluminum quædam quædam sunt nauigabilia, quędam non l. 1. §. in fluminum. cum. § se. & l. quominus. ff.
3 de flumi. & l. 1. ff. ne quid in lo. pu. † Flumẽ
a riuo magnitudine discernendum est, aut existimatione circumcolentium, ut l. 1. §. 1. ff. de flu. quẽ tex no. ad probandum & sit flumen, aut in cuius territorio sit: quia recurrẽdum est ad existimationes seu opinionem circumcolentiũ, & ppea debet accipi tes fluminis, & ẽt est faciendũ, quando dubitatur de aliquo opere, de quo non extat memoria vt per Mar. Sil. & Raph. Ful. in l. si arbiter. §
4 fin. in uers. audiuissent. ff. de probatio. † Dicamus primo de flumine publico, & primo
a cuius sit proprietas a & vsus. Et dic ppprietatem esse Cęsaris; quia flumina sunt de regalibus. c. 1. q̃ sint rega. & l. flum. in princ. ff. de dam. infe. & ibi Ang. tenet hoc. Sed hodie ciuitates Lombardiæ cũ sibi de consuetudine, vel ex priuilegio pacis Constantiæ acquisiuerunt merum imperium, & regalia, ut dicit gl. not. in auth. de feu. ciui. §. iuiurãdum. in gl. magna. in fi. & per Bald. in c. 1 in prin. in fi. 2. col. ĩ ti. de pace re. & late p Ang. de Are. in l. illud *la secunda* de ap. licet Bal. in c. dũo guerram ante fi. in prin. in ti hic finitur lex, dein. incipi. consue. re. aliter dixerit, & quæ sunt in Lombardia, sunt illius, in cuius territorio fluunt. & ita tenet Bar. in l. quominus. in 2. col. in fi. ff. de flu. q plus dicit, & ẽt ciuitates totius Italię pscripserunt sibi merũ imperiũ, & flumina scđm ciuitates Lombardię põt ẽt iuuari titulo de pace Constantiæ, & adde quæ dixi supra. de portu, uers. hodie uerò ciuitates Italię. & titulo đ nauigio, circa fi. alię uerò ciuitates extra Italiã. q hñt regalia, dñr hñt ppprietatem fluminum, quę sunt in earum territorio, & non aliæ. & hoc
5 vult Ang. in d. l. fluminum. in princip. † Et
ex pdictis sequitur, & sicut ĩ loc. pu. regulariter ñ licet ædificare. l. 1. & 2. ff. ne quid i lo. pu. ita nec licet i flu. pu. ædificare, nisi auctoritate publica, puta pricipis uel senatuscon. l. 2. §. si quis á principe. ff. ne quid i lo. pu. & l. si i pub §. fi. & l. qđ pricipis iussu. ff. de aq. plu. ar. uel auctoritate populi, p cuius territoriũ discurrit, si ille populus hẽt regalia, vt populus Bon. unde in flumine Rheni licitè concedet potestatẽ ędificandi molendinum priuato, dum tñ sine incõmodo cuiuscũque fiat. d. l. fluminũ, ĩ prin. & hoc not. Angel. & Doc. idẽ si cõcedatur p l. municipalem. i. statutum

tutum d. populi.l.2.in uer. 1.ff. ne quid i lo. pu.& l. phibere.§.plane.ibi, si non lex mun. ff.qd' ui aut clam.Idem si cócedatur p admi nistratores ciuitatis,q hét regalia.d.§.plane. Et vide q ibi no.Bar.Sed si populus aut ciui tas non habeteret regalia, seu merum imperium,non posset cócedere ius ædificandi in flu.pu.ex quo publica flumina sunt de patrimonio Cæsaris.d.c.1. q sint regulæ.secundú Ang.in d.l.flumínú.& dixi supra circa prin. Et pdicta intellige in flu. pu. nauigabili.secus si est flumen nó nauigabile.ná flumina pub.sút iuris cóis,qa de iure cói in flu.pub. sine cuiuspiá iniuria absq; alia impetratione ædificari pt,si nó est nauigabile, nec specialiter vetetur p principé vel senatú,& similes.l.quominus.ff de flu.& vide q.no. Bal.in rub.ff.de re.di.in 5.col. cú seq. vbi ponit an & quando quis possit in flu.pu.ædificare.& adde pdictis oino que plene dixi supra.i tit. de ser.vr.vr. in q.10.cum q. se vbi plene examinaui an & quando loca pnta viæ & flumina possint vendi seu alienari,& quádo ædificatur in flu.pu.an debeat caueri de dá.inf.vi de in d.l.flumínú,i prin. & ibi Doc. † Vsus
6 aút fluminum publicorum cóis est;sicuti.vsum publicatum,& litorum, vt pbatur in l. 2.§.1.ibi loca.n. publica utiq; priuatorú vsibus deseruiút. ff.ne qd in lo.pu. Et ista cóio
b hoc inducit, vt ius piscandi b omnib.cóe sit vt in fluminibus.& portu.§.flumina.Inst.de re.di.& ibi gl.& Doc.& Bal.in l.ité lapilli. 2 q.ff.e.ti.& vide quæ dixi supra.de ser.aquæ du.in 8.q.prin.ver. & ex pdictis sequit decisio multarum q.circa fi.Iré ista cóio inducit vt locus sit poccupationi l.2.§.1.ne quid in lo.pu.& per hoc patet decisio,de duob.plaustris inuicem sibi obuiátibus, qa deferendú ei,q primo viá intrauit, quia præoccupauit sibi vsum & appropriauit. Sed si simul, erit locus gratificationi; & si via.est capax amborum curruum,inuicem sibi cedere debent, secúdm Ang. & Doc. in l. fluminum & de d. plaustris sibi obuiantib. vide gl.& Doc.in l. per agrum.C.de seru. & gl.in d.l.2 §.1. ff.ne quid in lo.pub.& idem dicas de duabus nauibus inuicem obuiantibus in flumine vel riuo eadé róne Fluuius est ipsa aqua fluens, q est eadem,sicut vinú, licet de dolio in doliú sit mutatú ita dicit Bal.in ru.ff.de re.di. 13 col.in fi.ver.fluuius autem.allegat quod no.in l.si vsusf.ciuitat.ff.q mo. vsusf.amit. Et quæro quomodo agnoscat,qñ alueus sit mutatus:dic quádo desiuit esse prima forma sui. 7 quádo sic exsiccauit,q aqua alia fluit.l.adeo.§.si toto.ff.de acq.re.do.sed nó credo simpliciter esse verú,q flumen sit aqua fluês, imo constat ex aqua & alueo.l.pen.& ibi gl ff.de flu. & facit qd' dixi supra. de lacu.circa prin.
7 † Sed pone statutú dicit,q gentes loci teneátur seq vsq; ad alueú nouú fluminis,& an vltra alueú desiccatum teneátur seq. gentes,vide Guil.de Cun.in l.de quibus.ff.de legibus vbi ét declárat,si flumen mutauit alueum,an ius qd' primo habebatur super eo remanet. & de ista mutatione alueí fluminis,vide quæ plenissime scripsi supra.in ti.de ser. 12 q pri.
8 † Caput fluminis dr' vnde nascitur aquá.tex. est l.1.§.hæc interdicta.ver.caput.ff.de aqua quo.& æst.vt est tex.cum gl.in l. seruitus aq. ff.de ser.ru.pd. & ita vult Bar. in tractatu de insula,in 7.col.q dicit,q caput fluminis est vnde flumen originem cœpit. vt si ex fonte, ipse fons sit caput.& ibi dr esse prin.seu initium.in d.ver.caput. & eodem modo pes,& finis fluminis dr locus,vbi terminatur.s. mare,in quod intrat, vel aliquod flumen. & hr plenius per Bald.in l.1.in 11.colu. ver.& est notandum, quod agri. ff. de re.di. Flumina publica dicuntur communia,eo qd' omnib. animátibus permittitur his vti publice,sicut cómunib.& lauando,& bibendo.vel similia faciédo,vt no.gl.in l.item lapilli. ff.de re.d. Item aqua fluminum publicorum est communis c quia conceditur occupáti,& anima
c lib.irrationalibus,vt no.glo.in d.l. item lapilli.ff.de re. di.& propterea dicit ibi Bald. quod licitum est exportare aquam de flumine,& exportantis efficitur, nisi propter hoc efficeret omnino deterior nauigatio. l.quominus. de flum.& similiter ex aqua fit sal.si extrahitur de flumine,vel mari,vel arena,& efficitur occupantis.quod not. Nam flumina censitorum vice funguntur, vt ex priuato in publicum adducát,& ex publico in priuatum,& sic,vni dát & alteri.l.ergo.§.flu. ff.de acqui.re.do.† Sed nunquid flumen ducit li-
9 guaminia in agrú meum, an efficiátur mea vel qd iuris sit? vide q scripsi supra.de litore maris in fi.& Bal.in ru.ff.de re di.in 11.col. in fi.ver. sed & nunqd trabes & ligna. & vide Doc.maxime Paul.de Cast. in l.hoc amplius §.de his.ff.de dam.inf. † Si dús alicu
10 ius villæ vel castelli, locauit d. villá,vel castellú,vel territoriú, vel terrena, nó vt loca flumina,vel riuos aquarú pt, nec alia loca

sylue

ſylueſtria ad culturam penitus inhabilia,
niſi inquã aqua eſt expediẽs ad culturã, &
de reſiduo dictæ aq̃ poterit vti dñs pro colli
bus & p̃dijs ſuis, vt eſt caſus menti tenendus.
l. 1. C. de manc. & col. lib. 11. & ibi hoc no.
Bar. ſingulariter. & idẽ tenet Lud. de Ro. in
ſuo ſingula. 63. quod incipit, ſed no. mirabi-
11 le caſum. qui plus dicit.† Si cõcedo tibi ca-
ſtrum cum ſuo territorio, in ea conceſſione
non uenit locus ſylueſtris, nec uſus, per d. l. j.
Sed aduerte ne decipiaris, quia ſi Lu. intelle-
xit uerbũ, conceſſione plenaria, puta donõne
vel uenditione, ſicut capitur in l. fi. ff. de don.
forte non diceret uerũ, quia eo ipſo q̄ prin-
ceps donat caſtrum cum territorio, donare
vr ẽt loca ſylueſtria & flumina, per c. 1. cum
ibi plene no. per Bal. in tit. de capita. qui cu.
uendidit. & per ea quæ no. Bald. in c. 1. §. ad
hoc. in ti. de pa. iura. fir. & c. 1. §. ſiquis de mã
ſo. in col. 3. ti. de contro uer. inueſt. † vbi dẽ,
12 q̄ conceſſo caſtro, intelliguntur conceſſæ, &
munitiones, quæ ſunt ad defenſionẽ caſtri
ibi poſitæ perpetua patris ſui deſtinatione,
q̃uis non ſit infixæ ut machinæ, balliſtæ, &
ſimilia. quod no. Sed ſi intellexit verbũ Con
cedo, pro locatione, vel emphyteuſi, ſicut lo-
quitur d. l. diceret verũ, & ita loquitur Bart.
ibi. & ita ſaluari pt d. Lud. quia uerbum Cõ-
cedo, gñale eſt, & accipitur ſcdm naturã con
tractus, cui adijcitũ, vt no. Archi. in c. 1. in ver-
bo Concedat. de vſu. lib. 6. facit c. 1. de inin.
co. lib. In diuiſionibus regnorum veniũt, &
cedũt flumina, ſecundum Arch. 14. q. 1. ec-
cleſias. quẽ ſequitur Bal. in c. 1. §. ſi quis de
manſo. in pe. col. ad fi. in tit. de contro uer. in-
13 ue. & Alb. de Ro. in rub. C. fini. regun.† Itẽ
nunquid flumina ueniant in cõceſſione feu-
dorum regalium, ſi forte concedantur vſque
ad tale flumen, vel de tali flumine, vſque ad
tale; & Arch. format iſtam q. in d. c. eccle-
ſias. qui dicit, quod per illam dictionẽ, de, &
uſque, utrumq; flumen ueni, & unde inci-
14 pit, & ubi finit.† Le dẽuc ad, ſatis põt dici,
q̄ ſit adiũctiua ſcdm cũ, ut refert & tenet Ba.
in d. §. ſi quis de manſo. pen. col. & Alb. in d.
rub. C. fi. regun. Si flume eſt in confinio dua
rum ciuitatum uel territoriorum, in dubio cõe
p̃ſumitur eſſe, & iuriſdĩo cuilibet ciuitati
competit, uel in ipſo flumine uſq; ad mediũ
fluminis, quia oĩa ſunt in confinio eorum,
qui ab utraque parte poſſident. l. arboribus.
ff. cõi d. l. 2. §. præterea ff. de aqua pluu. ar-
cen. & l. adeo. §. fin. ff. de aequi. rer. do. Vn-
de circa ea quę committũtur in ipſo flumi-
ne; quilibet habet iuriſdictionem uſque ad
medium fluminis. & ita tenet Bar. in tracta-
tu Tyberiadis, in 10. col uer. item uidendum
eſt. & idem no. Bal. in c. ex his in pen. col. ad
fi. extra, de prob. at quod intellige, niſi appa-
reret contrariũ, puta quia alter dñorum, uel
una tñ ciuitas totum flumen poſſediſſet,
dñando ipſi, ut dixi ſupra, de mari, uer. ſe du
bitari põt. uel niſi eſſet flumẽ priuatũ unus,
quia tunc idem iudicari deberet, ſicut de fun
do priuato, ut ſtatim dicet de flumine priua
15 to: † Si flumen eſt nauigabile, non põt præ-
tor concedere ductum aquę ex eo fieri, quia
flumen minus nauigabile efficia. Idemque
eſt & propter hoc aliud flumen fiat nauiga-
bile. l. ſi plures. §. fi. ff. de dam. infect. & ibi
Doct. & l. quominus. & ibi per gl. & Bart.
plene. ff. de flum. Nemo tamen poterit ædifi-
care in flumine publico ẽt non nauigabili,
puta faciendo clauſam molendini, immit-
tendo trabes uel cæmenta in ripa uicini eo
inuito, qm̃ immittens habet ſolum uſum, ui
cinus autem proprietatem & uſum, ergo eo
inuito uſufructuarius ędificare non poteſt,
qm̃cunq; conditionem proprietarii melio
rem faciat. l. uſufruc. nouum. ff. de vſufru. &
l. fi. ff. de uſu, & habi. & ita uult Aug. in l. flu-
minum in prin. ff. de dam. infect. & habetur
per Bart. in d. l. quominus. & adde quæ dixi
ſupra, in tit. de ſeruitute aquæduct. in 5. q.
prin. & in 1. lib. 3. q. prin. & quæ no. Bal. in
rub. ff. de rer. di.

a Propriet. *Flumina dicuntur eſſe Imperatoris uniuerſaliter, ſed in dominio particulari ſunt locorum uicinorum. Bald. in l. pen. col. 4. C. de condi. inſer.*

b Ius piſcandi. *Flumine publico ut liceat piſcari & nauigari & ſimilia, uide Specula. de cauſa poſ. & propie. § 3. uerſic. 6. & ſeq. uſque ad fin. & ne quid in flum. pub.*

c Eſt communis. *Fluminis publici aqua an poteſt impune duci ad fundum uicini uide Spec. de cauſa poſſ. & proprie. §. 4 uer. aliud quoque & infra.*

De flumine priuato. Cap. XXXII.

1 *Flumina priuata quæ dicantur.*
2 *Foſſata an cauari debeant & mundari per colonum, uel dominum.*

Dixi

1 Diximus † de flumine publico, nunc di camus de priuato. Priuata flumina sunt q̄ ad tps fluunt, vt Rapo, Meloncellon. l. 1 § fluminum. ff. de flu. Item illa q̄ sūt manufacta. l. 1 §. si fossa. ff. e. t. & ita no glo. in l. nemo. §. 1. ff. de rerum diuisi. ideo etiam dn̄r flumina priuata, vt fossata in agris posita, q̄ crescunt & decrescunt. in l. 1. § 2. ff. de flu. & d. l. nemo. in fi & no gl. in §. flumina. Instit. de rerum diui. & dixi supra circa prin. & idē no Bald. in l. Item lapilli. in 2 conclusione. ff. de re. diuisi. qui dicit q̄ priuatum flumen est, quatenus in suo ingreditur, & non semper fluit, vt sunt gurgites, & quædam fossata quæ continuationem non habent. Quæ n. crescunt, publica sunt d. l. nemo §. 1 & vide Bal in d l. item lapilli. in 2 col. ad fin. Item flumen priuatum dr̄, qn̄ esset in domino vnius tm̄, puta quia incipit ex fonte, qui in agro suo oritur, & discurrit p̄ sua prædia vsque ad flumen publicum, uel mare. argu. l. si quis diuturno. ff. si ser. uend. Item potest dici flumen priuatum, cum ꝓprietas uel iurisdō competit vni tm̄ dn̄o, uel ciuitati, tanquam eius: quia respectu aliorū, est priuati iuris, illius dn̄i vel ciuitatis, in cuius territorio est, vel qui in eo hēt iurisdictionem, & ꝓpea p̄ alluuionem, hoc est p̄ additionem uel detractionem, q̄ fit a flumine, non additur, uel detrahitur iurisdōni, sicut dictum est de lacu. ff. de contrah. emp. l. Rutilia Polla. & ff. de aq. plu. ar. l. vicinus. §. lacus & ff. de acq. rer. do. l. lacus. & ita vult Bar. in tracta. Tybertiadis, in 2. col. uer. item uidendum est Cuius autem

2 sint ista flumina priuata & fossata, vide sup. in tit de fossatis siue foss. † Et nunquid fossata debeant cauari & mundari p̄ colonum vel dn̄m, vide plene per Bar. in l. pe. ff. de impē. in re. do. fac. & Bal. in con 265 quod incipit commune Lucignani locauit. Cætera circa materiam fluuiorum vide in toto titu. ff. de flu. cum duob. tit. seq. & Bar. in l. quominus. ff. de flu. & trac. Tyberia & Bal. in ru. ff de re. di. in l. item lapilli l. riparum eo. ti. & quę di xi supra in ti. de ser. aquæduct.

De insulis. Cap. XXXII.

1 *Insula tribus modis accipi potest.*
2 *Insula aquis circundata quotuplex sit.*
3 *Insula quo modis contingat.*
4 *Insula quando esse dicatur.*
5 *Insula maris, sicuti, Corsica & Sardinia, uel etiam fluminis, cuius sint.*
6 *Insulæ casualis seu accidentalis qualis esse dicatur.*
7 *Insula in medio fluminis nata, cuius esse dicatur.*
8 *Insula portus cuius sint.*
9 *Insula usus respectu cuius sit.*
10 *Insulæ dominium per comparationem quomodo acquiratur.*
11 *Insulam quo ad iurisdictionem an quis occupare possit.*
12 *Insulæ possessio qualiter acquiratur.*
13 *Insulæ mensuratio qualiter fieri debeat, ut cuius sit, cognoscatur, & pro quanta eorum quantitate, qui prope ripam prædia possidens.*
14 *Insula quando desinat esse insula.*

Quia insulæ in mari & fluminib. sunt, ideo postquam de mari & fluminibus diximus, consequenter ēt de insulis di

1 camus. † Et in primis sciendum est, insula trib. modis accipi posse: Vnō mō pro domo in mari posita, quia in salo. i. in salso posita est, secundum Isido. & no. gl. in §. insula in sti. de rerum di. & gl. 1. in l. si insula de uerb. obl. & Ba. in tracta. de insu Scdo, pro qualibet domo, ut l. 2. § si quis insulam. ff. de acq. rerum dom. & l. 3. § effracturæ in uersiculo. insul. de offi. præf. urb. & ita accipitur l. ita si i pulatus. in prin. ff. de uer obl. & de istis insulis hic tractare non constitui, quia istæ non sunt propriæ insulæ vt dicit gloss. in dicto. §. effracturæ. Tertio modo dicitur insula, locus vndique circundatus aqua, in § insula. & ubi gloss. hoc dicit. & l. adeo. §. insula. ff. de acq. re. do & no. Bar. in tract. de insula, in prin. & ista insula dicit incrementum æqualiter, ad dr̄iam alluuionis, quæ ē lates incrementum, ut no. Ang. in l. fundi. §. 1 ff de vsuf. & de ista tractabimus hic, quia est insula proprie, ut no. gl. in d. § effracturæ.

2 † Secundo sciendum est, quotuplex sit ista insula aquis circundata, & in primis ē duplex. Vna quę in mari nascitur; quæ raro accidit. Altera quæ in flumine nata est, quæ frequenter contingit l. adeo. §. insula. ff de acq. re. do. instit. de re. d. §. insula quæ. in prin. quæ decla ra. vt per Bal. in tract. de insula, quem posui sup. d. l. adeo § insula. Itē insula quædā ē naturalis quæ sp̄ fuit. ut Corsica, Sardinia, Creta, q̄ dr̄ Cādia, & similes. alia est casualis & acciden-

accidentalis, quæ in flumine sæpe nascitur,
sed in mari rarissime, secundum Bal. in rub.
de re di. in 10. col. uer. nūc videamus de alu.
3 †Tertio est videndū quot modis insula contingat. & dicas trib. modis. Primo, cū circundatur ager, qui non erat alueus. Scdo, cū alueū derelinquit siccum. & incipit circūfluere. Tertio, cum paulatim eminentem locum facit supra alueum. l. ergo §. trib. ff. de acq. re.
do. Bal. in trac. de insula, in 5. col. uer. in flu.
†Quarto oportet intelligere, quādo dicatur
4 esse insula. & dic qñ est nata, ut d. l. adeo. §.
insula. & no. quod dixi, quando est nata, ut
dicunt illa iura, non qñ est nascitura, quia p
hoc apparet, quod non inspicimus insulam,
qñ incipit apparere, sed tunc, cum opi. circūcolentiū incipit reputari. arg. l. 1. §. ff. de flu.
quę declaratur per Bal. in trac. de insula, 5.
colu. † Quinto inspiciamus cuius sit insula
5 maris, vel fluminis. & primo de insula maris dic, naturales insulæ, vt Corsica, Sardinia
b, sunt principis, non in dominio patrimonia
b li, sed in dominio iurisdictionali. l. insulæ Italiæ. ff. de iud. & no. in l. illicitas §. qui vniuersas. de off. præsi. scdm Bal. in rub. ff. de rer. di.
& Bal. in c. 1. in ti. quæ sint regalia, qui dicit
quod insulae sunt principis, quod intellige
quo ad iurisdictionem, ut dictum est. † Casualis
6 accidentalis, quae in mari nascitur, quae raro accidit. in nullius bonis est, respectu proprietatis, sed occupanti conceditur. d. l. adeo.
§. insula. sed respectu iurisdictionis, est sub iurisdictione illius, quod illud mare distinguit,
vt d. l. insulę Italiae. & ibi no. & uide ad hoc
etiam Bal. in rub. in 10. col ad fi. & pro hoc
l. Cęsar. & quae ibi no. Bar. & Doc. ff. de pub.
& quae dixi supra de mari, uer. & ex hoc no.
ac singulariter tene menti, cum uer. sequen.
†Insula vero quae in flumine nata, si quidē
7 mediam fluminis partem tenet, commun. a
sit eorum, qui ab vtraque parte fluminis prope ripam prædia possident pro modo latitudinis cuiusque praedii, quod si alteri parti proximior sit, eorum est tantum, qui ab ea parte
prope ripam praedia possident, sed si ab uno
latere proruperit, flumen, & ab altera parte
nouo sinu fluere cœperit, deinde nouus iste
riuus in veterem se conuerterit, ager qui a
duob. riuis comprehensus, in formam insulae redactus est, eius est. s. cuius, & fuit tex. in
d. l. adeo. §. insula. & inst. de re. di. §. isula no.
Bar. in trac. de insula. in prin. & uide l. insula. cum ibi not. ff. de acqui. rer. dom. & quae
not. Ang. in l. fluminum. in prin. ff. de dam.
inf. & praedicta intellige de insula nata in
flumine, q̄ solo cohaereat, sed si sup. aquam
staret, ut qñque accidit, publica esset. ff. de
acq. rer. dom. l. pe. § 1. & ita not Bar. in tract.
de insula. 5. col. uer. in flumine. in fin. illius
ver. quae oo. quia ita uidi in lacunis territorii Paduani, in quibus sunt certae insulae, q̄
non cohaerent solo, sed aquae, & mouentur
8 de loco ad locū per dictas lacunas † Cuius
autem sunt portus insulae. dic eius, cuius insulae esse uidetur. l. Caesar. ff. de pu. & dixi su
9 pra de portu. & molle maris †Sexto, qa diximus cuius sit insula respectu proprietatis,
& iurisdictionis, nūc dicamus cuius sit respectu
usus, & dic q̄ usus insulae est pub. ff. de acq.
re. do. l. pe. §. 1. q̄ intellige si insula est ita,
q̄ tota possit dici ripa, uel ripae accidere propter attractionē aquae. ff. de flu. l. pe. sed si insula esset magna, ita q̄ in ea essent praedia
culta, tūc puto solū ripas esse in usu pub. nō
praedia, eadem rōne, quia cetera praedia. Itē
praedicta uera, nisi essent agri limitati, ut ff.
de flu. l. 1. §. si insula. & ita tenet Bar. i trac.
10 de insula, 9. col. ver. sit eorum †Septimo, uideamus qūo acquiratur dñium insulae per
occupationem, dic quādo eo animo quis ingreditur insulā, vt totā occupet. & non tamē
c est necesse q̄ oēs glebas insulae circūdet. l.
3. in prin. ff de acq. pos. & no. Bar. q̄ ille dr̄
occupare, qui sic incipit occupare, q̄ pōt obseruare & possidere, aliter dr̄ occupasse. ar.
l. i laqueum. ff. de acq. re. do. & si plures prae
occupāt debellādo, victor q̄ stetit per tres
dies in possessione dr̄. ar. l. 3 §. cū igr̄. ff. de
ui, & ui ar. ille qui non pōt tenere, nisi capiat aliquem locū principaliter, non dr̄ occupasse. ar. d. l. in laqueum. & est argm̄, q̄ si
unus teneret ecclesiā, alter cāpanile, quod
est fortilicium, ille qui est ingressus ecclesiā, unde de facili possit expelli, non dr̄ adhuc adeptus corporalē possessionē beneficii, si tamē ille est ita incastellatus, q̄ euadere nō pōt, tunc cū ipse non dicatur tenere,
sed teneri, ut patet ex no. in l. 1. § pen. de ui
& ui ar. dicā ipsum possessione priuatū, &
sic ēt in possessione esse, & tamē nō possidet
facit l. si q̄s ãntea. ff. de acq. poss. secūdū Bal.
qui ita singulr̄ no. in rub. ff. de re. di. 10. co.
quae perpetuo tene menti, qa facit ad plu.
11 †Quo autem ad iurisdictionem, an possit
quis insulam occupare, uide Bar. in tract.
de insula. 2. col. & Bald. 15. col. & quod di-

xi in ti. de mari, ver. sed quid si insula maris
12 esset in mari alto. † Octauo et quaeramus, qualiter possessio insulae acquiratur, dic si nascatur insula in medio fluminis, est communis iure dominii inter eos, qui prope ripam praedia possident, ut dixi in 5. q. tamen non est cõis iure possessionis, quia cum sit separata insula a primo fundo per possessionem primi fundi, illa non videtur possideri, nisi apprehendatur, & occupetur. l. adeo §. insula. ibi, quod si alteri propinquior. ff. de acq. re. dom. & l. 3. in princ. cum gl. in uerbo, qualibet ff. de acq. poss. Pôt ergo & debet apprehendi possessio insulae. l. cum hēdes. ff. de acq. poss. & ita tenet Bart. in tract. de insula, in 8. col. ver. cõis sit eorū. & l. quominus. ibi aduerte tamen ad vnum ff. de flu. vbi omnino vide. Et adde, quod in dubio praedia ex utraque parte pro indiuiso possident insulam & habent dominium certum. l. pro regione. ff. de acq. rer. do. & no. gl. in §. insula. in uer-
13 bo, ab utraque parte, inst. de re. di. † Nono est necessarium et intelligere, qualiter fieri debeat mensuratio insulae, vt cognoscatur cuius sit, & pro quanta quantitate eorū, qui prope ripam praedia possident. Et dic hoc declarari per iurisconsultum in l. inter eos. ff. de acq. re. do. videlicet vt quantus est latitudo praedii iuxta ripam, eatenus per directam lineam extendatur supra insulam. Si ergo finis agri iuxta ripam est largus, licet postea praedium in se arctetur, uel econtra, solum latitudo, quae est iuxta ripam, attenditur, & secundum illā debet duci linea recta. l. inter eos. Sicut. n. diuidit alluuio inter eos quod ab utraque parte praedia possident, ita illa pars insulae cedit praediis, quae sunt ab una parte, & debent diuidi, & ita uult Bart. tract. de insula. 10. col. uer. pro modo latitudinis cuiusque, cum uer. seq. Et ex hoc vlt. dicto no. quod idem iuris est de insula nata in flumine, quod in alluuione, quod prodest ad multa & ista mensuratio potest fieri accepta chordula, ut no. gl. in d. §. insula & l. non solum. §. sed ut probari. ff. de no. op. nun. potest etiā fieri per peritos in arte, & rusticos, ut per gl. no. instit. de re. di. §. praeterea per alluuionem. l. 1. de uen. insp. & l. semel. C. de re. mi. Vbi hr, quod peritis
14 in arte standum est † Decimo & ult. intelligamus, quando insula desinit esse insula. Dic quando aqua desinit circundari, ut l. insula. in fi. ff. de acq. rer. dom. & tenet Bar. in tract. de insula. Cetera uide plene per Bar in tract. de insula & l. quominus ff. de flu. & Bal in rub. ff. de rerum diui. & quae no. gl. & Doc. in l. adeo. §. insula & l. inter eos. & l. insula. de acq. rer. dom. & l. 1. ff. de flum. & inst. de rer. diuil. §. insula.

a Incrementum. *Adde Bart ff. de act. empt. & inst. de contrah. emp. §. si post emptionem, & in l. Iulia. §. si Titius.*

b Sardinia. *Sardinia est insula subiecta ecclesiae Rom. c. si diligenti. & ibi Doct. de praescrip. vbi Abb. Sicul. 63. di. c. tibi domino. & c. ego Lud. 96. di. Constan.*

c Occupet. *Occupans rem per vim, an teneatur de periculo rei, quae erat eodem modo peritura penes dominum gloss. Bart. & Bald. in l. si de possessione. C. vnde vi. Et occupans per vim etiam si confirmetur a superiore potest conueniri. Bar. in l. 4. C. vnde vi.*

De alueo. Cap. XXXIIII.

1 *Alueus proprie est fluminis uenter: & alia multa de alueo.*
2 *Alueus quomodo publici iuris esse intelligatur.*
3 *Flumen si alueum omnino dimittat, quid iuris.*
4 *Fluminis impetus si abstulerit mihi simul & semel, vel successiue totum agrum meum non applicando uicino, sed sibi ipsi flumini alueum, seu lectum fecerit, & postea in breue tempus uel longum alio impetu locum mutauerit an ager meus mihi de aequitate restituatur, an uero ipsi uicini lucrari debeant.*
5 *Alueus si mutatus fuerit, an nouum flumen dicatur.*
6 *Alueus mutatus, uel relictus, quando dicatur.*

1 Alueus † proprie est uenter fluminis, vt dicit Bar. secundū Hug. in tract. de alueo, in princip. & sicut stomachus continetur vinum, ita alueus supra se continet aquam, nunc alueum lectum fluminis vulgariter appellamus, quia ibi flumen cubat, vt dicit Bald. in rubr. ff. de re. di. 2. col. in princ. ver. nunc ueniamus ad uidendū in quibusdam etiam locis canale fluminis. Alueus pluribus modis dicitur. Primo naturalis idest consuetus. ff. de fluminis. l. 1. § ripa. & ibi not. quod naturalis cursus estate discurrit potius, quam in hyeme l. 1. §. is autem. ff ne quid in loco. publi. secūdum Bar. in d. tract. de alueo. circa princip. item dicitur alueus, naturalis idest antiquus, ad differentiam noui: & ita potest accip. l. adeo §. insula. ff. de acquit rerum. dom. & §. insula. inst.

Inst. de re. di. Item dicitur alueus nouus in dictis iurib. ad differentiã ueteris. Vñ, & si per multos annos steterit, nouus appellatur, donec alius nouus superuenerit. l. ex usu. cum. l. seq. ff. de tri. & ole. le. & per no. in l. cũ quid. ff. si cer pe. alias dr̃ nouus, insolitus. l. tẽ non nouã. C. de iud. Itẽ dr̃ alueus prior in cõparatione sequentis. d. l. adeo. §. insula. probatur ĩ l. 1. §. priorẽ. ff. de aq. quo. & æsti. & iõ si flumen se celasset, alueus derelictus non esset alueus prior, & tunc haberet locũ d. §. insula. vt probatur in d. l. 1 §. qui hac æstate, ubi not. Bar. in d. trac. 2. col ver. prior quidẽ. Itẽ alueus dr̃ q̃ nõ est naturalis, & appellatr̃ inundatio, scd̃m Bar. in d. trac. de alueo. in princi. 1. col. Itẽ alueus dici p̃t, qui non est modo, sed iã fuit, per l. insula. in fi. ff. de acq. rer. do. & l. diuortio, in prin. ff. de neg. gest. & idẽ Bar dicit in d. trac. in 2. col. qui scribit hoc facere p notario, & testib dicentib. talis filius Titii, cum Titius esset mortuus; quia subintelligit quondã, de quo p Bal. & Doc. in l. eius q̃ in prouincia. in prin. ff. si cer. pet. & per Ant. de But. & Doc. in c. ex parte B. de so. cõp. Iste alueus est iuris publici, q̃diu flumini seruit, quia eiusdem iuris est, sicut est flumẽ. l. adeo §. insula. ver. nouus ãt alueus. præallegato. & Inst. e. §. insula. & hoc tenet Bal. in d. ru. 10. col. in pri. & Bar. in trac. de alueo. 7. col. ver. cuius & ipsum flumen, qui dicit hoc esse mirabile. nã regulariter quicquid super imponitur, solo cedit, hoc solũ ãt cedit aquę, quæ superimponitur & est speciale in flumine & mari, & cæteris aquis, & idẽ vult Bal. in l. si plures. in 3. col. in fi. C. de condi. inser. & dixi supra. in tit. de aqua.

3 † Quõ ãt intelligatur alueũ esse publici iuris? dic q̃ oẽs gentes illo iure viuunt, & talia loca sunt publica, & in dñio eius, qui ibi hẽt imperium secundũ Bal. d. 7. col. versi. publici iuris. Bald. in d. l. si plures. 3. col. in princ. & dixi supra de mari, versi. sed dubitari põt, alueus fluminis ad dicatur esse cõis non solum. ubi omnino vide per Cyn. in l. quædam. ff. de re. diui. vbi hæc plenissime & eleganter examinat. & aliquid per Bald. in c. 1. circa principium, quæ sint rega. & adde opt. tex. in l. 1. §. non. n. in flumine. ff. de flu. qui dicit in fi. impossibile esse, vt alueus fluminis publici, non sit publicus. & hoc est utile scire, ut intelligamus, an quilibet de alueo fluminis possit arenam extrare, & exportare

4 † Sed quid si flumen alueum omnino dimisit? Dic q̃ alueus debuit esse publici iuris, & si dimittat cum impetu, & omnib. videntibus, & eorum efficitur qui iuxta alueũ hñt prædia sua. l. adeo. §. q̃ si toto. ff. de acq. re. do. Inst. e. tit. §. insula. & ita vult Bal. in rub. de re. di. 2. col.

5 † Sed pone quòd impetus fluminis abstulit mihi simul & semel, uel successiue totum agrum meum, non applicando vicino, sed sibi ipsi flumini fecit alueum seu lectum & postea in breue tẽpus, uel longũ alio impetu locũ mutauit, a nunquid ager meus mihi de æquitate restituetr̃, an vero vicini lucrabuntur? Quidam dicũt, q̃ mihi dẽt restitui, per d § si toto. Alii dñt contrariũ, si in totum pdidi. Pro prima opi. facit l. Atticilius. ff. de ser. rust. prę. & est casus secundum unam lec. in l. si ager. cũ l. seq. ff qui. mo. vsuf. amit. nec est simile de alluuione, quia ibi est iam ius, sed in alueo nihil est quæsitum priuato, sed solum, ut ita dixerim, flumini. Cũ ergo flumen habeat quodammodo istum alueũ pro derelicto, æquũ est agrum restitutum ad suum dñm reuerti, magis q̃ ex lucratiua causa circumcolentib. applicari, arg. d l adeo §. 1. & hanc opi. tenet Dy. secus si paulatim & uicino adiiciendo, quia tunc est alluuio, & ideo nihil recupero de rigore, uel ęquitate, q̃ alterius factum est, & ita tenet Bal. in rub. ff. de re. di. t 2. col. ver. sed pone q̃ impetus. Vel p̃t aliter distingui secundum Bar. in tract. de alueo. 2. col. Aut flumen recessit cum impetu, & restitui primo dño. Et ita loquitur d. l. adeo. §. q̃ si toto. & ibi gl. 3. & ibi. so. Et est ratio, quia magis vt esse inundatio, q̃ alueus, ut dixi circa pri. Aut non recessit cum impetu. & tunc aut apparet forma primi agri, & dño restituitur, vt in 2. sol. gl. Ratio est, quia nõ desinit, ex quo remanet forma Aut forma non apparet, & tunc aut de rigore loquimur, & non restituitur primo domino, secundum Azo. in d. §. q̃ si toto. Quæ tamen Bar. intelligit, nisi flumen fecerit ibi alueum per 10. annos inter præsentes, & 20. inter absentes. Sicut enim quilibet hoc tempore pręscripsisset, ita & flumen, cum habeat titulum de iure gent. l. in bello. §. si quis seruum. ff. de captiui. Item sicut recuperat fundum, ita & paternum fundum. facit l. quæ de tota. ff. de rei vendi. Contra istud tamen facit, quod not. Bald. c. 1 §. si quis de manso. 6. colum. versi. sed nunquid aqua. in titu. de contro. inuesti. ubi dicit, q̃ aqua per se fluens, non potest inducere pręscriptionem vel consuetudinem,

tudine, per l. per fundum. ff. quemad. seruit. amit. & dixi supra in tit. de aqua. in fi. & per eandem rōnem æquitatis vr̄ hr̄e ius acquisitionis aluei dimissi, vel eius qui adderetur per alluuionem & dicit. Bar. q̃ ista est mens
5 d. §. q̃ si toto. si bene inspiciatur. † Quid aūt si alueus est mutatus, an dicatur nouum flumen? Pone enim, q̃ princeps concessit mihi, vt possim in tali flumine colligere pedagium, an potero alueo mutato? Quidam dīt q̃ non, per gl. in §. insula. ver. nam, ēt. ff. de acq. re. do. In contrarium videtur, quia idem vr̄ esse flumen arg. l. filiæ. §. si de cond. & dem. Si vno impetu recessit, dr̄ nouū flumen, secus si paulatim. ff. de aqua quot. & æsti. l hoc iure. §. si aquam. In ponte b autem indistincte loco mutato alius erit pōs. ff. de eo quod cer. loco. l. 3. §. item Iulia, & l. fin. ff. de seru. rust. præd. Nam pons dicitur à pono ponis, & stabilitate. Et ideo amoto ponte à loco suo, non idem pōs est. Ita vult notabiliter Bald. in rub. ff. de re. iu. in 2 col. in fi. vers. sed an mutato. Quibus adde quæ no. Bart. l. quominus. 16. q. ff. de flu. & vide ēt tex. & ibi Bar. in l. hoc iure §. si aquam. ff. de aq. quot.
6 & æsti. † Sed dubitari posset circa prædicta, quando dicatur alueus mutatus vel relictus, Bar. in tract. de alueo, circa princip. versic. relicto. dicit quod requiritur, quod sit in totū, & perfecte relictus, & mutatus, quod constare potest in hyeme, sicut per contrarium alueum esse constat in æstate, quando aqua est minor, quasi arguendo à minori: quia si sic in æstate, de qua minus videbatur, detinetur talis locus flumine occupatus, ergo multo magis detinetur in hyeme, sed hoc arg. non concluderet, in agro Veronēsi circa flumen Athesis, qui communiter in hyeme est paruus, sed in æstate maximus, non ꝓpter pluuias, sed propter liquefactas niues ī montibus. ideo in eo totum contrarium esset inspiciendum, videlicet inundatio aquarum æstiuarum. Item intelligitur alueus derelictus, & mutatus, si aliquantulum aqua fluat per alueum antiquū, si tn̄ aqua est ita modica, q̃ fluminis nomen perdiderit, qđ ex opinione circumcolentium discernitur. l. 1. §. 1. ff. de flum. si enim aqua inde currēs, non est flumen, ergo ille locus fluminis, q̃ alueus sit relictus sine spe reuertendi. Nā si ideo, quia aqua ducitur ad molendinum, cessat ire ad alueū, non per hoc efficitur priuatus alueus, cum in ptāte sit ducentis eam aquam in alueum remittere, & sic sufficit, q̃ possit ire per alueum, licet non vadat. l. 1. §. quotidiana. ff. de aq. quot. & æsti. Et ideo si reperitur aliquod flumen, quod aliquo tempore fluat, & aliquo non, sicut dicit Bart. se vidisse Cursiæ, vbi est flumen quoddam cuius nomen est Turpitudo, qui septem annis fluit, & qui septem occultatur, & sic factum, & q̃ possit esse, allego tex. in l. vnus ex socijs §. si. cum l. seq. ff. de ser. rust. præd. Certe illo tempore quo occultatur, non dicitur alueus derelictus ꝑꝑ consuetudinem reuertēdi, arg. naturalem §. in his autē. ff. de acq. rer. dom. Tertium requiritur, quòd flumē vo terem alueum reliquerit, & per alium locū perfecte fluat. l. adeo. § q̃ si toto alueo naturali relicto, flumen alia fluere cœperit. eo. tit. quod verbum est præteriti subiunctiui, significās rem perfectam. l. 1. §. 1. ff. quod quisque iur. & l. si quis stipulatus sit Stichum. in princ. de ver. obl. & hoc ideo contingit, quia non dimittitur alueus, nisi alius assumatur. Sed si contingat, quòd flumen occultetur, & per alium locum non flueret, etiam alueus derelictus eorum esset, qui prope prędia possiderent, & idem si probaretur in iudicio solum, q̃ alueus est diuisus, licet nō probetur, q̃ alio loco fluere cœperit, nam tunc agens obtineret, quia sufficit primū, si a primo incipias, ab alueo relicto, sed si inciperes a secundo, q̃ alio loco cœperit fluere. tunc requiritur vtrunq;, quia potest esse, q̃ per duo loca fluat, & in quolibet retineat nomē fluminis, & ita contingit in multis locis Athesis, qui discurrit per territorium Veronēse. facit ad prędicta. l. quemad. & ibi not. ff. de aequi. possess. & l. potuit. C. de iure delib. & Bart. in tract. de alueo. 3. col. ubi idē voluit. ver. fluere cœperit. cætera circa istam materiam, vide plene p Bart. in d. tract. de alueo. & Bal. in rub. ff. de rer. diu. & tex. ī d. l. adeo. §. insula. & l. ergo. §. tribus. ff. de acq. rer. dom. & § insula. ff. de re. diuis. & l. 1. §. simili modo. cum §. seq. ff. de fluminibus.

a Locum mutauit. *An aluei mutatio tollat ius, vide Guil. de Cun. in l. de quibus. ff. de legi*

b In ponte. *Ponte destructo, in quo pedagium exigi consueuit, non potest exigi consuetum pedagium, nec etiam eo refecto, alibi superius vel inferius: secus si in eodem loco. Bald. in l. penul. in 4. col. C. de condic. inscr. ver. Item sentit & Bal. in l. si eum C. de priuilegio fisci.*

c De alluuione. *Adde Spec. de loca.* §. *nunc aliqua. uerſ.* 131. *& uerſ. ſequ. & Flor. in l. item ſi fundi.* §. *huic vi inus ff. de uſuf. & Saly. in l. 1. C. de iure emphy.* Et late per do. Iaſo. May. in 14. colum in fin. uerſ. *ſed ut iſta magis clareant. ff. de leg.*

De alluuione. Cap. XXXV.

1 *Alluuionis materia, remiſsiue.*

1 ALluuionis materia, q amplaſt & ſubtilis, poſt aluei materiam, dequa proxime diximus, ſatis conueniret, quia ex alueo pau latim relicto procedit. l. adeo. §. præterea. ff. de acquir. re. do. & Inſt. de re. diui. §. præterea per alluuionem. Verum, quia ſubtiliter & abunde declarata eſt, etiam per 22. q. per Bart. in ſuo eleganti tractatu Tiberiadis, in prima parte, quæ etiam de alluuione inſcribitur, ideo ſuperuacuum eſſe putaui hic de ea ſcribere, cum ſufficere uideatur Bar. commemoraſſe, ad quē unuſquiſq; recurrere potent, & de ea præſcribit etiam Bald. in rū. ff. de re. diu. 8. col. in princ. uerſi. nunc de rebus ſingulorum. & l nemo. eo. tit. & c. 1. §. ſi quis de manſo. & maxime in 4 col. ver. ſeq. in §. ſeq. qui incipit, rurſus. in tit. de contro. inue. in uſi. feud. & in dictis duobus §. ponitur oñi incrementum alluuionis incipit in fundo feudali. Adde etiam l. hoc amplius. §. de his. & quæ ibi no. per Doc. ff. de dam inf. uide l. adeo. §. præterea. & l. ergo. §. alluuio. ff. de acquir. re. do. & §. præterea. Inſt. de re. diui. & totum tit. C. de alluuio. & Paul. de Caſt. in l. itē ſi fundum. 11. ff. de uſuf.

De ripa. Cap. XXV.

1 *Ripa eſt, quæ flumen continet naturalem rigorem curſus ſui retinens.*

2 *Flumen ſi inter duos montes diſcurrat, an a culmine ipſoru m montium ripæ eſſe dicantur.*

3 *Ripæ mutari quando dicantur.*

4 *Ripæ cuius eſſe dicantur, ſi uia publica eſſet in medio inter flumen & agrum uel domum, ſicut eſt Veronæ apud fontem nauium, in contrata caudæ longæ.*

5 *Statutum Paduanum loquens de cohærentium præſentatione, an locum habeat, etiam ſi uia in medio exiſtat.*

6 *Ripa fluminis, unus de populo aliquod nouum ædificium facere non poteſt, inuito eo, prædiis cui cuius adhæret, & ſi fecerit, ripæ dominus auctoritate propria deſtruere poteſt.*

7 *Ripæ an cum fundo commenſurari debeant.*

8 *Foſſæ ſi in agris eſſent inter fundum, cum ipſe fundus uenditur an in menſura ueniant.*

9 *Foſſæ, quæ inter fundum ſunt qualiter cum fundo menſurari debeant an ſcilicet menſurari debeat ſuperficies, quæ a latere foueæ exiſtit, an uero cum toto agro, ſicuti ſi planæ foſſæ eſſent.*

10 *Ripa præd i uerſus flumen ſi naturaliter ſe extendat, quid iuris.*

11 *Banna in locum in flumine commiſſorum ſi alicui conceſſa fuerint, non uenient banna in fluminis ripa commiſſa.*

12 *Ripa ſi propter aquarum innundationem eleuatæ eſſent, nunquid etiam deprimi poſſint.*

13 *Ripa qualiter munienda uel reficienda ſit*

14 *Vadi materia, quo flumen tranſitur, remiſſiue.*

1 RIpa † eſt, quæ flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. l. 1. § ri pa. ff. de flumi. ea putatur eſſe, quę pleniſsimum flumen continet. l pen. eod. tit. & dicitur ripa, a rapio rapis, eo ꝙ vel ab vna parte rapiatur. vel impediat, ne aqua prædia rapiat & deuaſtet, ut dicit Bald. in rub. ff. de re. diu. in 12. uerſi. de ripa aliquid dicamus. Confinia ripæ ſunt a loco, quo primum a plano uergere incipit vſq; ad aquam. d. l. pen. in fi.

2 † Sed quid ſi flumen diſcurrat inter duos montes? uidetur ꝙ a culmine montis ſint ripæ, ex quo vergit vſque ad aquam. Gloſſ. in d. l. pen. tenet contrarium, quia non uergit per attractionem aquę, & ſic non omnes pēdiciæ montium dicuntur ripæ, quando naturaliter uergūt vſque ad aquam, & ita tenet & Bar. in trac. Tyberiadis. in 4. col. ſed ſi per attractionem aquæ vergeret, quatenus vergeret, vſque ad aquam, eſſet ripa, ſed ſi nihil vergit per attractionem aquę, quia ſaxſi eſt vſq; ad aquam, tunc ripę erunt vſque ad locum, quo pleniſſimum flumen excurrit. Ita volt gloſſ. in d. l. penul. per illum tex. & per l. ſtatus ff. de verb. ſign.

3 † Quando autem dicantur ripæ mutari. dic, ſi flumē naturaliter creuit, vt perpetuum incrementum nactū ſit, vel alio flumine admixto, vel aliqua alia ratione, dicēdum eſt proculdubio ripas mutaſſe, quemadmodum ſi alueo mutato alia cœperit currere, ſed quando vel pluuiis, vel hymbribus, vel mari, vel quauis ratione ad tempus excreuit, ripas non mutat.

nemo

nemo deniq; dixerit. Nilum q incremento Aegyptum cooperit, ripas suas mutare uel ampliare, nam cum ad perpetuam sui mensura redierit ripę aluei eius muniendę sunt. in l.1.§.ripa.ff.de flu.& adde, q dicam infra. Item dubitari conuenienter pôt, cuius sint ripæ fluminum. dic respectu proprietatis sũt illorum, quorum pdiis adhærent l.riparum in prin.ff.de re.di.& §.riparum. Inst.eo.titu. & ideo arbores ibi natæ eorundem sunt, vt ubi dicitur.& no.Bar in l.quominus.7.q.de
4 flu.† Sed quid si via publica esset in medio, a inter flumen, & agrum, uel domum, sicut est Veronę apud pontem nauium in contrata caudę longæ? Responde idem, ut ripę sint eorundem.ar.l.Martius.ff.de acq.re.dom.& ita uult glo.in d.§.riparũ.in uers adhærent.
5 & Bar.in d.l. quominus.in 7.q.†Quod facit ad statutum Paduanũ, loquens de præsentatione cohærentium, ut locum hēat si uia si inmodio.de aqua dic, ut dixi supra de ser.urb.to.quæ. Et eadem ratione dicit Bal.in trac. Tyberiadis, in 3.col. Idem esset de fossis, q̄ sunt inter uiam & fundum. illae.n. fossæ sunt eorum quorũ prædijs adherent, p.d.l.Martius & gl.§.riparum.ad si uer.adhærent. sed uidet q ista pprietas sit inutilis, cum riparũ usus sit publicus, ut statim dicam. sicut dicimus si quis perpetuum usumf. in aliqua re hēat, proprietas est inutilis.l.3.§.ne tñ.ff.de usuf.Soluc.hic lo tur de certo usu.s.ponendi retia & siccandi & applicandi, tñ si ibi sunt arbores fructiferæ, pprietas nõ est inutilis, qa sunt suę, & sic fructus simpliciter erũt sui, ut di cit Cy. & Bal.secundum Iac.de Are.in d.l.ripa-
6 rum in fi.† Et ex pdictis sequitur, q unus de populo nõ pôt in ripa fluminis aliquod nouũ ædificium facere, inuito eo, cuius pdijs adhęret, & si fecerit pt dñs ripæ propria auctoritate destruere.l.quemad §.1.ff.ad l.Aquil.& ita no.Bar in l.quominus.in 7 q.ff.de flu. Item ex praedictis etiam sequitur q̄ñ uenditur fundus ueniunt ēt ripae & fossae seu fossata ēt si uia sit in medio.no. Bar.in tract. Tyberiadis, in 3.col.l.riparum.ff.de re.di.& plenius per eundem Bal.in rub.eiusdem titu.12.col.ubi omnino uide †Sed dubium est, an ripae com
7 mensurari debeant cum fundo, puta si uendidi fundum, b & affirmaui esse centum iuge-
b rum. Et uidetur quod sic, quia ripae, & fossae sunt uenditionis, ut dixi.& cedunt in uenditionem.ut l.id quod.ff.de pericu.& commo. rei uen.& l.fundi.in prin.ff.de a.l.emp.& ita tenet Vbert de Bo. Ricar.& Cy.in add.in d.l. riparũ. Sed Bar.in trac.Tyberiadis, in 3.col. aliter dicit.& pro.1.parte affirmatiua alle.l. l.pdia.§.ita legatu.cum ibi no.ff.de iund.instruc. In contra alle.l.litora.ff.de contrahēt. emp ubi dr, q litora & uiae publicae nõ mẽsurantur cum re uendita, & postea concludit q ripę non debeant cõmensurari, nisi dictũ sit, sicut dicimus, in limitib.fundi, qui cohaerent uijs publicis.l.id quod.§.1.ff.de peric.& commo.rei uend & assignat rõnem, qa ripae non uenduntur, sed magis accedunt rei uenditae, quod apparet, qa p se uendi non pñt, cum riparum usus sit publicus de iure gent, vt d.l.riparum. Nam proprietas sola p se est inu ilis, ut supra dixi p se non censetur & alteri ceditur.& hoc uult dicere tex in d.l.id q.§.1.& q dictum est de ripis, idem dñdum est de fossis, ut illae non debeant mensurari si sunt extra fundum, qa similiter est earũ usus publicus, sicut uia rũ, qa qlibet pôt aĩalia sua ducere ibi ad bibendum de illo fossato. † Sed si essent fossae in agris inter fundum, tunc qa pprietas earũ & usus est ipsius dñi fundi, cum fundus uendi ur, ueniunt in mensura.& ita tenet Bal.in d.l.riparum, & in rub. eiusdem tit.in 12.col.†Sed dubitari pôt quãuis istae fossae q̄ sunt inter fundum mensurentur cum fundo. s. an mensuretur superficies q̄ est à latere foueae, an mensuretur, cum toto agro, sicut si fossae planae essent. Bar format istam q. in d.trac.Tyberiadis.in 4.colu. uers.sed dubitatur.& dic q ager dr ab agendo, secundum Vgo.& sic ab actu, quia p eum pñt boues & alias animalia duci, quae ei important nomen actus. si igitur fouea esset ita ampla, & eius latera ita lata, ut laborent uel laborari possent cum bobus, tunc etiam essent mensurandæ. si uerò, ut accidit sępe ripæ fouearum sunt ita, ut per eas tri & agi non possit tunc fouaae non mensurantur cũ fundo sicut si planae essent, & ita obseruantur. Item dico de ripis quae in fundo essent: ut si quidem cum bobus, earum superficies uenit mensuranda, secus si essent ita erectae, ut coli non possint, tunc.n non mensuraretur solũ, qd ripa continet, sicut si in fundo murus esset eadem rõne & prędicta vera sunt, nisi aliter actum sit expresse uel tacite.l.id quod §.1.de peric.& commo.rei uend. Et tacite dicitur actum, ut ad mensuram uendatur aliquid pdium montuosum, saxosum, uel ripo sum.licet.n. hoc expressè ager non dicatur qui per

dum est, quòd si dominus habuit rem suam mobilem pro derelicto, uel ipsam iactauit, seu sparsit in uulgus, continuo occupāti cōceditur, & dominium acquiritur per occupationem. l. si id quod. §. id quod. ff. pro der. & l. qua ratione. §. pe. & fi. ff. de acq re. do. & in sti. de rer. di. in §. pē. qui incipit. hoc amplius, & his duob casibus non habet locum usucapio pro derelicto, ex quo statim res efficitur occupantis, cum erat derelinquentis, ut not. gl. fi. in fi. in l. i. ff pro derel. Et est rō, quia nemo pōt rem suam usucapere. l. sequitur. §. lana. ff. de usuc. Sed tamen est differentia quo ad aliud, inter istos duos casus. quia quando quis habet rem suam pro derelicto, incontinenti perdit dominium rei suæ, ēt anteq̄ occupetur per alium, ut l. 2. in fi. ff. pro dere. Et est rō, quia ille qui habet rem pro derelicto. principaliter uult carere illa re, licet secundario uelit, ut acquirat occupanti, ut d. §. pen.
5 †Sed aliud est, quando quis iactat, uel sparsit rem, seu pecuniam in uulgus, ut fo. sitan aperiatur Papæ, uel principi transeunti. nam dicit Acc. in d. §. pe. ꝙ hmōi res, uel pecunia omittuntur, seu pronunciuntur in populū, ut illuc concurrente multitudine populi ꝓ suscipienda pecunia possint prætores, uel consules pertransire. ut in coronatione Papæ dixit se uidisse. alegat d. l. si id quod. §. id quod. & in auth. de consuli. §. habitā ibi, argentum uero. & ita ēt ego uidi, quando est creatus Dux Venet. & ducitur per plateas. ut ostēdatur populo, & ꝑ maximā copiam populi concurrentem iactantur pecuniæ in uulgus ut possit facilius Princeps facere transitū. uidi ēt ob aliam cām iactari pecuniā in uulgus in Alemania, in ciuitate Patauiæ, dum essem orator Venetus apud Imperatorem in dieta Ratisponēsi cōtra Turcos instituta. cū Mag. D. Pau. Maureceno patricio Veneto, & dño meo colendissimo. nā eps Patauiensis, q̄ nouam monetam cupi fecerat pro populi lætitiā, fecit fieri proclamata ꝑ ciuitatē de dicta noua moneta expēdenda, & in quolibet quadriuio fecit proiicere de illa noua pecunia ī uulgus, & hoc casu iactantur in uulgus pecuniæ principaliter, ut alios hēat, liceat pro scđario uelit carere, unde anteq̄ apprēhēdātur, seu occupentur ꝑ aliquē. nō desinit esse dñs, sed demū post apphēsionē alterius, ut ī

§. pe.

§.pen.instit.de rer.diuis.Et rónis est, quia principalis intentio iactãtis in unlgus, est donare,licet inincertam personam,sed inte tio hñtis rẽ pro derelicto est principaliter perdere:ut dicit gl.in d.l.si id quod. §.1. & ibi ẽt hoc ult Ang.Sed contra istud opp. qa non uidetur, ꝙ ẽt ille, qui habet rẽ pro derelicto,per ad dñium anteq̃ alii aequiratur, per l.nec utilem.In fin.ff.ex quibus cau. maio.Sed rñdetur ꝙ illud procedit in cõtra dñi uoluntatem, sed in casu nostro secundo domini uoluntatẽ eius determinatione facta l.si quis ui.§.differẽtia cũ ibi not.ff. de acq. poss ẽm Ang.in l.1.cũ seq.ff. pro derel. Vel dotes aliter rñdere ẽm Iac. de Are. ꝙ d.l. nec utilẽ.in fin. loquitur qñ agitur de dãdo certæ personæ,& ideo nisi ei quæratur, cessat causa finalis actus,& ideo remanet dñs, ut ibi.Sed in casu nostro loquimur,qñ uolebat relinquere rem in pristinam naturam, uel dare personæ incertæ.ar. d.l. si id quod. §.1.ibi,quãuis incertę personæ uoluerit,&c. ff.pro derel.Et circa materiam.d.l nec utilẽ. in fi.uide Bar.in l.plane.in prin.ff. de leg. 1. & Alb.de Ro.in l.si fuerit.ff.de reb.du. & Io.
4 de Ana.in c.fi.de Iud.† Secũdo principaliter uidendum est, quòd usucapio pro derelicto tunc procedit, quando quis rem alienam habuit pro derelicto, & unus eam occupauit, uel appræhendit:ut l.si id quod.ff.pro derel. & sufficit quantum ad hoc,scire rem habitã pro derelicto,licet ignoret a quo, ut ẽ casus ibi ẽm Ang.& bene: imò plus ẽt si uere non fuerit res habita pro derelicto, si tamẽ iustissimo errore ductus fuit ad hoc credendum, posset usucapere, sicut dictum est in aliis ti. in l.Celsus.ff.de usuc.ẽm glo.no.in l. nemo. ff.pro derel. Nec ob.d.l.nemo. quæ dicit,nemo potest pro derelicto usucapere,qui falso existimauerit rem habitam esse pro derelicto quia intelligitur,nisi iustissimus error interuenerit ex parte occupantis, secundum glo.
5 ibi,ut supra dixi. † Sed quid si putabam me ex alia causa acquirere,& pro derelicto rem habitam occupaui, nunquid eam possim usucapere?gl.dicit,ꝙ non,in l.2.in prin.ff pro derel.arg.l.2.§.si sub conditione ff.pro emp. & l.si id quod præalleg.Sed certe tex.in d.§. si sub conditione.facit in oppositum.nam dicit,ꝙ sufficit ad acquirendum habere titulũ nec est curandum utrum sciat se habere,nec ne:& curatur potius de ueritate, quàm de opi.& ideo Ia.de Are.in d.l.2.dixit. quòd gl. allegat illum.§.si sub conditione ẽm intellectum Io.qui quidem intellectus,ibi reprobatur.& ideo Ia.de Are.in d.l.2.reprobat glos. ibi,& dicit,quòd credit,quòd ille qui erraret in hoc, posset nihilominus effici dominus. Nec ob.d.l.si id quod. quia tũc oportet scire rem haberi pro derelicto, cum non subsit alia iusta causa possidẽdi. Item,& iustissimus error tñ præstat,quantum scientia, ut not.
6 gl.in d.l.nemo.ut sup.dixi.† Tertio principaliter uideamus,qũo res habita pro derelicto possit usucapi tit.pro derel.& in quo consistat iste ti.Et die,quòd ille, qui habet rẽ pro derelicto,uidetur uelle donare personæ incertæ.postea capienti,seu occupanti eam,&hoc genus derelinquendi.s.donatio quædam est ut l.quod seruus.ff de stip seru.& ibi Bar.& alii.& ita tenet etiam Ang.in d.l.si id quod. §.1.ff.pro derel.Sed contra hoc opp. imo nõ potest esse donatio, ex quo saltem hodie pactum nudum requiritur in donatione, & utriusque consensus.ut l.si quis argentum.infra de don.Sol.ẽm Bart.in d.l.quod seruus. in fi.don.quæ fit in personam certam, requirit utriusque consensum,& præsentiam,iuxta l.absenti cum ibi nota.ff.de don.secus in donatione, quæ fit in personam incertam, ut d.l.quod seruus.& l.qua ratione.§.fi. & ibi no.ff.de acq.rer.dom. Et ex hoc quod habere rem pro derelicto,fit quædam donatio sequuntur plura,quæ sunt in hac materia diligenter attendenda. Primum est,quòd ista donatio dicitur titulus habilis ad usucapiendum, quando res aliena habetur pro derelicto,ut dixi & ita debet intelligi tit.ff.pro derel.Secundum est, quòd habere rem pro derelicto,est species alienationis in incertã personam.inst.de rer.diui.§.pen. & fi. Tertium est,modus tradendi possessionem alteri. argu.l.filius f.§.fundum.ff.de contrah.emp.secuta tamen postea appræhensione,seu occupatione.& probatur in l.1.& 2. ff. pro derel. nam eo ipso,quòd res est habita pro derelicto,occupatio est facta licita,quæ prius erat illicita.& ita etiam uult Ang.ibi,& bene. Et hæc sunt no. ad euitandas multas fraudes, quæ fiunt quotidie,secundum Barto. in d.l.
7 quod seruus.ff.de stip.seru.qui dicit,† quòd stante statuto ,quod de quolibet contractu soluatur gabel a.ego nolens soluere,cogitaui fraudem. nam uolens donare tibi, habui rem

rem pro derelicto,ut tu eam occupares,certe hæc est quędam donatio,& ideo debet solui gabella, tanquam de contractu donationis.& allegat gl.quę hoc tangit,in l.1. circa prin.ff.si noxali causa agatur. & ibi ponit ēt
8 Bart.& alii Doc.†Sed nunquid talis donatio debeat insinuari? Lud.de Ro.in l.Modestinus.in fi.ff.de do.tenet ꝙ sic.Sed Bald.in l.si inter.C.de solu. uidetur tenere contrarium, dicens,quod quando quis habet titulum,nō requiritur insinuatio,sicut nec quando habetur pro derelicto.& efficitur occupantis,d.l. quod seruus.de quo uide per Guil.de Cu.in l.1.ff.de rerum diuisi.& per Ang.in l.si id ꝙ. §.id quod.ff.pro derelicto.

Ego uerò dico.Aut quis uult habere rem uerè pro derelicto,non habens animum donandi alicui certæ personæ,& sic nō in fraudem,& tunc locum habet,quod dixi Bald.ut insinuatio nō requiratur.Aut habuit animū principaliter donandi certæ personæ, & in fraudem legis habuit rem pro derelicto.puta ne soluatur gabella de dicta donatione,& tunc debet insinuari,sicut si uerè donasset,ꝑ totum titulum.supra plus ualere , quod agitur.Item etiam hęc sunt utilia,quia ubi quis esset prohibitus alienare,non potest habere rem pro derelicto.ut no.Iaco. But.in l.1.§.i. ff.si ex noxa.causa agatur,& Bar. in d.l.quod
9 seruus.ff.de stip.seruorum. †Quarto principaliter intelligamus pro declaratione huius ti.pro derelicto,quando quis dicatur habere rem pro derelicto.Et respondeo , pro derelicto haberur,quando dominus ea mente abiecit,ut id rerum suarum esse nolit, ideoque statim dñs eius rei esse desinit,ut dicit tex.in
10 §ti.de rerū diui.§.pen. † Sed quid si aliquis leuandæ nauis causa dubitans de naufragio proiecit ex naui aliquas res in mare, nunqd uideatur habere eas pro derelictis? dic quod non in dubio.l.2.§. fin. & ibi bona glo. ff.ad l.Rhodiam.de iactu.& l.qui leuandæ. eo.tit. & l.qua ratione §.fi.ff.de acq.re. do.& insti. de rer.diui.§ fina.& l.fallus §.si iactum.ff.de fur.& no.per gl.& Doct. in dictis iuribus. ex qualitate tamē actus pōt perpēdi de animo proiicientis,si habuit pro derelictis, uel animum recuperandi hahuit, puta si proiecerit in mari librum apertum,præsumatur ipsum habere pro derelicto,ut dixit glo.in d. §.fi.& in lege 2.§.fin.& dicto §.si iactum , Bar. ibi, qui dicit quod si proiecit librum inuolutum in pannis cereis,nō præsumitur habuisse animum habendi pro derelicto, quod dicit esse menti tenēdum,nec huiusmodi res possunt titulo pro derelicto usucapi.l.si quis merces. ff.pro derelicto.& occupans dicta bona ,quæ ex naufragio perierunt,tenerur domino restituere.aut.nauigia.īfra de furtis,& ibi Do. & habentur in l.si quis nec causam.§. fin ff.
11 si cert.pe.†Item qui patitur secundum decretum dicitur habere rem pro derelicto.gl. est fin. in l.quamuis. ff.de dam. infec.secundum Bal.in l.2.ff.si ex noxa. causa agarur.
12 †Quid autem si impetus fluminis rupit ratē & proiecit lignamina in fundum tuum,quo modo poteris scire , an dominus lignorum habuit ea pro derelicto? Fed.de Se. in consil. suo 102.quod incipit,domine Francisce infrascripta materia , & format istam quæstion.& dicit quod lex,quæ loquitur de materia derelicti,uidetur dicere,quando quis abiecit rem suam.sed in casu nostro non abiecit,sed ruina eam perdidit ut in d.§ fin.Insti. de re.di.unde in casu nostro non uidentur lignamina pro derelictis,nec procedit usucapio,ut d.l.si quis merces.ff.pro derelicto,maxime secundum Cano.secundum quos,sem-
13 ꝑ requiritur bona fides.c.fi.de præsc.† Quid ergo faciet iste,in cuius agrum flumen lignamina,& uegetes proiecit,cum agris noceat, ut ea possit lucrifacere,cum nō cognoscātur domini dictarum rerum? Et uidetur posse dici secundum Fed.in d.cons.quod fiat proclamatio in locis uicinis,ut dominus ea tollat. infra certū tēpus. aut ex nūc,ꝑ derelictis habeti uideantur,maxime si res illæ sunt leues, Ex eā nanq; cōpelli qs pōt agere.l.i.supra,ut nemo inuitus.hic.n.causa subest, quia nocerent ista lignamina uel rudera agris uicinorū.Subdit tñ,ꝙ securior uia esset,quod post aliquod tēpus post dictā proclamationē uenderentur res,& pretiū erogaretur pauperibus argu.c.cum tu.de usuris.cū si.Et hoc ultimū ēt uult Bar in l.falsus §.q alienum.ff. de furtis,q dicit,ꝙ quando quis occupat rē,quam putat pro derelicto habitā,pōt eā licitè retinere,ut in toto titu. pro derelicto & si hoc nō putauit,debet dare pauperibus ꝑ anima eius,cuius fuerunt,arg.aut. oēs peregrini.supra,cōia de successionib.quod tene menti, qa est quotidianū in locis, ubi sunt flumina
14 rapida,sicut est Padus & Athesis.†Item quādo quis denegat alimenta seruo infirmo,sta-

tim

tim efficitur liber.l.i.§. sed sancimus infra, de lati.liber. tollen.& hr in l.si ff.pro dereli. cto per tex.& gl.in Inst.de liber §.fi. in gl.or di.& gl.in authen.de nuptiis.§.& multo po tius.& ibi Iac.de Bob.& Ange.in d.l.fi.& hr
15 per gl.ordi.87.dist.si expositus. † Sed quid si denegat alimenta futura seu præsentia seruo sano, an per hoc uideatur ipsum habe re pro derelicto? gl.in d.l.fina.ff.pro dereli. cto, tenet ꝙ non. Sed gl. tenet cōtrarium in l.fina.infra,de infan.exp.& in d.§.sed sanci. mus.& Ang.in d.l.fi.qui ita dicit, sumendo illam legem, Denegans alimenta præstare, uidetur rem pro derelicto habere,& ideo cō ceditur occupanti,& etiam ipsa res pōt seip sam pro libera gerere,& ideo si ipse uult li ber esse, potest seipsum ia libertate occupa re, ut d.l.quod seruus.de stip.ser. alias erit al terius ipsum occupantis. Sed Iac.de Aret.di cit, quod quis potest esse seruus sine domi. no.declaro, si dominus denegat sibi alimen ta, quia uidetur incontinenti ipsum habere pro derelicto, & sic perdit dominium serui. l.i.ff.pro derel.nec acquiritur alteri ante oc. cupationem, nec efficitur liber, nisi uelit se occupare gerendo se pro libero, & ideo sta tim, quòd dominus habet eum pro dereli. cto,& uult esse liber, fit liber ti.pro derelicto & sic intellige in auth.de nupt. §. & multo potius. Et ratio potest assignari, quia id qđ pro derelicto hbbetur, in suam originem, & primam causam redit, sed ab initio omnes homines liberi nascebantur, ut Insti. de lib. prin.ergo, &c. Sed si quis denegat alimenta iam præstita seruo, restituere alteri, non ui. detur habere pro derelicto, nec ei libertatem impartiri, ut d.l.fi.ff.pro dere. & ita tenet in hoc ibi Ang.& de ista materia uide per gl.fi. & Doc.in c.i.de infan.& lang.expo. & Gof. in sum.eo.ti.& per tex.& gl.86.dist.si exposi tus.& uide quod no.Bal.in l si qua illustris. in uersi.quæro quis succedat.infra, ad Orfic.
16 †Item adde, quod id quod fortunæ cōmitti tur, non defenditur, non dicitur derelinqui. tex.est,& ibi Bal.in l.seruus.ff. de stat. hom.

17 †Quinto.principaliter est etiam sciendum, quis possit habere rem pro derelicto. Et re spondeo taliter, ille, qui alienare potest. sed qui non potest alienare, non potest habere rem pro derelicto, ut no.Bar. in l. quod ser uus, ff.de stip.seru.& no.Docto.in l.i.ff. si ex nox.cau.aga.& dixi sup.in 7.q.prin.in fi.Itē bannitus non potest habere rem pro derel. solet allegari gl.no.in l.3.C.de agric.& cēsi.
18 li.11.†Sexto,& ultimo, non est prætermittē dum, aliud esse agrum deserere,& aliud dere linquere.qui.n.derelinquit, ipsum ex pœni tentia non reuocat.l.i.ff. pro derel.ised qui deserit infra biennium, ei detur, si non fuit uocatus per possidentem, ut in l. qui agros. C.de om.agr.deser.lib.11.alias datur sibi so lum tempus semestre, ut l.locorum.eod.tit. ita dixit Bar.in d.l.qui agros.& ita uult Lu. de Ro.in quodam suo sing.quod incip.quæ ro quæ sit differentia inter deserere, &c.qui dicit, ꝙ ille habet rem pro derelicto, qui to tale abiecit a se dominium,& possessionem rei suæ, quam si alius occupat.non habet lo cum pœnitentia.d.l.ff. pro derel. & l. quod seruus.de stip.ser.& cognoscitur an quis ha beat rem pro derelicto ex qualitate proiiciē di, puta.quis proiecit librum apertum, ut di. xi sup.in 4.q.prin.Sed si ego proiicerē, quia me prosequebantur inimici, ut possem le uius currere, secus. Deserere autem proprie dicitur, qui a se abiicit diligentiam culturæ rei propriæ, utputa si habeo uineam, & non facio ipsam zapare, dicor deserere,& ex ista desertione resultat, quòd respublica illum fundum, uel agrum, tributarium, pro quo debetur tributum, potest transferre in domi nium alterius, qui dicat se uelle colere illū
19 fundum.† Sed nunquid postea primus do minus desertor possit dici pœnitentia, & re cuperare fundum,& colere? dicas ꝙ sic, in fra biennium, uel semestre tempus, secundū diuersitatem causarum.tex.sunt singulares, quos ualde no.Bart.in d.l.qui agros.& in l. locorum.C.de omni agro deser.lib.11.

Finis Tractatus de Usucapione.

BARTHOLOMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS. I. V. D.

TRACTATVS DE CONTRACTIBVS emptionum, & locationum cum pacto de retrouendendo simulatis.

AD R. D. D. HERMOLAVM BARBARVM, sacri Pontificii ciuilisque iuris Doctor.



Optimam bonorum possessionum maiores nostri Veronenses in fundis liuellariis esse existimantes, facultates suas in eis semper collocare cõsueuerunt. Hi enim certissimos reditus dominis omni tempore nullo cum labore, nulla cum impensa reconditos reddunt. Quod quidem etsi omnibus, in primis tamen illis, quibus nulla est agrorum cura, conuenit atque conducit. Sed cum omnes tam intellexerit onus grauissimum emphyteuticum esse, tũ propter bella, quæ diu nobis fuere, tum propter grandines; & alias tempestates, quæ pluribus annis Veronẽses contetruerunt. pauci nunc admodum reperiũtur, qui se iuri empbyteutico subiicere uelint, cum sæpenumero plus dominis reddãt, quàm præceperint. Ex quo impræsentiarũ nulli fere noui contractus emphyteutici celebrantur. Inoleuit autem in hac urbe nostra alius similis contrahendi modus, uendẽdi. s. fundum, ipsumque postea, siue incontinenti ab eodem in perpetuum conducendi, cum pacto de retrouendendo, & ab his ut plurimum, qui neque uendere, neque conducere cupiunt, sed cogente necessitate hoc
a colore pecuniam mutuam *a* quærunt. Vnde cum his contrahentes sæpissime Euangeliorum prędicatores publicæ detestantis, ac etiam nonnulli, qui bonæ conscientiæ apud omnes existimantur, aliquem obligare sibi hoc pacto perhorrescunt. Plurimi autẽ hus contractus in ire non dubitant. Qua ex re illud euenit, ut quandoque ubi abstinendum non est, abstineant, & ubi non est cauendũ, inaniter caueant. Et licet apud uiros religiosissimos de hoc publice prædicari consueuerit, nonnunquam tamen minus recte, nonnunquam minus perfecte id fieri solet, & si quandoque a uiro doctissimo recte ac perfectissime hoc munus absolutum fuerit, nõ tamen ab omnibus, & præsertim uiris indoctis intelliguntur, & si ab illis intelliguntur, id ex eorum memoria facillime delet obliuio. Quamobrem hunc libellum de his contractibus composui, singulos in eo casus, q euenire consueuerunt, distinguendo. & coniecturas plurimas ex quib. cõtractus fictitius
b *b* simulatus, & usurarius præsumaẽ, & intelligatur, undiq; ractis diligẽtius colligẽdo, ut oẽs pcipere possint à qbus abstinẽdũ sit, & quos absq; salutis interitu ualeãt celebrare, quem libellũ antẽq̃ edere uoluerim, tibi in scribẽdum. & ad remittendũ esse putaui, ut sapiẽtia, & auctoritate tua hac in re mihi iudex existas, Es. n. ciuitatis nfæ sanctissimus ꝓsul, & antistes, & in omni iure doctissimus. Nec unquam alteri edendum esse censui, nisi prius per te uisus, & correctus, aut comprobatus extiterit.

a Pecuniam mutuam. *Vtrum dare mutuũ pecunii sit de præcepto. Resp. secundum Sco. in 4. dist. 15. quod habens pecuniam sibi pro aliquo tpe inutilem, mortaliter peccat, si eam non mutuat indigenti, & petenti, quia facit contra præceptũ naturæ, & Christi, & sic prohibetur usura. & primo Moyses in Deut. c. 24. Nõ fœnerabéris fratri tuo ad usurã pecuniam, nec fruges, nec aliã quamlibet rẽ, sed alieno fratri tuo absque usura id quo indiget. cõmodabis, ut benedicat tibi dominus Deus tuus in opere tuo.*

b Contra-

b Contractus fictitius. Et contractus singularis praesumitur si uenditor diu post contractum uenditionis reperitur possidere. uide Cor. 2. uolu consi. 121. inc. duo. Et adde probandam simulationem contractus quid requiratur, & an species simulationis debeat exprimi, & quot sint species simulationis, uide Alex in uolu. consi. 112. in 1. & 2. columna.

SVMMARIVM.

1 Pacto de retrouendendo pignus contractũ praesumitur
2 Pactum de retrouendendo in contractu oppositum de iure ciuilis reprobatum non est.
3 Locatio, & uenditio iusto pretio facta de iure ciuili, & canonico, reprobata non est.
4 Ius naturale est, quod in lege, & Euangelia cõtinetur, quo quisque iubetur alii facare quod sibi fieri uult.
5 Fraus & dolus cuiquam patrocinari non debẽt.
6 In incertis non certis, locus est coniecturis.
7 Cõtractus an sit pginoratitius, simulatus, siue usurarius an uero licitus, magna differẽs a est
8 Contrahentib. se in precio decip re licet.
9 Expresse uel tacite, quomodo in pacto de retrouendendo aliquid actum dicatur.
10 Actus praesumptiuus potius quam tacitus per coniecturas inducitur.
11 Pacto de retrouendendo, quomodo aliquid praesumptiue actum dicatur.
12 Pacto de retrouẽdendo quando aliquid dicatur factum incontinenti, uel ex interuallo.
13 Iure diuino, se conscientiae foro nullus decipi debet seu laedi.
14 Contractus simulatio testibus & instrumentis probari potest.
15 Pactum de retrouendendo simulatum praesumitur quando contrahentes non habuerunt animum emendi uel uendendi.
16 Contractum factum cum pacto de retrouẽdendo ubicunq; praecessit contractus mutui, semper usurarius praesumitur.
17 Praesumptionem cõtra iuris à iure introductã semper probatio in contrariũ admittitur, nisi ius statuat quod non admittatur.
18 Pactum de retrouendendo dolosum praesumitur quandocunq; in ipsa uenditione laesio interuenerit.
19 Pactum de retrouendendo cum sola paruitate uel maioritate pretii maxime iusti pretii dimidiã non cõtingente, nõ facit praesumere cõtractum simulatum uel usurarium, nisi aliae coniecturae fuerint.
20 Lex uel canon ubicunque prouidens super certo disponendo secundum aliquam rationem in foro iudiciali obtineat rationabiliter, secundum Theologus etiam in foro conscientiae obtinere debet.
21 Ecclesia in suis contractibus fraudem aliquam adhibere non debet.
22 Contrahentibus de iure diuino non est licitum se decipere etiam circa dimidiam iusti pretii
23 Foro ciuili uel canonico cur contrahentibus se decipere licet.
24 Contrahens unus si alium non deciperit, quia quilibet sciebat & intelligebat ualorem rei uẽditae. Item nullus eorum erat in cõtrahẽdi necessitate, & nihilominus res fuit uendita uel in solutum data. uel aliter plus uel minus iusto pretio alienata, an in foro conscientiae i um sit.
25 Restitutioni an in foro conscientiae quis teneatur, quãdo uendens uel alienans laesus est sagacissima persona.
26 Restitutioni quibus in casibus in foro conscientiae quispiam teneatur.
27 Emptor secundum sanctum Thomam, si multũ iuuetur ex re quam emit & ille qui uẽdidit non damnificatur ultra communem ualorem illius rei eã utilitatem emptori uendere nõ debet.
28 Pretium iustum in foro conscienti qd dicatur.
29 Lex ubi figit pedes suos, ultra trãsferẽdi nõ licet
30 Res quod uendatur, uel ualeat quãtum uendi potest, quomodo intelligatur
31 Res ubi quandoq; diuersis pretiis uendi potest, quae uia tutior eligenda sit.
32 Pactum de retrouendendo dolosum praesumitur, quãdo laesio esset in locatione, seu infictus qualitate.
33 Pensio iusta alicuius rei quaenam sit, & quando dicatur.
34 Domus in ciuitate Veronae communiter in ratione trium pro centenario locãtur, & quãdoque uiliori pretio, si ipsae domus eodem pretiosae fuerint.
35 Liuelli, affictus, quidquid ualeat aureus, siue eius aestimatio crescat, siue decrescat semper tãtum in monetis solui debet.
36 Argumentum ab experientia sumere bonũ est.
37 Pacto de retrouendendo quando in pretij quantitate laesio contingit praesumptio est ipsum fore iniquum.

38 Vsu

38 *Vsura est,quidquid sorti accedit.*
39 *Contractus usurarius detegitur,si creditor ultra sortem aliquid recipit.*
40 Pactum *de retrouendendo uenditione in secunda,si plus exigatur,seu præcipiatur,quã fuerit quod soluitur in prima,nõ in pecunia,sed in alia re,iniquum, & dolosum præsumitur.*
41 Pacto *de retrouendendo, præsumptio est contractum esse licitum,quando contingit læsio in aliqua expensa,quæ ad ipsum emptorem,eundemque locatorem spectaret, & tamen ipse uelit,quod illa ad primum uenditorem, eundẽque locatorem spectare debeat.*
42 *Creditor tenetur soluere tabellioni instrumentum crediti conficienti.*
43 *Contractus dolosus esse præsumitur, quãdo res est pro parte uendita,& pro parte donata, et donationis causa non subest.*
44 *Donatio pura, & simplex propter liberalitatem & munificentiam fieri debet.*
45 *Benemerita in dubio non præsumuntur.*
46 *Contractus simulatus iuramento non ualidatur*
47 Pactum *de retrouendendo quibus uerbis in instrumento appositis iniquum esse præsumatur*
48 *Contractus iniquus esse præsumitur ex pactis, uel clausulis insolitis in instrumento appositis*
49 *Pactum de retrouendendo, quod sit dolosum, maxima præsumptio est,quando emptor, idẽque locator uoluit contractum uenditionis nõ posse dissolui,nisi usque ad certum tempus.*
50 *Emptio,& uenditio ad certum tempus fieri potest.*
51 Pactum *de retrouendendo dolosum esse præsumitur, quãdo in eo dictum fuerit, quod emptor teneatur retrouẽdere uenditori fundum uenditum &c.*
52 Pactum *de retrouendendo malum esse, præsumptio est.quando quis mihi fundum uendidit & ego sibi dictum fundũ in perpetuũ locaui, & simpliciter in instrumento esset appositum pactum de retrouendendo usq; ad certum tẽpus.*
53 *Pactum de retrouendendo usq; ad certum tempus completum uel in perpetuum de iure ciuili licitum est.*
54 Damnum *nemo facere dicitur, nisi cum id facit,quod ius facere non habet.*
55 *Præsumitur in dubio quis uelle quod sibi fauorabilius est.*
66 *Pactum de retrouendendo facere ad tempus cõpletum in foro conscientiæ tutius est quam in perpetuum.*
57 *Temporum taxationib. nulla ratio reddi potest nisi quod ita legislatori placuerit.*
58 *Pactum de retrouendendo esse malum,præsumptio est,quando ab ipso initio partes egerunt, quod quãdocunq; uenditor restituet pecuniã perceptam, emptor etiam rem suã restituere teneatur.*
59 *Meum uel tuum proprie loquendo dicitur,quod uendicare potest.*
60 Pactum *de retrouendendo simulatum, uel usurarium esse præsumitur,quando pacta in contractibus opposita claudicãt,ut puta quia omnia in creditoris & non debitoris fauorem apposita fuissent.*
61 *Pactum de retrouendendo simulatum esse præsumitur ex parte uenditoris propter ipsam rẽ uenditam.*
62 Pactum *de retrouendendo malum esse præsumitur ex persona ipsius uenditoris, scilicet propter pretium.*
63 Pactum *de retrouendendo fictitium esse præsumitur,ex paruitate pretii ex persona ẽptoris*
94 *Pactum de retrouendendo præsumitur esse simulatum ex parte ipsius emptoris propter rẽ emptam,quam non curaui uelle uendere,nec de ea informationem suscipere,& alia quæsiuimus.*
65 *Pactum de retrouendendo præsumitur esse usurarium ex persona emptoris.scilicet quod emere noluerit,quando ipse propria prædia uẽderet,& huiusmodi contractus faceret.*
66 Pactum *de retrouendendo fictitium esse præsumitur,quando contractus uenditionis & locationis cum pacto &c.clam & occulte celebrati sunt.*
67 *Beneficium ecclesiasticum qui occulte confert, præsumitur contra eum.*
68 Pactum *de retrouendendo usurarium esse præsumitur,quando in loco,ubi cõtractus celebratus est,consueuerunt similia fœnora exerceri*
69 *Vsurarius præsumitur .si quispiam moratur in loco,ubi usuræ exerceri consueuerunt.*
70 Pactum *de retrouendendo iniquum esse præsumitur.si celebratum fuerit inter emptorẽ & uenditorem qui consueti fuerint similes contractus facere,*
71 *Consuetus esse quispiam dicitur aliquid facere, quando bis uel ter idem fecerit.*
72 *Qualitas facti faciẽtis personæ præsumitur.*
73 Pactum *de retrouendendo usurarium esse præsumitur,quando contrahens usuras exercere solitus fuerit.*

74 *Vsu*

74 Vsurarii cum sint pessimum genus hominum, de fa cili contra ipsos præsumitur.
75 Malitiis hominum indulgendum non est.
76 Pactum de retrouendendo illicitum esse præsumitur, quando uenditor rei uenditæ in possessione remansit.
77 Præsumitur nemo suum iactare uelle.
78 Præsumptio simulationis per precariam possessionẽ excluditur.
79 Pactum de retrouendendo iniquum esse præsumitur quando uenditio per modicum tempus durauit.
80 Pactum de retrouendendo fraudulentum esse præsumitur, quando receditur à contracta emptionis seu uenditionis per restitutionem instrumentorum incisorum.
81 Donentur, aut legẽtur, aut uendantur si uni instrumenta emptionum alicuius rei, ipsa res uendi, donari, uel legari uidetur.
82 Naturale nihil tam est quàm eo genere unum quodque dissolui, quo ligatum est.
83 Contractum simulatum, fictitium, uel usurarium esse, quæ præsumant remissiue.
84 instrumento uenditionis & conductionis cum pacto de retrouendendo, si hæc clausula apposita esset, uidelicet quòd ipsæ partes renunciant seu renunciauerunt exceptioni simulationis & apparẽtiæ contractus &c. quid iuris.
85 Contractus in dubio an usurarius censeri debeat.
86 Probatio dilucida, & legitima quæ sit, & quæ sint præsumptiones, indicia, & probabiles coniecturæ.
87 Coniecturæ uere probabiles quæ sint.
88 Proxeneta seu mediator an testis esse possit.
89 Instrumentum quid dicis fuisse & esse simulatum, seu fictum, simulationis seu fictionis causam ostendere debet.
90 Exceptio generalis incerta & obscura non prodest, nisi declaretur.
91 Malo abstinere non sufficit, nisi quod bonum est, fiat.
92 Subueniri quando uni non potest, nisi alter lædatur, satius est neutrum iuuare, quàm alterum grauare.
93 Homines quidquid agant, sola intentio iudicat omnes.
94 Quinque pro centenario an esse debeant, habito respectu ad pecuniam per emptorem solutam, an ad ualorem rei, uel eius fructum.
95 Fundum in emendo licet deceptus fuerit, alij locando uel uendendo eundem fundum, decipere non possim.
96 Locatio simplex quando ad certum tempus facta fuerit, habetur respectus in fictu ad ualorem rei uenditæ & locatæ, & eius fructuum.
97 Consuetudo quandoque in delictis excusat.
98 Connexorum & dependentium idem est iudiciũ.
99 Cessio propter modicum pretium simulata præsumitur.
100 Contractum simulatum pignoratitium, seu usurarium, ad præsumendum duo potissimum requiruntur scilicet pactum de retrouendendo, & pretij paruitas.
101 Contractus an fœneratius præsumatur, si quispiam receperit mutuo pecuniæ quantitatem, puta centum, & pro illis fecerit uenditionem Titio de prædio ualoris ducentorum, & per aliud instrumentum, postea Titius promiserit sibi retrouendere, solutis sibi centum.
102 Ratione qua quis magis utitur, eo maioris auctoritatis eius uerba uidentur.
103 Instrumento in dubio standum est nec simulatus præsumitur.
104 Contractus simulatus & in fraudem usurarum celebratus de iure Can. ex duobus p̃sumitur.
105 Pactum de retrouendendo pretij paruitas, consuetudo fœnerãdi contractum fœneratitium præsumere faciunt.
106 Dictio maxime, quandoque abundat.
107 Interpretari in re dubia in meliorem partem semper debemus.
108 Regula, quòd sunt quæ non possunt singula, multa iuuant, ita econtra quæ non nocent singula, multa nocent.
109 Contractus simulatus ad hoc ut præsumatur, quomodo pretij paruitas, seu deceptio in pretio præsumatur.
110 Societatis partes in dubio æquales esse debent.
111 Læsio saltem in tertia parte, & non in sexta inter uenire debet, ad hoc ut reductio ad boni uiri arbitrium petatur.
112 Læsio de iure canonico tunc esse dicitur, quando modicum etiam pretium est.
113 Quantitas magna & parua causæ & personarum respectu esse dicitur.
114 Iudex in pacto de retrouendendo, & in quocunque alio contractu quòd sint dolosi iniqui & usurarii, qualiter arbitrari debeat.
114 Contractu quando non interuenit dolus fraus, uel simulatio, nec aliqua læsio, uel deceptio in pretio uenditionis, locationis, uel pacti de retro uendendo, sed sunt aliæ præsumptiones uel coniecturæ doli fraudis, uel simulationis quid iuris.

C 116 Con

116 *Conscientia omnipotenti Deo occultari nō potest.*
117 *Contractibus cum pacto de retrouendendo ab sti-neat, qui sine conscientiæ scrupulo uiuere optat.*
118 *Animæ salutem in his, quæ respiciunt, ad euitandos graues conscientiæ remorsus, pars semper securior tenenda est.*
119 *Ecclesia quandoque propter scandalum crimen tolerat.*
120 *Ecclesia quandoque crimen tolerat propter multitudinem peccantem.*



IVIS quidam Veronensis fundum emit centum aureis, deinde ipsum uenditori locauit iure liuelli, 25. libris denariorum Veronensium, fecitq́. eidem uenditori pactum de retrouenden-
a do. a Ex quo dubitari consueuit apud Prædicatores religiosos. & catholicos uiros, & presertim in ciuitate Veronæ, ubi sæpissime huiusmodi contractus celebrari consueuerunt, si dictus contractus uenditionis, & locationis cum pacto de retrouendendo sit licitus. In qua quidem materia, multæ, uariæ ac diuersæ sententiæ reperiuntur. Quidam enim dixerunt dictum contractum esse illicitum, simulatum & usurarium, quia nonnunq̃ ille qui emit, & incontinenti locat cum pacto de retrouendendo non habet, nec habere uidetur animum emendi, sed solum percipiendi fructus, siue redditus pecuniæ suæ centum aureorum, uidelicet 25. libras singulis annis, nec etiam uenditor habuit animum uendendi, sed potius fundum suum pignorandi, ex quo simpliciter, & absolute uendere noluit, sed solummodo cum pacto & conditione, quod sibi locetur cum certa pensio-
1 ne, & cum pacto de retrouendendo. † Ex pacto. n. de retrouendendo præsumitur pignus contractum, ut dicit Bart. p illū text. in l. creditor. §. fi. qui incipit, post diuisionem. ff. qui pot. in pign. hab. & tenet Bal. in l. creditoris. ad finem. C. de pign. Et ideo isti dicunt, qd̃ iste contractus non modo est illicitus, qa cēsetur simulatus, sed & ēt est usurarius. Nam quando uenditor alienat, & remanet in possessione, etiam si constituat se emptoris nomine
b possidere, est præsumptio fraudis b. & q̃ uenditio fuerit simulata, nisi interuenerit traditio corporalis, ut nos Bart. in l. post contractum. in 3. col. in princ. ff. de don. & in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mo. pign.

hypot. soluitur. de quo uideatur, quod dicā in 3. casu prin. 25. præsump. sic licet instrumentum soner de uenditione, si uere contrahentes uoluerunt, q̃ esset dignus, ut ibi. & probatur in c. illo uos. extra de pignori. & in c. ad nostram. extra de emptione, & uend. & per ea quę habentur in l. emptione. C. plus ualere quod agitur, quam quod simulate cōcipi. Et maxime hæc opinio uidetur uera, quia dicit Ioan. And. post Host. in d. c. ad nostrā. in nouella, experientia docuit, quod usurarii dimissis contractibus mutui, inchoauerunt facere hmōi contractus, uidelicet contractum conditionalem cum pacto de retro uendendo rē, & postea ne forma contractus ex ui illius pacti iudicaret illū usurarium, cęperunt facere bina instrā, primum purū emptionis, s̄m promissionis de retrouendendo. Hodie uero decet debitorē pecunia indigentē confidere de usurario, sicut sacrista faciendo sibi purum instr̄m uēditionis, nec uult in eodē instrumēto, uel alio facere pactum de retrouendēdo, ne p̄p hoc præsumatur cōtra
c ctus usurarius c. Sed certe hodie faciūt duo uel tria instr̄a, primum uenditionis puræ s̄m locationis liuellariæ, quia emptor locat rē emptam uenditori. Tertium, quandoque. s. pactum de retrouendendo. Alii dicunt, q̃ dictus contractus de retrouendendo est licitus de iure ciuili, & canonico, & etiā in foro con-
2 scientiæ, & sic de iure diuino, † quia de iure ciuili pactum de retrouendendo appositum in contractu, non est reprobatum, ut est casus in l. 2. C. de pactis inter empt. & uend. & ibi not. per Doct. & not. Ang. in l. ad officiū. in fine. C. cōi diuis. nec de iure canonico, ut probatur in d. c. illo uos de pigno. & c. ad nostram de emp. & uend. & dicam. in 12. præsump. Neque etiam de iure diuino pactum de retrouendendo uidetur esse reprobatum. probatur Leuitici 20. c. ibi, dum dicitur, si attenuatus frater tuus uendiderit possessiunculam suā, & uoluerit, propinquus eius potest redimere quod ille uendiderat. Sin autē non habuerit proximum, & ipse pretium ad redimendum potuerit inuenire, computabūtur fructus ex eo tempore, quo uendidit, & quod reliquum est, reddet emptori, sicque recipiet possessionem suam. Et hoc maxime uerum est, qn̄ deceptio, siue læsio non est in ipsa uenditione, nec in locatione, neque in pa-
3 cto de retrouendendo. † Nam de iure ciuili,

& canonico uenditio. & locatio iusto pretio facta non est roprobata. & probatur in toto titulo. ff. & C. de contrah. uend. & loc. & Inst. eodem, & extra de emptione, & uenditio. & de locatio. eum si & pactum de retrouẽdẽdo factum, dũmodo non sit simulatum, & pretium iustum, non vr̃ esse reprobatum ab aliquo iure, ẽt si sit conuentum, cum uẽditione & locatione eiusdem rei præcedente, ut est casus in l. fundi. ff. de contrah. empt. imò vr̃ esse quædam gratia, & liberalitas. qa est liberatio à iure liuelli, cum cẽdat dictum pactũ ad liberandum uenditorem, eundemq. conductorem à iure liuelli, qui de sui natura est perpetuus, ut est casus notabilis in c. 1. §. 1. ibi, ex natura perpetui liuelli. in tit. de alie. feud. & ibi not. per Doct. in usib. feu. Cũ ergo dictũ pactum non tendat ad necem uenditoris, sed ad eius gratiam, & utilitatem, ur̃ ꝙ sit permissum ẽt in foro conscientiæ, cum illud idem uellet sibi fieri emptor, idem ipse locator, si esset ueditor & conductor. arg. c. 1. distin. 1. ubi tex sic dicit, † Ius naturale est, quod in lege & Euangelio continetur, quo quisque iubetur alii facere, quod sibi uult fieri, & prohibetur alii inferre, quod sibi nollet fieri. Vnde Christus in Euangelio, Omnia quæcunque uultis ut uobis faciant homines & uos eadem facite illis, hæc enim est Lex & prophetæ. Et hæc opinio vr̃ ẽt fundari, & inueniri ex cõi opinione, & obseruantia ciuitatis Veronæ. Nam quotidie celebrantur Veronæ huiuscemodi contractus, & reputãtur liciti. Ergo vr̃, ꝙ non põt dici illiciti, & usurarii, ut probatur in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ibi, quia id facit, quod publice facere licere arbitratur. ff de ædil. edic. & ibi Bart. dicit per illum tex. ꝙ si quis facit aliquem actum uel cõtractum, qui existimetur cõiter licitus, contrarium tñ est in ueritate, qu ia sapit usurariam prauitatem, ex hoc non dr̃ vsurarius. & ibi hoc idem dixi, addẽdo, ꝙ hoc est multum no. pro mercatoribus aliis. qui quotidie faciunt multos contractus usurarios in ueritate, & cõiter tenentur in illo loco, ꝙ non sit usura, ꝙ tales non sunt usurarii, & non forte peccant, nisi essent in ignorantia supina d. & non curarent, nec ualent informationem hr̃e. argu. l. nec supina. ff. de iuris, & facti ignoran. & argum. eorum quæ not. Bart. in l. bonorum. ff. de bono. possess. & in l. penult. ff. de adult. ad quod uidebatur, quod dicam in v casu principali, uersic. nec dicamus, ꝙ consuetudo. nec tex. in d. c. ad nostram extra de emp. & uend. ubi ponitur pactum ad retrouendendo quãdocunque contradicere vr̃, quia ibi non uidetur reprobari contractus, ex eo ꝙ esset appositum pactum de retrouendendo quãdocunque, sed quia ipse emptor fuit in dolo, quia uenditor ibi uolebat recipere pecuniã mutuo, & non uendere, ut patet ibi in princ. dum dicit, Cum B. laicus ab M. mutuo recipere uoluisset, & emptor ne uideretur usurarius, & sic ne posset postea conueniri tãquã usurarius, uoluit, ꝙ dictus B. uẽderet sibi domos, & oliuas, & sic cum in ueritate fieret mutuum, uoluit ꝙ instr̃m fieret de uenditione, & sic ꝑꝑ dolum emptoris eiusdem locatoris reprobatur ibi contractus, & non ꝑꝑ pactum de retrouendendo, ut probatur in textu ibi, igitur. † Fraus, & dolus f cuiq̃ patrocinari non debent &c. De quo tamen est aliter dicendum, ut dicitur plene in 5. casu princip. & licet ex pacto de retrouendendo rem, ipsa res intelligitur obligata, ut dixi supra, non tamen propter hoc præsumitur contractus simulatus, ut statim dicam, nec etiam obstare uidetur, quod dixi secundum Bart. ꝙ contractus præsumatur simulatus, qñ uenditor remanet in possessione, quia illud non procedit, quando uenditor responderet emptori de fructibus. hoc enim facit cessare præsumptionem fraudis. argum. l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. ut dicit Bald. in d. l. post contractum. in princip. 3. colum. ff. de donat. & in d. l. sicut. §. super uacuum. ff. quibus mod pign. uel hypot. sol. Item non procedit, quo ad ipsum uenditorem dicentem contractum fuisse simulatum, quia non sufficit, ut ex hoc solo possit uenire contrafactum suum, ut de seruo pig, da. ma. l. si creditoribus, sed quo ad tertium creditorem dicentem contractũ fuisse simulatum, ut si contractus præiudicet, bene procederet, secundum Bart. in d. l. post contractum, in 3. præsumptione. in fin. & in d §. superuacuum. in fine. & sequitur Bald. in l. emptionem. in fine, uersic. qualiter probetur. C. plus ualere, quod agitur. & Franc. Zabar. in c. illo uos. in 2. notabili, extra de pignoribus. Alii uero aliter dixerunt prout ex infra dicendis apparebit, quę breuitatis causa hic omittuntur.

De retrouendendo. *Et pactum de retrouendendo, an inducat præsumptionem usurarum contra nō solitum fœnerari, uide Corn 1. uol. conf. 224. incip quanquam & conf. 241. & conf. 347. inc p. uisa. Et pactum de retrouendendo infra certum tempus casu quo emptor nollet pro seipso. an quando pro cedat ut promittens compelli possit. uide consilio 244.*

q Fraudis. *Esaias propheta c. 32. fraudulenti ũasa pessima sunt.*

c Vsurarius. *Contractus quando celebratur in fraudem usurarum, uide text. in l. 1. cum gl. C. de hit qui ad princ. uaca lib. 10. & Bald. in l illud. in fi. uer. extra gl hic positam. C. de sacrosan eccl ubi al legat. d. l. 1*

d Supina. *Ignorantia non excusat: eum qui dabat operam rei licitæ. Bart. not. in l. cum qui §. & pen ff de itiner. Item nec quae non potest allegari Alex. in l fi de decr ab ord fac.*

e Dolum. *Dolus in alienanse rem causa mutandi iudicii probatur eo ipso, quod rem alienauit sub pacto de re sibi retro restituenda uel quando accepit praedium uel alienam rem pro eadem secundum Bart. in l item si res. §. idemque fieri. ff. de alie iudi. mu. causa fac. Et dolus consistit in animi qualitate non in pretio. l. doli & ibi Bald. C. de rescindend uendition.*

f Dolus. *Dolus ex coniecturis probatur gl in c. fi. de renun. in 6. l. quoties. § qui dolo de prob l dolum S. de dolo. Paul de Cast. consil. 60. & Bartol. in l si C de probati ubi cst uerum. si sunt coniecturae in dubitatae, ita quod animum iudicis reddant certum, uide spec. de expen. § fin. uer. tu autem.*

EGo Bartho. Cæp. Veron. iuris utriusque Docto. minimus, & aduocatus consistoriatus, sic nūc dicerem distinguēdo sex casus principales, salua tamen meliori deliberatione cuiuslibet alterius, & maxime Theologici. & S matris Ecclesiæ, cuius opinioni & decisioni semper adhæreo, & nunc me submitto. Quandoque contractus dictæ locationis & pacti de retrouendendo fuit celebratus ex interuallo post contractum uenditionis, & nihil fuit actum expresse uel tacite ipsius uēditionis t.pe, nec ante, interdictos contrahentes de celebrando dicto contractu locationis, & pacti de retrouendendo. Quandoque fuit actum inter contrahentes expresse uel tacite t.pe uenditionis, uel ante de locando dictam rem uenditam eidem uenditori cū pacto de retrouendendo, uel t.pe dictæ uenditionis fuit celebratus contractus locationis & pacti de retrouendendo, & in dicto cōtractu uenditionis & locationis & pacti de retrouendendo non interuenit uere, ficte, uel p̄sumptiue fraus, dolus, simulatio, uel aliqua læsio seu deceptio in uenditione, locatione uel pacto de retrouēdendo, nec in aliquo alio. Qñq; in dicto cōtractu interuenit fraus, uel dolus, uel simulatio uere, uel ficte, uel præsumptiue, & est deceptio siue læsio in uēditione, locatione, & in pacto de retrouēdēdo. Qñq; in dicto cōtractu interuenit fraus, a dolus, uel simulatio ex parte utriusq; contrahentis, uel unius tm̄, sed nulla interuenit læsio in pretio uenditionis, locationis, & pacti de retrouēdendo Qñq; dubitat an in dicto contracto dolus, uel fraus, uel simulatio interuenerit, & interuenit læsio in locatione & pacto de retrouendendo in aliquo aut aliquibus ex ipsis. Qñq; non interuenit dolus, fraus, simulatio, nec aliqua læsio in pretio uenditionis, sed in aliis, uel adsunt aliæ præsumptiones doli, fraudis, uel simulationis

Fraus. *Fraus præsumitur ex actuum celeritate, & ex nimia liberalitate. Bal. in l eam quam 15. columna de fideicom Item præsumitur cum confites de damno, & non aliter. Bald. in l. si tutor. C de in erdic. ma. inter tu. & pu. Item præsumitur ex nimijs cautel. Bald. in l. et iam 3. columna. C. de execu. rei. iudi. & not. in l. 6. ff. de condi. in iftit. & in l pen. C. de eulc.. Item præsumitur ex qualitate personæ, ut si est solitus fœnerari, secundum Baldum in l. cum. allegat 3. oppo. C. de usu.*

PRimo casu, qñ cōtractus locationis & pacti de retrouendēdo fuit celebratus ex interuallo post cōtractū uēditionis, & nihil fuit actū expresse uel tacite ipsius uēditionis t.pe, nec ante, interdictos cōtrahētes de dicto cōtractu locationis, & pacti de retrouēdēdo & sine dubio hoc casu cōtractus locationis & pacti de retrouēdēdo est licitus, nec pōt dici, q̄ si simulatus uel usurarius, q̄a nihil interuenit p̄p̄ q̄ iudicari possit, q̄ dictus cōtractus locationis, & pactū de retrouēdēdo fuerit illicitus simulatus, uel usurarius imo licitus, & q̄ potius continet merā gratiā & liberalitatē ex parte locatoris p̄p̄ dictū pactū de retrouēdendo. Idē est dicendum multo magis, si habeo

deo fundum, quẽ emi, uel aliter acquisiui à Titio, & postea ipsum locaui Sẽpronio, eiq́; feci pactũ de retrouendẽdo. Nã hoc casu nul li dubiũ est, ꝙ licitũ, quia non reperitur hoc prohibitum in iure ciuili, aut canonico, aut theologico. potius dici posset, ꝙ fiat gratia ipsi cõductori ꝑ ipsũ locatorẽ ꝑ pactũ de uẽ dendo, maxime cũ nõ possit dici, ꝙ fuerit pi gnus uel contractus simulatus. ex quo res lo cata non fuit ipsius cõductoris, sed ipsius lo cantis tm̃. & iustũ pretiũ locationis, & pacti de uendẽdo interuenit. Si aũt fuisset pactum de retrouendendo tp̃e uenditionis expresse uel tacite, uel pr̃sumptiue, ꝙ qñ fit, dicetur in seq. casu prin. tunc quid iuris sit. dic ut ibi dicam, & in tertio casu principali in 10. prae sumptione Sed si interuenisset pretium iu stum respectu locationis, uel pacti de retro uendendo, uel uenditionis tm̃. uel in omni bus praedictis, quod qñ fit, dicetur in tertio casu principali, in secunda, tertia, & quarta praesumptione, & tunc si pretium fuit iustũ respectu unius contractus tm̃, & sine dubio non erit, nec esse poterit contractus usura rius. sed si fuisset laesio in tribus praedictis cõ tractibus uel duobus ex eis, & idem etiã est dicendum, ex quo in ueritate percipio fru ctus uel reditus rei meae locatae, nec aliquod pignus uere uel praesumptiue interuenerit, & hoc si emptor habuit animum emendi, & uenditor uendendi, qđ sic dic, ut dicam in 1.
6 ꝑsumptione in principio. † Quia in incertis non certis locus est coniecturae. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerb. obl. alias secus. Ad quae adde quod dicam in quarto casu princ. Pote rit tñ dici dictus contractus illicitus, quia si fuit iniustum pretium in uẽditione & pacto de retrouendendo ultra uel citra dimidiã iu sti pretii, tunc in eo, quo plus iusto cõi pre tio res erit empta, locata, uel promissa de uẽ dendo, tenebitur laedens supplere iustũ pre tiũ, uel restituere illud plus, qđ ꝑceperit de fictu uel uẽditione, seu retrouẽditione, & te nebit ẽt reddere uere fictũ futurũ & pretiũ uenditionis seu retrouenditionis ad iustum pretium in foro conscientiae uel rescindere dictum contractum in electione ipsius laedẽ tis ẽt de iure ciuili, qñ, ut dixi, esset deceptio ultra uel citra dimidiam iusti pretii, per l. 2. cum ibi not. C. de rescin. uendi. Et ẽt de iure cano. ut est casus in c. cum dilecti. ibi, quia, uel so in arbitrio emptoris est. & in c. cum cau

sam. ibi, aut suppleatur. extra de emp. & uen di. quod quidem procedit etiã si esset laesio in simplici locatione tm̃, siue fuerit locatio ad tp̃s, siue liuellaria in perpetuum, quia be neficium d. l. 2. C. de rescin. uend. non solũ habet locum in uẽditione seu emptione, sed etiam in locatione & conductione simplici, ut probatur in l. itẽ si pretio. § quem admo dum. ff. loca. & in l. 1. §. si quis in fraudem. ff. si quid in frau. pa. & ita tenet gl. fi. i l. si olei. C. loca. & gl. in l. in uenditione §. 1. in l. si mi nori. ff. de bo. auctor. iudic. pos. & gl. fi. in l. si ea pactione. C. de usur. & Spec. in tit. de emp. & uendi. §. ergo nunc dicendum restat. de re scin. uend. uer. sed nunquid ꝑdicta lex Et ita tenet Cy. in l. legem. in prin. C. loca. & in d. c. quemad. Bal. in c. cum causam *el secondo*, ad finem. extra de testi. & Ange. in l. maioribus. C. cõia utriusq; iud. & Ant. de But. in c. cum dilecti. de emp. & uend. & ita tenent Doc. in d. l. 2. C. de rescin. uen. Itẽ habet locum bene ficium d. l. 2. ẽt in locatione perpetua liuel laria seu emphyteotica, ut ꝑbatur in d. c. ad nr̃m. extra de rebus eccl. non alie. arguendo ibi de feudo ad emphyteosim. Et ita tenet Spec. in tit de locato. §. nunc aliqua. uer. no nagesimo. & Bal. in d. l 2. uer. est dubium, de contractu emptionis. Et Ludo. de Ro. in l. si quis cum aliter. in 8. columna in princip. ff. de uerb. oblig. Et Ioan. de Imo. in c. cum cau sam. circa finem, extra de empti. & uendi. & Bart. Saly. idem tenet in quodam suo consi. quod incipit, super pũcto, quo quaeritur an ecclesia. qui mouetur in primis per gl. l. exce pto. C. loca. in uer. fructus. quae dicit, ꝙ idẽ iudicatur de contractu simili locationis qđ de ipsa locatione. & per gl. in fi in d. l. si olei. quae uult, ꝙ beneficium d. l. 2. habeat locum etiam in contractu innominato a. & idem
a .s. ꝙ habet locum in emphy. seu liuello. d. l. 2. tenet Ant. de Bu. in d. c. cũ dilecti de emp. & uend. si habeatur respectus ad ualorem iu ris emphyteotici, & sic attendatur deceptio inspecto ualore cõi iuris emphyteotici. de quo dicam in tertia praesumptione, & ita in telligantur praedicti doctores, secus si habe retur respectus, & attenderetur deceptio ad uerum ualorem rei, de quo dicam plene in secunda pr̃sumptione, uersi. uerum quia dĩ ctum est. Nam tunc non haberet locũ bene ficiũ d. l. 2. C. de rescinden. uend. Et isto mo do põt saluari Spec. qui contrarium uidet di

xisse in tit.de empti. & uendi.§. nunc restat, uer.quid de cōcessione in emphyteosim, ubi dixit, ꝙ d.l 2.non habet locum in dicto con. tractu emphyteotico,& istud teneo,quod di xi fin Ant.sed si non esset læsio citra uel ul tra dimidiam iusti pretii, sed in minori quā titate,tūc quid iuris sit?dic ut infra dicam in proxima distinctione, & plene in 2 ꝑsumpt.
7 3.casus princip.†Et est maxima dría an con
b tractus sit pignoratitius,simulatus b,siue usu rarius,an illicitus,quia qñ est usurarius, pi- gnoratitius,uel simulatus, quidquid percipi tur de fictu,red tu,uel fructibus,debet in sor te.i.in debito principali computari,ut proba tur in capitullo uos. extra de pign. & in c. ad nostram. de empti.& uenditi.& in tit. extra de usu.& maxime in c.i.& 2.& c.cōquestus, & c.cum contra.ex.ra de pign. & in l.1. & 2. C.de pign.-ctio.cum si.& no. gl.in c.ex lite., ris.in uerbo, forte amplius.extra de iure iur. I itantum quod extenuatur debitum sortis per solutionem fictus, uel reditus,uel perce ptionem fructum ipso iure, ut est casus in l. 1.C.de distra.pigno.& hoc tenet gl.in d.c.ex literis.& in uerbo forte & amplius de iure. iuran.Sed qñ contractus est solummodo illi citus,& non usurarius uel pignoratitius aut simulatus , tunc illud tm̄, quod recipitur ul tra iustum pretium,est restituendum, & con tractus reducēdus uel rescindendus, ut d.l.2. cum ibi no.C.de rescind.uend.& not.gl.fi.in uerbo deceptione,circa prin.& in c.cum dile cti.de empti. & uend.& in c.per tuas.in uer bo. interest.n. de donatio . extra , Circa hoc autem sic concludas, Aliquando contractus est simulatus siue usurarius , Aliquando tm̄ mōdo illicitus.i.iure non probatus.nā bmōi simula io est à iure improbata in notatis in toto tit.C.plus ualere quod agitur. & in d.c. ad nrām.& in d.c.illo uos.cū similibus . Itē usura est illicita, seu reprobata utriusq; Te- stamenti paginas,ut est tex.in c.qa in oibus. & c.super eo , extra de usuris.& ēt de iure ci uili hodie , quia leges non dedignantur sa- cros canones,imitari, ut est tex.in authen.de eccl.tit.& ibi gl.colla.9. & no gl. in l cū alle. gas.& in auth.ad hoc. C.de usuris. & in l. 1. C.de sum. tri. & ibi per Doc. & hoc casu qñ cōtractus est simulatus uel usurarius.potest rescindi uel annullari cum distinctione,quā posui infra in 4.casu princ. ad finem. & fru ctus percepti computari debent in sorte , ut

supra dixi.Si uero contractus est tantummo do illicitus,& non simulatus, uel usurarius , quod est , qñ contrahentes habuerunt ani- mum uere & simpliciter contrahendi, sed de ceptio siue læsio interuenerunt in pretio, & tunc si læsio est in dimidia iusti pretii ultra uel citra,contractus poterit rescindi, uel de- bebit suppleri iustum pretium de iure ciuili, & canonico,secundū beneficium d.l. 2. & d. c.cum dilecti.& c.cum causam.Et multo ma gis reprobatus est iste contractus in foro cō scientiæ,in quo non est licitum contrahenti bus se decipere ēt in pretio , ut dicam plene in 2 præsumpt. nec fructus uel reditus per emptorem medio tpe percepti in hoc casu in sortem computantur , nec sunt rest.tuēdi de iure ciuili uel canonico.quia hoc nō n.e. mini me legisse iure cautum . Imo d.l. 2.uif probare contrariū , ex quo solum prouidit, ꝙ si in electione lædentis uel rescindere con tractum,uel supplere iustum pretium, & cū tenuerit ipso iure uenditio, & sic emptor p. ceperit fructus rei suæ, eos restituere non te netur, & facit ad hoc, quod no.Bal.in c. 1.in tit.de feudo dato inuicē leg. cōmis. in usib. feu. & quod no. Ant.de Butr. in c. ad nrām, circa medium.ibi , sed ueniente tpe . de em- ptio.& uendi.in foro autem animæ, & sic di mino, bene credo , ꝙ emptor teneatur resti- tuere fructus siue reditus,uel in sortem com putare pro eo minori pretio . quo res fuerit uendita uel distracta. Sed si læsio non est in dimidia iusti pretii, tunc talis contractus est licitus de iure ciuili uel canonico , per d.l.2. C.de rescin.uendit. & per d.c. cum dilecti & c.cum causam de emptio.& uenditio.& hoc
8 tantum intelligitur, quod dicitur,†Quòd lici tum est contrahentibus se in pretio decipe. re , ut l.in causæ. §.penult.ff. de mino. & in lege item si pretio.§.quemadmodum.ff.loca ti.& sic peti nō poterit, quòd rescindatur di ctus contractus , aut ꝙ sibi suppleatur iu- stum pretium , uel ꝙ fructus restituantur , ac computentur in sortem .Item nec in fo- ro conscientiæ iste contractus erit rescin- dendus . Credo tamen , ꝙ tenebitur lædens supplere iustum pretium, & fructus restitue re pro eo pluri, uel minori , quo res est uen- dita uel distracta , ex quo in foro conscien- tiæ , ut dixi , non est licitum contrahentibus se decipere in pretio citra dimidiam iusti pretii . & ut not. Anto.de Butr. in c.in ciui- tate.

tate. extra de usuris. & in c. quia plerique. in fine, ante p. col. de imm. ecc. & dicam plenius in 2. præsumptione tertii casus principalis. uer. de iure autem diuino, &c.

a Contractu innominato. *Contractus nominatus quas actiones pariat, unde Spe de acti seu pet. §. sequitur uidere. uers. sed & ubi. & ff. de præsc. uers. per totum.*

b Simulatus. *Contractus simulatus quomodo probetur, uide Paul. de Cast. cons. 80 & cons. 113. & consil. 320 secundum Bart. in l. pacta nouissima. circa med. C. de pac. Contractus præsumitur usurarius, & simulatus, quando uenditio modico tempore durauit Bart. in cons. Pet. Nicol. & Paul. de Cast. consil. 325. incip. in causa mota &c. uers. his præmissis, & c.*

SEcundo casu principali, qñ fuit actum inter contrahentes expresse uel tacite uel præsumptiue tpe uenditionis, uel ante, de locando dictam rem uenditam, & de faciendo pactum de retrouẽdendo, uel tempore dictæ uenditionis, fuit celebratus contractus locationis & pacti de retrouendendo, & in dicto pacto locationis, uenditionis, & pacti de retrouendendo, non interuenit fraus uel simulatio, uel aliqua læsio seu deceptio in aliquo. Et tunc etiam hoc casu omnes dicti contractus sunt liciti, etiam in foro conscientiæ, nec pactum de retrouendendo coniũctum cum uenditione & locatione eiusdem rei, reddit contractum usurarium vel illicitum, si nulla fraus, dolus, uel simulatio aut læsio siue deceptio interuenerit. Vt probatur in l. 2. C. de pact. inter emp. & uend. & est casus no. in l. q fundum. ff. de contrah. emp. & ita tenet Alb. de Ro. in d. l. 2. qui dixit, quod ita de facto obtinuit dictam inuestiturã sine locatione ualere. & hoc no. & tenet gl. in terminis, in cap. conquestus. extra de usuris. in gl. magna, circa fi. ibi, non est tamen usura, ut si uendo tibi fundum. Nec obstat text. in d. ca. ad nostram quia ibi propter pactum de retrouendendo tantum, non reprobatur contractus, sed propter fraudem, & dolum emptoris, ut dixi supra, circa principium, quod tamen intellige

9 secũdum ea quæ dicam in se. casu prin. †Quãdo autem dicatur seu intelligatur actum expresse uel tacite, uel præsumptiue tempore uenditionis uel ante, de pacto de retrouendendo, dic quod expresse dicitur actum, quãdo probari potest manifeste, quod ita dixerit & expresse uoluerit uenditor uel emptor. Tacite quando inter emptorem, & uenditorem factum de dicto pacto de retrouendendo, & non corã testibus, quia forte si dixit emptor confidens in fide, quod tibi faciam ex interuallo pactum de retrouendendo, vel dixit, ex nunc promitto tibi retrouendere. sed nolo, quod de hoc fiat mentio in instrumento locationis uel uenditionis. sicut faciebat Hieronymus de Saluaticis usurarius qui tempore uenditionis sæpissime nolebat facere pactũ expresse de retrouendendo, ne contractus cẽseretur usurarius. & clã promittebat uenditori, & uolebat, quod uẽditor de ipso confideret, & communiter seruabat fidem ꝑmissam. hoc autem scilicet tacitam fidem fuisse promissam. probare poterit per confessionẽ, uel per testes, uel per scripturã de manu emptoris, uel quia emptor scripsisset hanc promissionem super libris suis, uel quia etiam ita esset solitus facere, sicut solitus erat dictus Hieronymus per ea, quæ habetur & no. in l. 2. § si quis palam. cum. § seq. & in §. tacita. & in l. cum tacitum. ff. de iure fisci. & in l. cum tacitum. ff. de probatio. & quę notantur per Bar. in l. si gener. ff. de his quibus ut indi. licet glo. Ioan. An. in c. contra cum. ante medium, ibi si constat tacite, ut per coniecturã de regulis iuris. in 6. intellexerit, quod tacite

10 constare dicatur per coniecturas †Nam per

a c coniecturas a inducitur potius actus præsumptiuus quam tacitus, ut probatur in c. tequisisti. extra, de testa: & in ca. illos, uos. lu fin. in uerbo, præsumitur. de pign. & in c. ad nostrã in uerbo, patet. & ibi glos. quæ exponit. idest præsumitur de emptio. & uenditio. & probatur in aliis iuribus præalleg. ad quod facit. ꝙ

11 statim dicam. † Præsumptiue autem dicetur actum, quando incontinenti post uenditionem facta fuisset locatio cum pacto de retrouendendo, uel quando post uenditionem & locationem incontinenti fuisset factum pactum de retrouendendo. Ex breuitate, enim spatii præsumitur dictum aut factum. ut est text. cum glos. fin. in fine. & ibi per Doctor. in l. si uentri. §. si bonis. ff. de priui. cred. & est text. cum glos. in uerbo, incontinenti. in capitul. officii extra, de electio. & per Bartol. & Doctor. in l. post contractum. ff. de donatio. §. 1 uersicul. item pone aliquis. & per Cyn. in l. si quis posthac in 2. q. C. de bono.

præscr. & per Bal.in l 2.C.de ædil. act.& per eundem Bald.in l.per diuersas C manda.ubi dicit, ꝙ cum fuerit facta ꝓmissio de retrouēdendo.incontinēti præsumitur conuentum fuisse per prius,per d l.si uentri.ad quod ad de,quod dicit in prima præsumptione,circa
12 princ.†Quando autem dicatur incontinenti uel ex interuallo factum,dic ꝙ hoc est relinquendum arbitrio iudicantis.arg.l.1. ff.de iure delibeā.& c.de causis.extra. de off. deleg. & per gl.fi.in c.non est.de reg. Ita tenet Angel.in d.l si uentri.§.fi.de priui.credit. & Ludo.de Ro.in l.1.§.1.ff.de uerb obliga.& qñ est factum pactum de retrouendēdo eadem die & loco,& coram eisdem testibus præsumitur fuisse factum incontinenti.arg. a cōiter accidentibus,ſm Bald. qui ita dicit not. in l.pen. quæ incipit.in his. §.mulier. ad fin. ff.so.mat.Item quādo est factum pactum de retrouendendo b eodem die,de quo est facta uenditio,præsumatur factum incontinenti, uel etiam de eo conuentum tempore uenditionis uel ante,quia una dies non est lōgum interuallum,ut probatur in l.si ex duobus.in prin.ff.de duob.reis.& ita no. Bar in d.l.1.§. 1.ff.de uerb obl.Et ita uidi alias consultum per plures Doc.in materia nr̄a simulationis. Facit ad hoc optime quod no.Bald. in l.1.in fi.C.de ope.lib.ubi dicit,quod sit eodem die & loco,præsumitur esse factum eodem contextu & uide quod no Inn.& Doct.in c.considerauimus.extra.de elect.& uide Oldr. consi.253.Et hoc maxime uerum,si non esset apposita uel descripta hora cōtractus in instr̄o, neq; in instrumento pacti de retrouendēdo sicut cōiter non apponitur,nec de iure regulariter tabellio apponere tenetur, iuxta no.ꝑ Cy.in l.optimam.in 5.q C.de contrah.& cōmitten.stipu.& per Bald.in l.in præscriptione.in 9.col.C.si contra ius uel utilitatem publi.in l.fi.in 3.col.C.de edic.diui Adria tollē. & in l.cum proponas.C.de inter. matri.& in l Imperator.ff.de stat.homi.& per Ioan.An. in additio.Spec.in tit.de instru.edi.§.edi.§.dicto.uer si post inductionem.& in addit.quæ incipit,hora diei.& per gl no.in l.si ex pluribus.§.fi.cum ibi no.ff.de solu.Nam licet instrumentum uēditionis præsumatur præcessisse,& instr̄m pacti de retrouendendo subsecutum,quia iste ordo naturæ est, ut no.Bal. in prima constit.Codic.§.hoc igitur.in 2.col. in 7.no.tamen præsumam dictum secūdum instr̄m pacti de retrouendendo fuisse eadem hora confectum , quia ita cōiter fieri solet. argu.l 1.C.de arbitr.cum ibi not.per glos.& Doct & per gl.pen.in l.cum dotem , de iure dot.Item præsumptiue intelligeretur actum tp̄e uenditionis,uel ante:de retrouendendo qñ subesset præsumptio,ꝙ ipse uēditor ueri siſr non uoluisset, nisi cum illo pacto de retrouendendo,ut dicam in seq.casu principali in prima,& duodecima præsumptione.

a Coniecturas.*Coniecturæ sufficiunt in his quæ cōmuniter in secreto fiunt.Bald in rubr C. de prob.& Alexan.in l.fi.de quæst.quod coniecturæ & præsūptiones sufficiunt in his quæ communiter secrete fiunt.*

b Retrouend.*Pactum de retrouendendo, quomodo probetur,Paul de Ca.cons.208.inci. uiso processu attestation b.in 2 colmnna in fi quod per coniecturas & præsumptiones & in consil.304,quod incipit,index est minister & Alexand.consi.121.2. parte ubi dicit an per testes & an per unicum cum iuramento in supplementum probationis.*

TErtio casu principali,quādo in dicto cō tractus fraus uel dolus,uel simulatio uere,uel ficte,uel tacite,uel præsumptiue interuenit,quod qñ fit,statim dicetur,& est deceptio,siue læsio in uēditione,locatione, & pacto de retrouendendo,& tunc sine dubio tales contractus sunt non modo illiciti, sed ēt simulati & usurarii,tum propter dolum & fraudem,& simulationem , tum etiam propter ipsam deceptionem seu læsionem , ut probatur expresse per text.in c. ad nostram. ibi,cum re uera.& ibi,qñcunque a septēnio. & ibi.quia igitur dolus & fraus.extra,de emptio & uendi.& in c.illo uos.ibi,non esse pure uenditas,sed pignori obligatas.& ibi pro 22.lib.obligatis,coniuncto ibi.26.lib. & ibi, quod ultra summam receptam 40. sol.debērent persolui.extra de pigno.& idem dicendum est etiam de iure diuino a.& sic in foro
13 conscientiæ. † De quo iure seu foro nullus debet decipi seu lædi,ut probatur in c 1. di. stin 1.& dicam in secunda præsump.& dicit fraus,uel dolus,uel simulatio uere interuenisse,quando actum fuisset inter partes,ꝙ licet instrumentū loqueretur de uenditione,nihilominus intelligeretur esse pignus , sed emptor uoluit,qū mutuauit pecuniam,ꝙ recipiens

piens mutuo pignoraret sibi fundum, uel domum, & quòd fieret instrumentum qualiter uendebat sibi, ad hoc ut emptor possit lucrari fructus, & ne per canonem contra usurarios edictum posset in posterum conueniri, ut hæc probantur in d.c.ad nostram. ibi, cum B.laicus ab M mutuum accepisset vo luisset, ne per canonem contra usurarios edictum posset in posterum conueniri, domos. i.oliuas recepit ab eo tit.emptionis, cum re uera contractus usurarius ageretur. & ibi, quia igitur fraus & dolus.extra.de empti. & uendi.& ista probari poterunt non solum per confessionem partium, sed etiam per alia instrumenta, & per testes.† Et quòd per instrumenta, & per testes probari possit simulatio contractus, sensit gl.in auth.de fide instru.§. si uero aliquid.col 6.& tenet Cy.in l.optimã in 3.opp.C.de contrahen.& comm.stipu. & Bar.& Doct.in l.generaliter.C.de non num. pecu.& Io.de Imo.in d.c.ad nostram. de emptio.& uen.Item dicitur fraus, dolus, uel simulatio interuenisse ficte. quando lex, uel statutum ita fingeret, utputa, si quis diceret si quis fecerit talem contractum, fingatur usurarius uel simulatus.facit ad hoc gl.in l. unica.§.accedat.in uerbo.præsumatur.C.de rei ux.act.& quod no.per gl.& Doc.in l.non est uerisimile.ff.quod met.cau.& in c. is qui fidem ext.de spon.Item dicitur fraus uel dolus uel simulatio interuenisse tacite, quando tacite actum est inter contrahentes, quòd licet instrumentum fieret de uẽditione, tñ in ueritate esset pignus, uel contrario, licet partes uellent, quòd esset pignus, nihilominus diceretur in instrumento, quòd esset uenditio, quod quando sit, dixi sup. in secundo casu proxime præced. Item dicitur fraus, dolus uel simulatio interuenisse in contractu præsumptiue, quando non constat, quòd sit actum expresse uere, uel ficte, uel tacite inter partes, quod contractus uenditionis celebretur, cum in ueritate esset pignus, sed præsumi ex plurib.præsumptionibus, &c. Sequitur prima præsumptio.

a Iure diuino. *Ius diuinum dicitur ius naturale. gl.in §.de obl quæ ex deli.na. in prin. & Ale.in l Iul.de cond & dem.*

15 ET prima† præsumptio est, quando lex præsumit, quod contrahentes non habuerunt animum emendi, uel uendendi, quod est, quãdo tempore uenditionis, uel ante, fuit dictum, uel tractatum quod non esset uenditio, sed pignus. Nam tunc uenditio statim secuta præsumitur simulata. Idem si uenditio fiat ex interuallo, sed uendens prius dixerat, & protestatus fuerat, quod nõ intendebat quod esset uẽditio, & si contingeret ipsum in futurũ uendere, intendebat, quod esset pignus. ita sing.dicit Bal.fin la de But. in l. pacta nouissima C.de pact.& ibi per Bal.& Doc.& nor.Bart Bal.Ang & Doct.in l.item quia §.item Iul. ff.de pact.& Bar.& Io.de Imo. in l. Titia. §. idem rñdit.el primo.ff.de uerborum obli.& Ange.in l.1.in 3.col.in fi.uer.glo.ibi, ex his, quæ præcesserunt.ff.de iud.& Bald. in l.multum.in 2.colũ. C. si quis alteri uel ubi.& ad hoc uide gl.in l.inter positas. in uerbo, qualitas.C.de transact. Si autem prædicta protestatio non præcessit, & contractus appareat celebratus in formam uẽditionis, licet inter partes tractatus de celebrando aliter siue in alia forma, per hoc non probaretur cõtractus simulatus uel fraudulentus, quñ, ut dixi, contractus uenditionis celebratus fuit ex interuallo post dictum tractatum. pro hoc l. cũ in plures.§.locator borrei.ff.loca.secundum Ange.qui ita no.in l si quis cum aliter.ff.de uerbo.obl.Et subdit, quod si uerba cõtractus essent ita ambigua, quod possent trahi ad multos sensus, interpretanda sunt secundum tractatum quantũcunq; præcedẽtẽ allegat ad hoc Inn. in c.innotuit.extra. de arbi. quod est ualde notandũ. & ita tenet Lud. de Roma. in d.l.si quis cum aliter.in 14.col.in fi.q allegat glo. ordinariam.in l. 1.in gl. 1.ad fi.ff. de iudi. & gl.in l.eleganter.in prin.in uerbo, puto. ff de condict.indeb & l.hæredes palam.§.sed si notam.ff.de testa.Item psumitur, quod contrahentes non habuerunt animum uere uendendi & emendi, quñ debitor petebat mutuũ, & creditor dixit, nolo mutuare, sed emere uolo cũ pacto de retrouendendo ad certũ tẽpus, secũdum Host.& Ant.de But.in c.ad nostram.de emptio.& uendit. Et de hoc est casus secundum intellectum Odofred. in l. emptione. C.plus ualere quod agitur, ut refert, & tenet ibi Bal.in prin.qui dicit, quod hoc est notatu dignum. Et idem uoluit Guil.de monte Laud. in Clem.ex grandi.de usur. & eum sequitur ibi 3.q §.cæterum.do.Franc.Zaba. Et idem tenet Ludo. Pontanus, in suo singulari quod incipit, quæro an pacta de retrouendendo

16 do.†ubi dicit,ꝙ ubicunq; contractum factũ cũ pacto de retrouendendo præcessit tractatus mutui,semper præsumitur usurarius.Et ideo dēt nullus declarari,& fructus restitui. allegat dictum sing.Odof relatum per Bald. in d.l.emptione.& dicit,ꝙ ita ēt consuluit. Et idem tenet ēt Io.de Imo.in d.c.ad nostrã, qui subdit,ꝙ hoc ideo præsumitur,quia originalis cã fuit mutui petiti. Idem qñ probatetur,ꝙ debitor quærebat pecuniam accipere mutuo super tali possessione,& postea reperitur ipsum fecisse uẽditionem de illa possessione,quam quærebat. Nam tunc præsumitur color quæsitus de contractu ad cõtractum,sicut & alibi de persona ad personã,ut ff.ad Velle.l.mulier.§.cum esset. Ita dixit d. Pa.de Ca.in cons.328.in prin.& alleg.not ꝑ Host.in c.ad nostram.Item non præsumitur animus uendendi & emendi, quando fuit actum inter partes a principio , ꝙ dictus emptor cogeretur,uel obligatus esset ad locandum ipsam rem uenditam ipsi uenditori cũ pacto de retrouendendo , & ꝙ aliter dictus uenditor non esset uẽditurus, uel quia in instrumento uẽditionis dicitur, cum pacto de retrouendendo, siue ꝙ ipse uenditor non esset uenditurus . hæc tamen uerba nunquam tu apponas in instrumento uenditionis, qa declararent instrumentum esse simulatum, unde si uigore dicti pacti etiam incontinẽti post ipsam uenditionem,uel eadẽ hora, uel die fuerit facta dicta locatio dicto uenditori de dicta re per ipsum uendita,cum pacto de retrouendendo in eodem instrũo locationis contento,uel ēt in alio instrũo fuisset appositum pactum de retrouendendo,præsumeretur,ꝙ uenditor non habuisset animum uendendi.facit ad hoc quod dixi in præced.casu prin.circa si hæc tamen præsumptio tolleretur.si constare posset expresse de contrario , uidelicet.ꝙ uenditor habuit animum uendẽdi,& emptor emendi,maxime per confessionem partis,quia præsumptio non cadit suꝑ certo,sed super incerto tantum, ut per gl.in l.unica.§.accedat.in uerb.pręsumatur.C.de rei ux.act.& in l.siue possidentis.C.de prob. & sic in incertis non certis locus est cõiecturæ.l.continuus.§.cum ita.ff.de uer.obl.& in l.pediculis.§.argenteis.ff.de au.& arg.leg.& in l.ille.§.cum in uerbis.ff.de le.3.cum simi. Et quia dicta præsumptio non est iuris,& de iure,sed iuris tantum,ut no.d.Laur.de Rodulph.in suo trac.de usu. quem scripsit suꝑ c.consuluit.ext.de usu.in 60. q. & licet esset præsumptio iuris & de iure , ita ꝙ non posset admitti probatio in contrarium,per c.is qui fidem.cum ibi no.de sponsal.& per not. in auth.sed iam necesse.C.de don.ante nup. & in corpore unde sumitur,& ut uidetur sẽtire Io.Cald.de Bon.in quadam sua disp.seu quæst.quę incipit,Vsurarius.quod tamẽ nõ

17 teneo:†quia contra præsumptionem iuris a iure introductam semper admittitur probatio in contrarium,nisi ius statuat. ꝙ non admittatur,ut est gl.notab.54.dist c.fraternitatem.in gl.Et est gl.l.distinctio.ferium.in gl si.ad si.& no.per Doct. in c. is qui fidem. Sed in hoc non reperitur , quòd ius statuat contrarium , quòd nihilominus contra dictam præsumptionem iuris,de iure admittetur præsumptio in contrarium per confessionem partis,ut no.gl.in authẽ.de æquali. do.§.illud quoque.coll.7.& est gl.in l.in cõtractibus.in princ.in uerb.nullo modo.C.de non num.pec.Et no.Ang.& d.Pau.de Ca.in l.inter stipulantem.§ si Stichum.in prin. colum.ff.de uer.ob.& no.per Doct. in d.auth. sed iam necesse.& in d.ca.is qui fidem. & ita sentit glo.in c.ad nostram. in uerb.patet.de empt.& uen.& ibi Anto.de But.qui dicit,ꝙ si constat,quòd si uenditio , & sic uenditor habuerit animum uendendi,tenebit talis cõtractus,& emptor lucrabitur fructus. & hoc tenet Io.de Imo.sequendo d.Anto.in d.c.ad nostram.in uersi.in eadem gl.in fin. & istud est uerissimum,quod bene not.in practi. ut caute procures,quòd saltem uenditor profiteatur , quod habuerit animum uendendi, maxime respondẽdo oppositionibus emptoris,si hoc uerum est,quia per talem confessionem , uel aliam sufficientem probationẽ apparebit.Et iudicabitur,quòd dictus cõtractus fuerit omnino simulatus,neque pignoratitius,neque usurarius,sed uerus,qđ sing. no.& tene menti,ut scias defendere emptorem.Et eadem ratione potest dici contra,qñ instrumentum loquitur de uera uenditione & in ueritate fuit simulata.Nam cautela est pro uenditore,ut procuret probare,si potest quòd ipse non habuerit animum uendendi nec emptor emendi.Nam si probabitur, uel confiteantur partes , quòd neuter habuerit animum uerecontrahendi,uidelicet emptor emendi, nec uenditor uendẽdi,tunc indistin

et

cte dici potest, quòd iste contractus sit simulatus uel usurarius, non solum in foro conscientiæ, sed etiam in foro canonico, & iudiciali, quia constare dicitur expresse de simulatione saltem re ipsa facit ad hoc. l. 1. & per totum. C. plus ualere quod agi. ut dicam plenius in quarto casu ptin. ubi est uidendum. Sed si probatio, uel confessio fieret solùmodo, quòd unus tantum contrahentium habuerit animum uere uendendi, sed emptor habuit animum reemendi, uel econtra, tunc quid iuris sit? dic ut dicam in d. 4. casu prin. ubi hoc prolixius examinatur.

a Læsio in uendi. *Venditio si continet læsionem ultra dimidiam iusti pretij, est in potestate emptoris supplere iustũ pretium uel rem restituere l. 2. C. de resc. uen. 2. resp. & ibi Doct. quod uerum est si emptor dolo careat, nam si sit in dolo, cogitur præcise restituere. l. pe. cũ gl. in uer. possessionem. C. si uen. pig. ag quod est uerũ etiam pro modica læsione etiam infra dimidiam iusti pretij l. colur. C. de resc. uen. & Pe. de Sum. in d. l. 2. 13 col.*

18 Secunda† præsumptio est, quando interuenit læsio in uenditione *a* puta quia res uendita ualebat centum, & fuit uendita plus uel minus prope dimidiam iusti pretij, quod quãdo sit, dic ut habetur per gl. & Doct. in l. 2. C. de resc. uen. & in c. cum causam. ext. de emp. & uen. & in c. cum causam. *el secundo*. ext. de testa. & licet ex tota paruitate pretii non præsumatur dolus sufficiens ad rescindendum contractum, ut est casus in l. dolus. & in l. ad rescindendum. C. de resc. uen. & sic non præsumitur contractus simulatus, ut no. Ang. in l. interpositas. in fi. C. de transf. tamen hoc cõiunctum cum aliis inducit præsumptionem doli, ut est gl. no in d. l. dolus. in uerb. pretii, quæ allegat. l. cum hi. § modus. ff. de transa. ubi hoc optime probatur: si n. esset læsio in paruitate pretii non contingente dimidiam iusti pretii. tunc de iure ciuili esset licitum, nec ulla mala præsumptio induceretur per hoc contra ipsum emptorem, ne deberet suppleri ad iustum pretium, quia licitum est cõtrahentibus se in pretio decipere ut l. in causæ. §. pe. ff. de min. ubi text. sic d. cit. in pretio emptionis, & uenditionis naturaliter licere contrahentib. se circunscribere. & est text. no. in l. item si pretio. §. quẽadmodum. ff. locat. ubi sic dicitur ad literam. Quemadmodũ in emendo, & uendendo naturaliter concessum est, quod plus sit, minoris emere, & quod minoris sit, pluris uendere, & inuicem sese circunscribere, idem & in locationibus. & cõductionibus quoq; iuris est. Idẽ esset licitũ de iure Canonico, ut no. gl. fi. in uerbo, deceptione. in c. cum dilecti. ext. de empt. & uendi. & gl. fi. in c. cũ causam, *el secundo*. ext. de testib. & gl. in uer. inuenerunt, in c. per tuas. extra de don. & gl. in c. in ciuitate. extra de usuris. & ibi hoc tenet d. Ant. de But. & habetur per Bal in d. l. in causæ. §. pe. ff. de minorib. & per Alb. de Ros. in l. 2. C. de resc. uen. & sic in foro ciuili, uel canonico, non potest dici ex paruitate pretii tantum, quæ non cõtingat dimidiam iusti pretii, quod sit aliqua præsumptio doli, fraudis, uel simulationis, nec ẽt põt agi cum effectu ad rescindẽdum contractum, uel ad supplendum iustum pretium, ẽt si emens scienter emerit rẽ pro minori pretio, & uenditor non putet eam esse maioris pretii, ut est gl. no. in d. l. itẽ si pretio §. quemadmodum. in gl. fi. ff. locati. ac etiã si concurrat cum d. pacto de retrouendẽdo:

19 †quia pactum de retrouendendo cum sola paruitate, uel maioritate pretii, maxime nõ contingente dimidiã iusti pretii, nõ facit præsumere contractum esse simulatum, uel usurariũ, nisi aliæ sint coniecturæ. qa non reperitur tex q hoc dicat. f. q ex sola paruitate pretii in uno tm̃ contractu interueniẽte cũ pacto de retrouendendo præsumatur cõtractus simulatus, uel usurarius nec ẽt h. d. c. ad nostram. de emp & uen. qa ibi fuit actum, q post certũ tẽpus possit retro emere, & nõ ante, ex quo inducitur una alia mala præsumptio contra ipsum primũ emptorem, ut dicã inf. in prox. præsump. quæ non subest qñ est pactum, q qñcunq; possit retro emere, uel usq; ad certũ tempus, ut probatur in l. 2. C. de pact. inter emp. & uend. ibi, pretiũ qñcunq;, uel intra certa tempora obtulissent. Nec obst. gl. in c conquestus. ext. de usur. qa ibi uerbum, pretio, abundat, ut dicã in quinto casu princ ubi uideas. Nisi dolus dedisset causam contractui, quia dolus inductus fuisset, nam contractus uenditionis cum sit bonæ fidei, ut inst de act. §. actionum. & not. in c. cum uenerabilis. ext. de excepti. ex quo dolus dedisset sibi causam ipso iure contractus non teneret, ut est text. in l. & eleganter. in prin. ff. de dolo. & arg. 12. q. 2. quisquis episcopus

scopus. in fi. & extra de rerum permutatio. c. cum uniuersorum. & no. gl. fi. in princ. in c. cum dilecti, de emptione & uenditione. Vel nisi dolus incideret in contractum, quia uenditurus erat, sed per dolum emptoris fuit inductus ad minus uendendum. Nam tunc licet contractus teneret, non posset rescindi, tamen posset agi ad supplementū residui iusti pretii, ut est casus in l. Iulianus. §. si uenditor. & per contrarium. ff. de action. emp. & no. glo. fi. in d. §. quemadmodum. ff. loc. & gl. in uerbo, licere. in fi. in d. l. in causæ. §. pe. ff. de minor. & glo. fin. in uerbo, deceptione. in d. c. cum dilecti. de emptio. & uendit. & gl. in l. in contractibus. C. ex quib. cau. maior. uel nisi taxatum, uel limitatum esset pretium a lege uel statuto, quo casu non liceret de iure ciuili, uel canonico aliquid ultra accipere, quia lex uel statutum seruari debet, quamuis etiam esset lex dura, ut l. prospexit ff. qui & a quib. cum similib. nec etiā

20 liceret in foro conscientiæ,† quia ubicunq; lex, uel canon prouidet super certo disponēdo secundum aliquam rationem, obtinet in foro iudiciali rationabiliter, obtinet in foro conscientiæ, secundum Beatum Thomam, ut refert, & tenet Floria. in l. ex parte hæres. § seruo liberta. ff. fam. erc. & no. Bal. in auth. ingressi. in 9 col. C de sacrosanctis ecclesiis, & Ioan. de Anan. in c. i. circa fi. extra de testamen. ac etiam faciens contra conscientiam a præcepti, uel prohibitionis, peccat mortaliter, ut est gl. 28. q. i. c. omnes. §. ex his. in gl. 1. uel nisi uenditor uel emptor læsus esset minor uel ecclesia, quia tunc etiam re ipsa sine aliquo dolo principali uel incidenti alterius contrahentis, esset læsus indistincte, posset restitui etiam pro leui damno, & nō pro modico. ut l. Scio. ff. de in int. rest. & ita not. in gl. in uerbo, licere. in d. l. in causæ. §. pe. ff. minor. uel etiam nisi emptor decipiens esset clericus, uel prælatus, siue ecclesia, licet deceptus non esset minor, quia ecclesia minime debet parare laqueum. 27. q. i. de Iudæis. & ita no. Anton. de But in c. contineba tur. in 1. col. ext. de his, quæ fiunt a prælatis sine consensu capituli. & in c. in ciuitate. extra de usur. qui alleg. ad hoc gl. in uerb. plus 10. q. 2. hoc ius porrectum. & in c. tuam. ext. de pœn. & no. Bal. in auth. ad hoc. in pen. colum. circa prin. uersi. insuper quæritur. de usu ris. & uide Arch. 19. quæst. 1. c. si cupis esse, & ita etiam tenet B. Bernard in suo libel. de cō tract. & usuris, in 3. i. art. 2. c. qui dicit: Si in uenditione plus offertur quam res ualeat, ecclesia recipere non debet, sed tantum iustū pretium, & allegat prædictam glo in c. hoc ius porrectum. & Arch. ibi, & Bald. in d. l. in

21 causæ. §. penul. de mino. †Et quia ecclesia in suis contractibus nō debet fraudem aliquā adhibere, ut in c. per tuas. extra de don. & pro hoc allego tex. in c. 1. §. 1. in tit. de alie. feu. in usib. feud. ubi pulchre text. sic dicit. Ecclesia cultrix iustitiæ, & auctrix non patitur aliqd contra iustitiam in se fieri uel in alterum, priuatus uero obuiat sæpe iustitiæ. quod bene no. clerici & prælati, sæpissime contrariū faciunt sub prætextu, quod semper melior

22 conditio ecclesiæ fieri debeat.†De iure autē diuino, & sic in foro conscientię, credo, q non sit licitum contrahentibus se decipere etiam citra dimidiam iusti pretii, & etiā in casu ubi non daretur restitutio, & contrahētes essent laici, per id quod habetur in l. & in euangelio, quo quisque iubetur aliis facere, quod sibi uult fieri. & prohibetur alii inferre, quod sibi nollet fieri, ut est tex. i. d. dist. c. humanum genus, & dixi supra circa principium. Sed certum est, quòd unusquisq; uellet, quòd sibi uenderetur iusto, æquo, & cōmuni pretio, & nullus uellet in pretio decipi citra dimidiam iusti pretii, quia nemo præsumitur iactare suum. l. cum de indebito. in prin. ff. de prob. cum sim. ergo unusquisque debet uelle uendere iusto & communi pretio, & neminem decipere, & maxime cū mendaciis, & periuriis, ut dicit B. Aug. & hr 80. di. c. quoniam, & Cassiodo. & habetur ea de di. c. quid est aliud, ubi scribitur in hæc uerba: Negociatores ergo illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minime considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt mentes suas periuriis ornando magis q̄ pretio, tales deiecit dn̄s de tēplo dicens, Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Et ad hoc uide gl. no. in l. semper in conuentionib. ff. de regu. iu. quæ dicit, quòd licet lex dicat, q sit licitum contrahentibus se decipere, non tamen conuenit bono uiro. sed in foro conscientiæ quilibet debet esse bonus uir, ergo, &c. Et ita tenet Bal. per illam gl. quam dicit esse singularem in c. cum causam. *el secundo*. in fin. ext. de testib. & ita tenet Ant. de But. licet nihil alleget

get in c.in ciuitate.uer ficulo,uenio ad gl.extra de usu.de quo uide etiam per eundem in c.quia plerique; in fi.ante pe.col.uersi. quintus casus,extra de imm.eccl.& ibi Do. & dixi su
23 pra in fine primi casus princ.† Sed quæ pōt esse rō,ꝙ in foro ciuili,uel canonico licitum est contrahentib.se decipere in pretio,& sic licitū est carius uendere,uel uilius emere usque ad dimidiam iusti pretii exclusiue,& nō sic in foro conscientiæ? Respondeo fm B. Th.2.2.q.77.ar.1 uersi.ad primum ergo dicendum,quòd lex humana populo datur,in quo sunt multi a uirtute deficientes non autem datur solis uirtuosis.Et ideo lex humana non potest prohibere quicquid est contra uirtutem,sed ei sufficit,ut prohibeat ea quę destruunt humanum conuictum, alia uero habeat,quasi licita, non quia ea approbat, sed quia non punit.Sic ergo habet quasi licitum,pœnam non inducens, si absque; fraude uenditor rem suam superuēdat,aut emptor illius emat,nisi sit nimius excessus,quia tūc lex humana cogit ad restituendum, puta aliquis sit deceptus ultra, uel citra dimidiam iusti pretii.Sed lex diuina, quæ non solum datur populo,sed omnibus uirtuosis, nihil impunitum relinquit,quod sit uirtuti cōtrarium.Vnde secundum diuinam legem illicitum reputatur,si in emptione,& uenditione non sit æqualis iustitia obseruata. & tenet ille,qui plus habet recompensare ei, qui dānificatus est sit notabile damnum, quod iō dico,quia iustum pretium quandoque; nō est punctualiter determinatū, sed magis in quadam existimatione cōsistit, ita ꝙ modica additio, uel diminutio non uidetur tollere æqualitatem iustitiæ. & hoc uidetur sequi, & tenet B.Bernar.in d.libel.de contract.& usuris,in serm.35.ar.1.c.2. & ad hoc ultimū adde,quæ dicam infra in uer. uerū quia dictū
24 est.ibi.& si non posset præcisè dici.†Sed dubium est circa prædicta,quid si ista duo concurrant? Primum, s. ꝙ unus contrahens nō decipit alium,quia quilibet sciebat & intelligebat ualorem rei uenditæ.Secundū,ꝙ nullus eorum erat in necessitate contrahēdi.p.p aliquam magnam egestatem,seu quaecunque; aliam magnam necessitatem,&nihilominus res fuit uendita,uel in solutum data, uel aliter alienata plus,uel minus iusto pretio, an hoc sit licitum in foro conscientiæ? uidetur ꝙ non,per dictum c.humanum genus.i.di.

sed ut mihi relatum est,B.Bernard. dicebat, quòd sit.Ego probo ex coniunctione duarū regularum.Primò s.per regulam l. nemo uidetur.ff.de reg.iu.in pen.charta,ubi sic dicit tex.Nemo uidetur fraudare eos,qui sciunt, & consentiunt.ad hoc l.cum donationis. C. de transact.ubi dicitur, quòd uolenti dolus non infertur.& c.scienti,de regu.iu.in 6.ubi dicitur,Scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus.& probatur in l.1.in fine. ff. de act.emp.& l.1.§.si intelligatur. & l.quia. §.pen.& fi.ff.de ædil.edic.& in l. domum.ff. de contrah.empt.& hoc tenet glo.in l.uenditor. C. de resc.uend. quæ dicit,quòd ubi est consensus eam conscientia ibi cessat dolus, & uide quod dicam in 7.præsumptione.Secundò per aliam regulam l.donari uidetur. ff.de reg.iu.& ff.de don.ubi dicitur, Donari uidetur, quod nullo iure cogente conceditur,& hoc uidetur tenere Ant de Bu.in c.quia plerique.in fine,ubi est casus,extra de imm.
25 eccle.ubi dicit, † quòd quis non tenetur ad restitutionem etiam in foro conscientiæ,qn̄ uendens, uel alienans læsus est sagacissima persona ita quòd uerisimile sit,quòd in plus non appretiauerit rem, & residuum uoluerit habere pro derelicto.Aliqui addūt & tertium.s.ꝙ ille,qui dicitur læsus in pretio,nō fuerit ductus leuitate mentis aperta siue præsumpta ad sic contrahendum. Exemplū pone in iuuenibus qui læuitate sæpissime ducuntur.34.di.quorundam.ibi,merito inutilis dicitur,qui iuuenilibus desideriis occupatur.& facit l.fi.§.filii autem.ibi,iuueniles.C. de bon.quæ libe.nam licet talis non ignoret uerum ualorem rei suæ,nec sit in necessitate constitutus, tamen si est in foro conscientiæ,non est tutum,quòd daret,uel acciperet rem pro pluri,uel minori pretio,quàm communiter ualeret,quia leuitas illa sapit quandam ignorantiam,& etiam quandam necessitatem inducit ita faciendi, ut probatur in d.c.quorundam.& in d.§.filii autem.Sed uidi tract.siue libellum S.Bernar.Senen. de cōtract.& usuris,in serm.32.ar.2.in 3. particula c.7.qui uidetur idem in effectu,licet breuio
27 ribus uerbis, dicere.s. † Quòd in foro conscientiæ qs tenetur ad restitutionem,et si in cōtrahēdo sit minor deceptus in dimidia iusti pretii,si procedit læsio in uno uel pluribus istorū 4.uerbi gratia: Si procedit ex ignorātia,aut mentis leuitate aperta, siue præsumpta

pta,aut ex quacunque alia magna necessita
te.ex quibus compræhendi potest,ꝙ talis cō
tractus non procedit ex mera, grata & gra
tuita uolūtate,& ideo talis læsio, quæ consi
stit in minus emendo.aut plus uendēdo, nō
solum contra iustitiam est,sed ēt charitatem
& contra naturalē hominis pietatem,licet
ex utriusque partis uolūtate, & cōsensu uel
tractatu procedere uideatur. Et quis Bernar
dinus quatuor prædicta esse dixerit,ex qbus
mera,& libera uoluntas non præsumitur.s.
ignorantia,leuitas,egestas,necessitas, tñ ego
supra tres dixi,egestatem sub necessitate.tā
quam speciem sub gñe coniungens, ego ēt
addo,& quartum s.ꝙ contrahens non indu
catur ad contrahendum.s.pluri uel minori,
ꝑꝑ nimiam affectionem uel cōmoditatem.
Exemplum, unus habet affectionem in ali
qua re particulari. ut in auibus uel libris,uel
similibus,ut sæpe cōtingit, uel quia res fuit
maiorum suorum:ut l.si in emptione. ff. de
minor.l.libertus, qui soluendo non erat. ff.
de bonis liber.& l.1.ff. sed si rem.ff. ne quid
in frau.patr.uel alia de causa, ut infra dicam
in 16. præsump. Exemplum: commoditate
unus uult facere uiridarium uel ampliare do
mum.Vel unus habet unam possessionem,
& in medio uel in finibus uicinus habet ali
quos campos uel domunculam,qui sibi nō
sunt necessarii,sed commodi ꝑꝑ uicinitatē,
Sæpe.n.confines ēt supra iustam existima
tionē interest nostra acquirere, ut est tex. in
l.si cui fundus. ff. de leg.2.Nam his casibus
licet de iure ciuili uel canonico esset licitū
plus uendere uel aliter alienare ꝑꝑ affectio
nem uel commoditatē ementis,siue accipiē
tis,tñ in foro conscientiæ credo,ꝙ non sit li
citum,quia non diligo proximum sicut de-
beo,ut probatur in d.1.di.in prin. & quia il
la affectio uel commoditas non permittit il
lum,qui eam habet in uera libertate cōsiste
re,sed potius inducit quandā necessitatem.
Multi n.propter affectionem, & concordiā
magis impelluntur ad emendum pro pluri,
quasi alia necessitate astricti essent. subest &
alia ratio.nam si interest mea propter com-
moditatem,uicinus non debet mihi uende
re illam commoditatem,uel opportunitatē
quæ est mea,non sua. sicut dicitur in usura
rio mutuante, qui debet recipere aliquid ul
tra sortem pro re mutuata, quæ est effecta
illius,cui mutuata est, & si aliquid soluet et
ultra; esset usura.qa solueretur de re sua,qđ
esse non debet. quod not.contra multos.&
in hac sententia fuit B.Bernard. in d.suo o-
pere de contract.& usuris, in sermone 36.
art.1,& c.2.ad finem,qui allegat ad hoc Sco.
in 4.di.15.q.2.& allegat etiam B. Tho.in 2.
27 2.q.2.ar.1.†Vbi dicit, quòd si emptor mul-
tum iuuatur ex re,quam emit,& ille,qui uē
dit, non damnificatur ultra communem ua
lorem illius rei, non debet uendere eam uti-
litatem emptori,quia nō est sua, sed empto
ris,licet possit ei uēdere damnum, quòd uē
ditor patitur, uendendo illam rem ultra cō
munem æstimationem.Subdit tñ ꝙ ille,qui
multum iuuatur ex re,quam emit,pōt spon
te,& sua mera liberalitate aliquid ultra cōe
pretium supererogare,quod ad honestatem
pertinet,quam spōtaneam,& meram libera
litatem in dubio subesse non præsumo,si ali
quid de prędictis quatuor concurrit ad qđ
adde,quod dicam in sequēti præsumptione
quòd est bene notandum, quia multi in ci-
uitate Veronæ contrarium faciunt,& maxi
me quando quis uult emere fundum sibi
commodum ꝑꝑ uicinitatem, dñs uult tri-
plum aut quadruplū plus eo,quod ualet ēt,
& qñ emphyteotæ,uel liuellarii uolunt a do
minis emphyteotæ acquirere iura directa,&
sic se liberare ab onere liuellario, quia ubi
cōiter soluuntur 4. duc. pro liu. dñi uolunt
7.aliqñ 8.aliqñ 10.aliqñ ultra. Et malę in fo
ro conscientiæ, in quo tenentur uendentes
ad restitutionem illius pluris,in quo damni
ficati non sunt.†Verum quia dictum est,ꝙ
28 non est licitum contrahentibus in foro con
scientiæ se decipere,ēt in pretio: & sic qñ res
uendi uel alienari debet uero & iusto pretio
dubitatur apud multos, quod dicatur uerū,
& iustum pretium in foro conscientiæ. Ad
hoc dic:Aut pretium est taxatum a lege uel
statuto,illud est uerum, & iustum pretium
nec licet ultra aliquid accipere, etiam modi
cum,qa lex etsi dura sit,seruanda est.l.pro-
spexit.ff.qui et quibus, et dixi supra in uer-
29 bo uel nisi taxatum.†Et est ratio, quia ubi
lex figit pedes suos.non licet ultra transgre-
di,ut no.gl.pen.in l.si non fuerint.ff.ꝑ soc.
& probatur in c.fleat peccator.extra de re.
iur.cum si.Et ad hoc uide,quod scripsit Pet.
de Anch.in repet.c.canonum statuta in 122.
col fi.extra de constit.ubi dixit,ꝙ ad hoc ut
competat beneficium l.2.C. de rescindend.

uen.

uend. sufficit ꝙ læsio sit ultra dimidiã iusti ꝑ tii, ẽt in uno nũmo tm̃. qa d.l.2. sic figit pedes suos. ꝑ gl. in l. si non fuerint. ff. ꝑ soc. Et idẽ tenet Bal. in d.l.2. 12. q. & idẽ no. gl. & ibi ꝑ Doct. in c. cũ cãm. extra de empt. & uend. Aut ꝑriũ nõ ẽt limitatũ aut taxatũ, & ĩ hoc pendẽt leges, & ꝑphetæ, qa res sępenumero diuersis ꝑtiis vẽdũtur, ꝑsertim in diuersis locis, ut l. ideo. ff. de eo qđ cer. lo. Et tũc subdistingue: Aut loquimur de reb. mobil. aut im mobil. Si loquimur de reb. mobil. tunc dic, ꝙ res tantum ualet, quantum communiter uẽdi potest, ut l. si seruus furtiuus. in prin. ff. de con. furt. & ibi gl. in uerbo, inuenerit. hoc no. & allegat. ad hoc concordantes quod intellige scienti, & intelligẽti condõnem rei, ut est tex. cum gl. no. l. mortis causa capimus. §. fin. ff. de don. cau. mor. ubi per Docto. & statim

30 dicam. †Item intellige, quantum cõiter uẽ

a di potest a, non exñti in egestate, nec in aliqua necessitate, nec in aliqua leuitate, nec in aliqua nimia affectione, uel comoditate, ut paret ex his, quæ dicta sunt supra. Item intellige, quantum cõiter uenditur & uendi põt tpe contractus, ẽm Host. Ray. & B. Bernard. & ita tenet Bart. in l. non intellẽ. §. diui fr̃es. ff. de iure fisc. & no. per Doct. in l. 2. C. de resc. uend. nisi ille, qui uendit impresentiarũ, non est uenditurus, ut puta pelles tpe æstiuo, sed eas seruaturus usq; ad hyemẽ, rogatus uel instigatus ꝑ alium, ut ei uendat. Nã tunc põt augere pretium super id, quod cõiter in pñti ualet, intm̃, ꝙ se seruet indemnem. ꝑꝑ quod aliquid dixerunt, ꝙ qui merces suas paratas habet, ut portet ad nundinas, uerisimilr̃ sperat lucrum ex merciũ illarũ uenditione, & inducitur in loco, ubi nunc sunt ad uendendũ modo prędict. s. instigatus precibus, uł ꝙ talis uenditor se possit indemnem conseruare augendo pretium, ẽm B. Bernard. in li. de cõtractibus, & usuris. 34. art. in c. 3. qui subdit, quod talis casus non est practicabilis, qa periculosus, & quod in eo est hñda rõ periculorum, & laboris, & expensarum, quas uenditor subiisset transferendo merces illas, quas hic uendendo non subiit, ideo modo potest eas tm̃ uendere. quantum uenderentur in loco nundinarum, & ita ẽt tenent Doct. in ca. nauiganti. extra de usuris. & maxime Iac. Cal in 7. q. Et quod dixi. ꝙ res tm̃ ualet, quã tum cõiter uendi potest tpe contractus, nõ intelligitur de die contractus tm̃, sed quantũ cõiter uẽdi poterit illa die, & ante, & post, ut est casus not. in l. pretia rerum. ff. ad l. Falc. & ibi hoc not. Bart. Doct. in l. 2. ad fi. C. de resind. uend. & per eundem Bar. in l. si seruus in princ. ff. de cond. fur. & per Ang. in l. in le. Fal. hoc est seruandum. §. 1. ff. ad l. Fal. Item quod dixi, quod res tantum ualet, quantum communiter uendi potest, intellige quantũ uendi potest scilicet cum onere suo, & sine, quia minus communiter uenditur sine onere, quam cum onere. Exemplum si potest uẽ di sine cautione, & fideiussione non pręstita uel si uendi potest præsenti pecunia uel ad terminum, uel si uenditor aut emptor est legalis, aut locuples, uel implicitus debitis. ita ꝙ non reperisset emptorem, nisi certæ quantitatis. argu. text. not. in l. 3. §. mulier. ff. de in diem add. & not. Bart. singulariter in l. 1. §. si hæres. ff. ad Treb. ubi omnino uide not. An. in l. in l. Fal. hoc est seruandum. ff. ad l. Fal. Facit l. si quis stipulatus sit Stichum aut Pamph. & ibi not. Pau. de Cast. ff. de uerb. oblig. quod not. Bart. in l. in l. Fal. non habentur in l. 1. & l. quærebatur. ad l. Fal. Ad quod adde, quod dicam in se. præsumptione. uer. & prædicta de re procedunt. Item quod dixi: quod res tantum ualet quantum communiter uẽdi potest, intellige quantum communiter uẽditur, similis res, & uendi solet in foro publico, ut est tex. in l. septem. & ibi Bar. C. de ero. milit. li. 12. & probatur in cap. 1. ibi, quem in mercato. extra de empt. & uendi. & habetur per Bart. & Doct. in d. l. pretia rerum. ff. ad l. Fal & in d. l. si seruus. ff. de cond. furt. & per Ant. de Butr. in c. cum causam. in uer. ad secundum demum probandum. extra de empt & uend. Et si in foro huiusmodi res uendi non consueuit, inspicitur quantum uendi potest in eo loco uel ea regione. Et si in foro, uel in illo loco diuersis pretiis uendetur, tunc media uia est eligenda, ut statim dicam in casu seq. Item res tantum ualet quã tum est æstimata in æstimo communis, ut probatur in l. hi qui. & ibi hoc no. Bar. C. de præd. nauig. libr. 21. Item res tantum ualet, quantum est æstimata per duos peritos æstimatores, ut not. Bart. & ibi Doct. in l. 2. C. de rescind. uend. Si uero loquimur de rebus immobilibus, dic quod non potest dare certa doctrina, quando sit uerum, & iustum pretium. nisi hoc modo, si uendo fundum pro centum, debet considerari, si tantum ualet,

uere

nere habito respectu ad eius qualitatẽ & conditionem,& fructuum perceptionem, ut l.si quis C.de rescindenda uenditione, & in l.si fundum per fideicommissum, in princ.& ibi gl.r.ff.de l.1.& in l.pen.ff.de reb. eor.& no. gl.Bar.& Doct.in l.2.C.de rescr.uend.& no. gl.& Doct.in c.cum causam. *el secundo*. extra de test.& si communiter uendetur pro tanto in loca pertinentia uel contracta scienti & intelligenti qualitatem & conditionem rei uenditæ,est tex.cum gl.no. in d.l. mortis causa capimus.§.fi.& ibi per Doct.ff. de do. causa mortis.& habentur in l.si seruus. ff de cond.furti.& in l.pretia rerum.ff.ad l.Falc.& per Bar. in l. non intelligitur.§. diui fratres. ff.de iure fisci.& probatur in l.si quis uxori. §.si statu liber.& ibi hoc no. Bar.& Ang.ff.de furt.& ibi per Bar.& Doct in l.1.§ si hæres. ff.ad Treb.& per eundem Ang.in l.in l.Falc. hoc seruandum.§.1.ff.ad l.Fal.ubi omnino est uidendum.Et istud esset communem, uerum,& iustum pretium,debent ẽt considerari ea,quæ dicta sunt supra de reb. mobilib. & si non posset præcise dici quantum cõmuniter possent uendi,quia forte aliquando huiusmodi res uenduntur communiter centũ, aliquando centum & quinque, aliquando octuaginta quinque,tunc in his non esset illicitum,quocunque de illis pretiis concurrẽtibus uenderetur proprie.Sed tutius esset,ꝙ eligatur medium pretium in casu proposito de centum,& in similibus.†Et sic medio uia
31 tanquam tutior esset eligenda. & ad hoc uide tex.qui optime facit in l. fundum cum l. se.quæ incipit ita ut omnes in prin. ff. man. coniuncto c.illud extra,de clerico excomm. min.adde tamen circa prædicta quod plene no.B.Bernard.in d.libello de cõtractibus & usu.in trigesimotertio sermone, arti.z.in z. particula c.7.in fi.& plenius per eundem in eo.li.trigesimoquinto sermone,ar.1.& c.z & plenissime in extractis dicti tractatus B.Ber. in tr.usura,tertio, ubi ponuntur duodecim regulæ iusti pretii,ubi uideri poterit. Aliqui tamen dicunt,quod in hoc casu,quando res uenditur minori pretio quam ualeat, & ab ipso principio uenditionis, est actum quod teneantur emptor locare dictam rem uenditam cum pacto de retrouendendo pro iusto pretio,quod non sit prohibitum uel illicitũ rem emere etiam prope dimidiam iusti pretii de iure ciuili,uel canonico, nec etiam in foro conscientiæ,ex quo illud,quod plus ualet res uendita,remanet apud uenditorem ꝓ suo iure utilis dominii,cum saltem aliter ipse non fuisset uenditurus. Vnde non uidetur esse deceptus in aliquo uenditor, ex quo penes ipsum remanet omne id,quod plus ualet,res uẽdita iure suo scilicet utilis dominii illud ius potest uẽdere,ut l.fi.C.de emph.Ad quod addã,quod dicam in quinto casu principali,uer.3.casu ibi,credo tamen quod maior præsumptio.Sed certe isti in hoc non bene dicunt,nec sequitur, quod plus illud,ꝗđ ualet res uendita,remanet apud uenditorem eundemque conductorem pro suis melioramentis,& sic pro iure suo:ergo non læsus,qa illud plus non potest libere uẽdere,sicut potuisset,si non esset uenditum,sed cum suo onere liuellario uendere tenetur,quod sibi difficilius erit,& magis damnosum.pro hoc lex tertia.§.melior.ff.de in diẽ addi & dixi supra. Item quia tenetur prius domino denũtiare, & eo emere nolente sibi tenetur laudemium quod theloneum siue quinquasima appellatur,soluere,ut l.fi.C.de iur.emph. Item quia si alienaret domino irrequisito. caderet ab omni iure suo,ut dicit d.l.fi.Item quia propter canonem debito tempore non solutum caderet a iure suo.cum propter culpam suã, perderet etiam illa melioramenta, ut hr̃ in d.l.fi.& in l.2.C.de iu.emph.& in c.potuit,extra de locato.quæ non perderet,si nõ essent in d.uend.Item amitteret etiam illud ius redimendi,quando esset concessum & appositum in instrumento locationis liuellariæ,qa tunc censeretur esse ius emphyteuticum seu pars iuris emphyteutici,in l.sterilis §. si tibi. ff.de actio empt.& in l.qui fundum uendidit ff.de contrahend.emptio.facit etiam lex fundi patrem.eodem titu. Vnde cum liuellarius non soluens canonem tempore debito, uel alienans irrequisito domino, cadere debet a iure suo emphyteutico,ut l.2.& l. fi. in fi C. de iure emphyteutic.cadet etiam ab isto iure redimendi,quod est pars iuris emphyteutici,ut dixi. Secus si ipsum ius redimendi esset concessum & ascriptum in ipso instrumento uenditionis,separato ipso ab instrumento locationis liuellariæ,uel post instrumentum iuris emphyteutici, uel quandocunque in alio instrumento, & de per se, quia tunc non posset dici pars iuris emphyteutici,sed quoddam aliud ius personale separa-

paratum a iure emphyteutico. Et ideo licet propter culpam commissam in non soluendo canonem, uel alienãdo, caderet a iure emphyteutico, ut d. l. 2 & fi. non tamen caderet a iure reemẽdi, per dicta iura, quod est bene notandum, quia sæpe in facto euenit, & Doctor. hoc non tangunt. Et prædicta procedũt et si in instrumento uenditionis contineat, donatio de eo quod plus ualeret ipsa res uẽdita, secundum ea, quæ dicam in septima præsumptione.

a Vendi potest. *Quantum uendi potest in loco in quo est res, licet alibi plus uenderetur uel minus. l. si C. de adm. tu. & tenet Lud. Pon. in l. 1. § si hæres, ff. ad Treb. pone exemplum de libro in loco studij, secundum Bart. in l. & si eque de leg. 1. item tamẽ res ualet, quantum est estimata in æstimo communis l. hi qui. & ibi Bart. C. de præ. natic lib. 11 in 3. q. Bald. contra l. 2. penul. column. C. de rescinden. uendit.*

32 TErtia † præsumptio est, quando esset læsio in locatione seu in quantitate fictus & hoc potest esse quatuor modis, in persona conductoris & alio modo in persona locatoris. Primo modo ex persona conductoris, quãdo excedit summam iusti pretii habito respe-
a ctu ad quantitatem pecuniæ a solutæ pro re uẽdita, eademque locata. Et habito respectu ad fructus qui recipiuntur seu percipi possunt ex dicta re locata, & ad possessionem, quæ exolui debet ex re liuella. Exemplum. Emi a Titio fundum centum aureis, & sibi locaui eundem fundum pro 33. lib. in anno. certe ista est læsio respectu pecuniæ meæ solutæ, quia soluuntur cõiter in ciuitate Veronæ uiginti quinque libræ denariorum pro re empta centum ducatis. & est læsio respectu fructuum percipiendorum ex dicto fundo ualẽte cẽtum aureos ultra uigintiquinque libras denariorum, uel circa earum æstimationem deductis expensis, ac etiam est læsio respectu liuelli, quia licet fictus meæ locationis sit iustus, & communiter Veronæ reputetur iustus, quando soluuntur de liuello emphyteusi, & non de locatione simplici, debet solui pro minori quantitate, uidelicet in ratione quinque pro centenario. quia istud est iustum pretium fictus liuelli siue emphyteusis Nam quantum ad soluendum fictum de liuello, oportet nõ ex reditibus menti emphyteusim, sed æstimari pensionem subtiliter, & ex pretio collecto reditus possibiles in uiginti annis computari, & redditibus ex hoc cõputatis agi emphyteusim, ut est tex. in auth. de non alienan. §. quia uero Leonis. in fin. & in authenti perpetua. C. de sacrosan. eccl. Et sic pensio iusta, quæ recipitur ex re liuellata, est illa quæ collata in uiginti annis ultra uiginti annos, cõtinet æstimationem rei liuellatæ, ut no. gl. in d. authe. perpetua. in uerbo, iuxta. & in d. §. qa uero Leonis. in fin. in uerbo, faciendam. & sic ex hoc patet, quod pretiũ fictus, quod ex simplici locatione annuatim soluitur, per respectum ad ipsos fructus uidetur esse quędam tacita uenditio fructuũ sed pensio siue fructus, qui soluitur ex contractu emphyteutico, siue liuellario, non datur principaliter per respectum ad fructus, sed in re cognitionem domini tantum, ut no. Bar. in l. 1. in 2. oppo. C. de iure emphy. & Ant. de Butr. in c. potuit extra de loca. Et est ratio inter fictum rei locatæ simpliciter, & fictum rei liuellatę, quia liuellarius tenetur manumittere rem liuellatam suis expensis, maxime cum detur & dicatur in instrumento liuellario ad meliorandum & non peiorandum, ut habetur in l. 1. & fi. C. de iure emphy. & etiam si res liuellata culpa liuellarii, uel etiam sine culpa, sed casu fortuito deterioratur, nihilominus liuellarius siue emphyteuta semper tenetur ad pensionem, nisi tota res pereat, ut d. l. 1. & ibi no. C. de iure emphy. & habetur in § adeo. Instit. de locati. in tantum, quod liuellarius uetus, qui non potuit percipere fructus aut reditus rei liuellatæ, pensionem soluere tenetur in recompensationem eius, quod minus soluit, quam simplex conductor, ut habetur in d l 1. C. de iure emph. & in ca. propter sterilitatem. extra de loca. & ita de consuetudine generali Veronę obseruatur, quod non est in simplici colono uel conductore qui nõ tenetur suis sumptibus rem locatam manu tenere, ut habetur in l. colonus. in princ. ff. loca. & in l. hactenus. ff. de usufr. nec etiam tenetur ab soluendum fictum, si non percepit fructus ex re locata. ut l. item quæritur. §. exercitu. & l. ex conducto, §. si uis tempestatis. & §. sed & si labes. & in l. si merces. §. uis maior. ff. loca. & in l. si uno. eodem titulo. Et habetur in dicto capitulo. propter sterilitatem. & ad hoc uide textum cum glossa. nota. in authentic. de non

ac trium pro centenario domus locantur, & qnque pretio uiliori, si sint domus pretiosæ. his duobus casibus uř, qđ iusta pensio sit, habito respectu ad fructus uel reditus, quando esset locatio simplex, sed si esset liuellatio, tūc in molendino credo, quòd nō habeatur respectus ad reditus, qui sunt in magna quātitate, sed in ratione quinque pro centenario, habito respectu ad ualorem rei, ut habetur in d. §. quia uerò Leonis. in auth. de non alien. col. la. 2. Et licet molendinum uideatur minus ualere respectu quantitatis fictus, tñ illud est propter periculum, quod est in eo, ne percat uel deterioretur, & propter magnā impensam, quæ fit in eo manutenendo. Vnde deducendo omnes expensas, & æstimationes periculi, non dicetur in ueritate dominus percipere tantum de fictu. Cum ergo liuellatur dictum molendinum uni, & in eo transeat omne periculum, & omnes impensa ad eum spectet, sicut & dominus emit modico pretio propter dictum periculum & impēsam futuram, ita debet etiam modico pretio liuellari, ex quo, ut dixi, in liuellariū trāsit omne periculum & impensa, ut l. 1. cum ibi not. C. de iur. emphy. & dixi supra. sed in domo credo, quòd illa sit iusta pensio, quæ esset iusta, si alteri non uēditori liuellaretur. Quæ autem sit illa, dic quòd est illa, qua cōmuniter tales domos liuellari solitæ sunt in eodem loco, ut dixi in præcedenti præsum ptione, uer. uerum, quod dictum est. de quo dic ut ibi. Secundo casu, quando iniusto pretio uenditus sit fundus, qui nunc locatur, & eodem modo distingue. Aut fundus uenditus reddit fructus cōes, aut non. si reddit fructus cōes. & tunc in foro ciuili uel canonico iusta pēsio locationis, si in plus est habito respectu ad fructus, & iusta pensio liuelli est in ratione quinque pro centenario, habito respectu ad ualorem rei, & non ad pecuniam per emptorem solutam, sed in foro conscientiæ, credo quòd debeat haberi respectus ad pecuniam solutam, ut dicam in 5. casu princip. Si autem res nō reddit fructus cōes sim plici locatione, debet haberi respectus ad fructus in liuello. dic ut dixi, quando fundus est uenditus iusto pretio. & prædicta clare procedunt, quando pensio consistit in pecunia. Si autem consisteret in aliis rebus, ut uino, oleo, frumēto & similibus, & tūc dēt inspici quantum cōiter ualet, & ualere æstimatur illud, qđ soluitur pro pensione, & in hoc dē ēe consideratū, si cōductor tenetur portare uel cōducere illum fictum ad domū locatoris, uel non, iuxta no. p Bar. & Doct. in l. item illa. ff. de constitu. pecunia. & p Bal. in l. acceptā. in 12. usque ad 16. q. C. de usu & per Ang. in auth. ut exactio instante do. illud uerò collatio. 7. nam si de iure non teneretur cōductor liuellarius cōducere fictum suis sumptibus ad domum domini locatoris, & esset conuētum expresse, quod liuellarius teneretur in æstimatione iusti pretii fictus, hæc expensa deberet addi, & per hoc tāto plus fictus æstimari. Idem in expēsis portatum & in gabellis. & in aliis similibus, quod nota, quia al q in hoc non aduertunt. Aliqui tamen dñt, q in prædictis casibus licitum est hodie plus recipere de fictu, seu liuello in monetis seu libris denariorum, quàm alias, quia in superioribus annis ualebat Veronæ aliquando tres libras cum dimidia, aliquādo quatuor, nunc uero ualet quatuor cū dimidia. Quando ualebat tres libras cum dimidia, cum sit licitum recipere tantum quinque p centenario de fictu liuelli, ut supra dixi, iusta pensio erat in 10. & 7. libris cum dimidia tantum, quæ tunc erant 5. duc. Quando ualebat quatuor libras, iusta pēsio erat in uiginti libris, quæ erant quinque aurei. Nunc uerò cū ducatus ualet 4 libras cum dimidia, iusta pensio est ī 20. libris cum dimidia. q sunt hodie
35 quinq; aurei. Vnde in effectu quicquid ualeat aureus, siue eius æstimatio crescat, siue decrescat, semper dēt solui tm̄ in monetis de fictu liuelli, qđ ualeat 5. ducatos de liuello in ratione cētum duc. & sic 5 p centenario. & istud est uerissimum, & ita teneo. & iō contractus liuellarii, siue emphyteutici celebrati Veronæ, tpe quo ducatus ualebat quatuor libras, ex quibus soluebātur 26. lib. pro centum duc. sicut cōiter nunc soluuntur Veronæ, sunt illiciti, quia illę 25. lib. erant sex ducati & unum quartū, & ita erant ratione sexti & unius quarti pro cētenario, qđ est bñ notandum p Veronēses. ad qđ uideař oino, qđ ēt dicam in 5. casu princ. & præcipue in uer. & ideo Veronēses seruare uñ. l. item aliq dñt, qđ indistincte licitū est emptori locare, siue liuellare rē emptā ipsi uēditori uel alteri pro maiori fictu uel pēsione, qñ est pactū de retrouendendo, q si nō esset. nā hoc casu non uř plenarie, & cum effectu translatū esse

dominium in emptorem, ex quo uenditor post certum tempus uel quandocunque potest redimere. cum enim sit in potestate uenditoris posse, quando redimere uult rem uenditam, & se liberare à præstatione fictus, siue liuelli, uidetur in hoc fieri deterior conditio emptoris, eiusdemq. locatoris, quia dicta res uidetur ualere minus ipsi emptori, & præsertim si uendere uellet emptor, idemque locator ius suum, quod habet in ipsa re empta, & per eum locata, non. n. ita faciliter reperiret emptorem, sicut reperiret, si non esset pactum de retrouendendo, & si reperiret mino ri pretio ipsum, quando uendere oporteret,
36 †ut experientia docuit, à qua bonum est sumere argumentum, ut probatur in Clem. dispēdiosam. in prin. de iudi. & in c. quam sit in prin. de electio. lib. 11. & 44. dist. multis. ibi, n. si hæc actionum tuarum experimentis approbatem. & in auth. de quæstore. circa principium, ibi, utilissimo ex ipso rerum experimento. collatione 6. cum similibus. Sed certe isti non bene sentiunt. Nam licet res empta cum pacto de retrouendendo non ita faciliter reperierit emptorem, sicuti si esset emptam sine ullo pacto, nō tamen propter hoc debet minori pretio emi, sed uerò, com mu-
b ni & iusto pretio. *b* Nec etiam debet illud cōsiderari, uidelicet quòd eodem pretio posset quandoque uendi, quia non emit causa uendendi, & lis sibi est, quod emat rem pro iusto pretio, & ꝙ habeat fructus seu reditus, aut fictus iustos. hoc probatur per argumentum ab absurdo. Pone. n. quòd quis emit fundū, & uenditori locauit cum pacto de retrouendēdo pretio iniusto in damnum uenditoris, eiusdemq. conductoris, & emptor nūquam uendidit, neque animum uendendi habuit in ta sua, quæ habet in dicto fundo empto & locato, uel uenditor ipsum redimit post certum tempus ab ipso primo emptore, non ne esset iniquū & iniustum eum emisse pretio minori, quam ualeret, uel quòd recepisset fructus u t a iustum, commune, & uerū pretium ! certe sic, quia locupletaretur cum iactura alterius. l. nam hoc natura. de conditione indebiti. ff. hoc etiā suadet. l. seruus. ff. de ser. expor. ibi, beneficio affici hominem, interest hominis. & ibi no gl. quòd quilibet d bet esse interius, ut alii prosit. & allegat ad hoc iura. facit ad hoc l. ut uim. cum ibi no. ff. de iustitia & iure. Item hoc iubet lex charitatis dicēs, Diliges proximum tuum sicut teipsum, ut habetur Matthæi 22. & ad Philipp. & facit extra. 10 dist. humanum genus. quæ dilectio non solū est seruanda in corde, & pro ferenda in ore, sed etiam est in exibenda opere, iuxta illud Io. tertio, Non diligamus uerbo neque lingua, sed opere & ueritate. Unde concludendo dici potest, quod contra rationem naturalem, & contra legem ciuilem & charitatem esset, rem minori pretio emere, quàm esset commune & iustum pretium, & locare iniusto fictu in damnum conductoris, sub hoc prætextu, quòd non ita faciliter illud ius rei uenditæ & locatæ posset uendi, & quòd quandoque non nisi minori pretio uendi posset propter dictum pactum de retrouendendo, ut patet ex prædictis.

Ad quantitatem pecu. Res *uales quantum communiter, uendi uel locari potest. l. si seruus, la secunda. in prin. & ibi glo in uer. inuenit. Item quantum uēdi uel locari potest pactis appositis, non autem simpliciter Bal in c decedenti. 5 col. uers. de pact ff. qui feu. da. pos l si uenditor §. si de seruis expo. no in c. cū Ioan. de fid. instr. prædicta uera etiam in actione, ut tantum ualeat, quantum uendi potest modis prædictis Bal. in l. per diuersas. 1. q. C. man.*

Iusto pretio *Pretium iustum et uerum dicitur quod communi æstimatione probatur iustum. Bal in l. 2. C. de rescind. uen ultim col uer. sed hic occurrit dubium. Item quod in sub hastatione offertur. Bal. ibi ad fi. Item quod habituri erat possessor. Bal. ibi in fi per l. in fundo de rei uendi. Item uerum inspecto tempore contractus l. si uoluntate & ibi Bald. C. de rescin uen.*

QVarta †præsumptio est, quando cōtingit læsio in pacto de retrouendēdo in quātitate pretii, & hoc potest esse duobus modis. uno modo in ꝑsona uēditoris, alio in persona primi emptoris, eiusdemque locatoris. De primo pone exemplū, emi fundū à te pro centum, cumque tibi locaui iusto pretio, & feci tibi pactum, ꝙ quandocunque possis redimere pro ꝑtio cētum & uiginti. & sic pro pluri ꝙ̄ ego emeā. qa si emi fundū pro centū, & postea sibi eundē locaui iure liuelli, cum pacto de retrouendendo, omne qđ plus ualet ipse fundus tempore dictæ locationis, & ēt post melioramētū eius, spectat ipsi liuellario. iuxta l. fi. cū ibi not. C de iur. emphyteu. & dixi supra 2. ꝑsump. ad fin.

Si ergo uolo, ꝙ ipse conductor qñ uult retroemere, teneatur mihi dare aliquid ultra dictos centum ducatos, quibus emi dictum fundum, uolo illud ultra sortē meā, & illud plus est illicitum, ut probatur in c. illo uos. ibi, & ꝙ ultra summam receptam 40. solidi deberentur. extra de pign. & ita tenet Innoc. in c in ciuitate. in fi extra. de usu. Et idem uoluit Guil. de Monte Laud. in Clem. ex grādi. de usuris. quem sequitur ibi Car. §. ceterum. in 3. q. Et alle. ad hoc Host. & Doc. in c. ad nostram. extra de empt. & uen. Imò potest forte dici usura, quia quidquid accedit sorti, est usura, ut ex tex. cum gl. in uerbo, non possit. in fi. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. & probatur in l. si tibi decem millia. in princ. ff. de pactis. & hoc tenet B. Ambrosius, ut habet

38 14. q. 3. plerique † ubi dicitur, quodcunque accedit sorti, usura est. Hoc idem probatur ex cōsilio Agatensi. & hr̄ ead. q. 3 usura. ubi dicitur, Vsura est, ubi amplius requiritur, q̄ quod datur. v. g. si solidos decem dederis, & amplius quæsieris, uel dederis frumenti modium unum, & super aliquid exegeris. Et regula illa, quidquid accedit sorti, est usura, ꝓcedit non solum in mutuo, sed et̄ ubi aliquid excogitatur in fraudem usurarum, ut est gl. notab. in c. conquestus. in gl. magna. ibi, & dicit, quidquid sorti accedit. extra de usuris.

39 † Et ideo dixit Host. in summa de usuris. §. si. uers. 2. quod contractus usurarius detegitur, si creditor recipit aliquid ultra sortem. ad quod uide, quod dicitur in seq. præsump. de secundo modo læsionis in pacto de retrouendendo contingentis in persona primi emptoris, eiusdemque locatoris, potest poni exemplum: Emi à te fundum pro cētum, qui ualebat centum, & 50. uel ultra, & feci tibi pactum de retrouendendo incontinenti uel ex interuallo pro centum tm̄, certe ego sum læsus in eo, ꝙ ultra centum ualet fundus, & ꝓꝓ hoc inducitur præsumptio cōtra emptorem, q fecit dictum pactum de retrouendendo eodē ptetio, ex quo fundus ualebat multo plus. Non. n. est uerisimile, ꝙ si uoluisset, ꝙ esset uerus cōtractus emptionis, ꝙ sibi fecisset dictum pactum de retrouendendo ꝓ dicto ptetio, ex quo non eram in necessitate uendēdi, & alii non uendidissem illo pretio, sed tm̄ pluri, & iusto pretio ad quod adde, ꝙ dixi in præced. præsum. in 5 modo læsionis. & hanc præsumptionem bene nota.

40 Quinta † præsumptio est, quæ colligi potest ex his, quæ statim dicam, qñ. s. plus exigitur, siue percipitur ex uenditione secunda q̄ sit illud, quod soluitur in prima, non in pecunia, sed in alia re. Exemplum, si emi fundū à Titio centum aureis, & sibi eum incontinenti liuellaui cum pacto de permutando, hoc modo, uidelicet qñcunque uel usque ad certū tempus dabit mihi Titius unum liuellarium bonum tam pro cōtracambio respectus fundi, q̄ et̄ respectu personæ liuellariæ qd̄ sim sibi obligatus facere retrouēditionē dicti fundi. Nā si dictus fundus in primo uenditus non fuisset sufficiens, uel Titius uēdēs non esset idoneus uel sufficiēs liuellarius, uel si ipse Titius uēditor, idemq. conductor, & fundus uēditus esset sufficiēs, & idoneus, & uellē qd̄ in permutatione pro contracābio teneatur mihi dare, assignare fundum unū, & liuellarium meliorem. tunc esset illicitū, & usura, ut probat̄ ex his. quæ dixi in præc. præsump. & probatur expresse ex uerbis B. Hieron. super Ezechielem. li. 6. & hr̄. 14. q. 3. putant. ubi sic tex. dicit, Putant quidam usuras tm̄ esse in pecunia quod prouidens diuina scriptura omnis rei aufert superabundantiam, ut plus non recipias, q̄ dedisti & probatur eadem rōne, si fœneraueris. & c pleriq; cum sequēti. Facit ad hoc etiam optime gl. in l. rogasti §. si tibi. in uer. non posse. ff. si cert. pet. & gl. 2. in fi. in l. si tibi decem millia. ff. de pac. & si in pacto de retrouendendo esset actum, ut uenditor idemque conductor tenētur dare unum contracambium ęque bonū, licitum esset, quia licet difficilius reperiatur contracambium, quam pecunia, tamen si in contracambio nihil plus uel melius interueniat, uel respectu fundi, uel respectu liuellarii, non esset illicitum. per prædicta.

41 Sexta † pręsumptio est, quando in pacto de retrouendendo contingit læsio in aliqua expensa, quæ spectaret ad ipsum emptorem eundemque locatorem, & ipse uult, ꝙ illa expensa spectet ad ipsum primum uenditorē, eundemque conductorem. Exemplum, quia in instrumento pacti de retrouendendo actū & dictum est, quòd quandocunque conductor retroemere uoluerit, teneatur soluere omnes expensas chartarum, & instrumentorum, ut communiter apponere consueuerunt notarii Veronæ, & male. nam de iure communi, & etiam de consuetudine Ve

ronæ uersatur, ꝙ emptor teneat soluere instrumentum emptionis, quia istud instrumentum ad probationem iurium suorum stare debet penes ipsum emptorem, ut in c. 1. extra de proba. Et ita ut supra dixi, cōis cōsuetudo & obseruantia est, ꝙ emptor rei exoluat expensas chartarum siue instrumētorū, si uult eas uel ea hre. Et ex quo tractatur de eius commodo, et der sentire incōmodū, ꝑ regulam capituli, q sentit de reg. iur. lib. 6. & l. secundum naturam. ff. eo. ti. & habet in l. cū qui. in prin. ff. de iureiur. nec ferēdum, ut qs lucrum uelit amplecti, & onus penitus subire recuset, ut in l. unica. §. pro secundo. de ca
42 du. tol. & ita tenet Albe. de Ro. in l. dissolutæ. C. de condi. ex lege. uidelicet, † ꝙ creditor teneatur soluere tabellioni conficienti instrumentum crediti allega. l. eos. §. interdicta. cum gl. ibi. C. de usuris. q dicit, ꝙ ita uidit cōiter obseruari. & idem tenet in d. l. eos. in fi. q subdit ꝙ contrarium faciunt usurarii Bergomenses, cum ergo emptor idemq. locator uelit, ꝙ conductor soluat oēs expēsas chartarum, uel instrumentorum, apparet ꝙ non uult soluere ꝑ instrumento emptionis suæ, qđ ad ipsum spectaret, & sic est ꝑsumptio cōtra eū, ex quo uult aliquid ultra sortem. & non uidet ēt habuisse animū credi, sed potius, ꝙ res uendita fuerit in effectu si bi pignorata, quod est notandum, q multi in hoc errant, ut hic probatur, ꝑ ea quæ dixi in præcedenti præsumptio. Et idem est dicendum, qñ locator uellet, ꝙ cōductor quandocunque re ro emere uellet, teneretur soluere omnes expensas per ipsum emptorem, eundemq. locatorem pro gabella emptionis, uel ꝓxenetis in casu, ꝙ dicta expensa spectaret in totū uel in partem ipsi emptori, iuxta no. in l. debet ff. de ædil. edict. & per Bal. & Sal. in rub. C. de reb. credi. & per Bal. in l. si prædium. C. de ædil. actio. & ego plene scripsi in d. l. debet. quæ tñ lex uidetur facere in contrarium, cum uult, ꝙ uenditor teneatur emptori restituere illud, quod soluere emptor pro gabella, & proxenetis. & ibi ideo est: quia cōtractus resoluuntur ex culpa uēditoris, quoniam res uendita erat morbosa uel uitiosa, hic uerò ex uoluntate utriusq; ad preces, & uoluntatem uenditoris resoluitur.

34 Septima † præsumptio est, qñ res pro parte uēdita, & ꝑ parte donata, & nō subest iusta causa donationis, argumento l. per diuer a sas, cum ibi no. per gl. & Docto. C mandati. & tex. cum ibi no. in l ab Anastasio. eod. tit. & ita tenet. Bal. in l. 2. C. de repudi hæredita. & in l. fi. ibi. tertio pōt impugnari. C. ne lic. potent. Et in consi. suo, quod incipit. ad probandum & ostendendum. in 2. art. & Spec. in ti. de cessione actionis. §. ... ucisi. præsumitur simulatus. Ad quod optimè facit l. uit uxori & ibi nota ff. de iure dot. quia non est uerisimile, ꝙ fuerit animus donandi, ubi est pactū, & ubi est de redimendo appositum. ar. l. ꝗ sic solutt. ff de sol. etiā si sit dictum ꝙ donatur ob benemerita, ut infrà statim dicam quod est bene notandū cōtra usurarios & illicitos contractus celebrantes, qui ne uideatur decipere uenditores in pretio, faciunt quod in instrumento dicitur, & si quid plus ualeret dicta res uendita, quantumcūq; sit illud plus, illud donat dictus uēditor, iuxta ea quæ habent per Doc. in l. si quis cum aliter. ff. de uerb. obligatio. Et in l. 2. C. de rescindenda uenditio. & in l. si quis donationis. ff. de contrah. emptione. & per Bar. & Docto. in l. si tibi. in princip. ff. de pactis. & per Anto. de Butr. & Doct. in c. cum causam, extra de emptione & uend. Nam talis cautela donationis inducit præsumptionem fraudis, quia donatio dicitur iactatio. & dilapidatio. l. filiusfamilias. in princ. ff. de dona. & habetur in l. contra iuris § si fil. us ff. de pact. Sed non o præsumitur iactare uel dilapidare suum. l. cum de indebito ff. de prob. cum si. cum nō subsit iusta & legitima causa donandi in uenditore, sed potius necessitas, ex quo magis indiget quam emptor, quia cōiter quis uendit possessiones suas ꝑ necessitatem causa habendi pecuniam, cui potius esset facienda do
44 natio, ꝗ ꝙ ipse emptori donaret. † Nā donatio pura & simplex fit ꝑ liberalitatē & munificentiam, ut dicit tex. in l. 1. in 2. inso. ff. de dona. Sed in necessitatibus nemo liberalis existit, nec existere ꝑsumitur, ut l. item legatam. in fi. ff. de adimen. legat. & id donari uidet ꝙ nullo iure cogente conceditur, ut l. donari uidet. ff. de reg. iur. & ff. de donat. præsumitur ergo dicta donatio facta à uenditore, si non ꝓbetur per emptorem iusta & legitima causa, cum in dubio nō ꝑsumatur, ut d. l. cū de indebito, in princ. ꝙ potius facta fuerit ob necessitatem, ꝗ ob meram liberalitatem, ꝙ emptor aliter nō emisset, nisi cū d. donatione, a & qđ non donasset, nisi illā partē donata.

donatarius emisset, ut no. gl. in l. ab Anasta sio. in uerbo, coloratam. C. mand. & sic donatio in fraudem facta esse præsumitur, ne uideatur esse deceptus in pretio, ad quod bene aduertant notarii, ne sint faciles, & prompti ad scribendum d. clausulam donationis plenissimam in instrumentis uenditionum. Sed illam simplicem, uidelicet, si quid plus ualet &c. & indistincte possunt apponere, quia illa clausula refertur ad modicũ, ut habetur in l. si quis cum aliter. ff. de uer. obl. & in l. 2. de rescin. uend. & in l. si quis donationis. de contrah. emp. Et prædicta procedunt, et si i d. l. donatione. quæ refertur ad magnã quantitatem, fit dictum pro bonis meritis, & seruitiis, uel pro benemeritis, quæ ipse donãs
45 recepit ab ipso donatario, † quia in dubio benemerita non præsumatur. l. si forte. & l. castrense. ff. de cast. pec. & no. gl. in l. si donatione. & ibi per Doct. C. de coll. & per Doct. in d. l. per diuersas. C. mand. nisi illa benemerita, uel se uitia fuerint expressa, uel nominata in specie, quia tunc præsumuntur, secundum Bal. qui ita no. in l. illud. q 4. in fi. C. de sacros. ecc. allegat l. Aquilius Regulus. ff. de don. & idem sentit ipse Bal. in l. si donatione uers. sed quid si pater. & in auth. unde si parens. circa prin. C. de inof. te. Vel nisi esset facta mentio meri totum cum iuramento, nã tunc etiam hæredes iurantis cogerentur stare tali iuramento, ut in auth. qđ obtinet. cũ ibi no. C. de prob. s'm Bal. qui ita no. in d. l. si don. uers. sed quid si pater. Ex quo tu sumas cautelam, uidelicet ꝙ donans specificet illa benemerita, & seruitia iuret illa esse uera qa tunc stabitur illi confessioni. quod iuramentum nunq̃ apponi facias. nisi uera tibi esse affirmentur, ne sis auctor periurii in perditionem animæ tuæ, & contrahentium. hoc tñ iuramentum parum proficeret, ubi aliæ cõiecturæ, uel præsumptiones concurrerent, quæ redderent contractum simulatum ut est gl. no. in l. emptione. C. plus ual. quod agi: quam sequuntur ibi Doc. & Fran. Zab. in c.
46 ad nostram. in 2. q. ext. de emp. & uen. † Ubi dicit, ꝙ per illam gl. ꝙ contractus simulatus non ualidatur iuramento, responsionem assigno. nam cum deficiat assensus in contractu simulato; iuramentum ad illud non extenditur, per id quod habetur in l. fi. C. de nõ nu. pe. quod tamen intellige, nisi expresse fuerit iuratum, omnia & singula in instrumento contento uera esse, quia tunc allegando simulationem, ueniret contra iuramentum. secus, quando simpliciter iurasset non contrauenire, secundum Io. de Imo. qui ita no in d. c. ad nostram. ad fi. de ema. & uen. Item intelligo, nisi iuramentum interuenisset ex interuallo, quia tunc ualidaretur dictus contractus, arg. l. 1. cum ibi no. C. quod me. cau. Et facit quod no. Bar. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. in prin. 3. col. uers. quæro an renunciatio exceptionis. in fi. ubi dicit, ꝙ licet renunciatio exceptionis simulationis non ualeat, quando fit incontinenti, secus fiat ex interuallo post instrumentum, quod dicitur simulatum. per d. l 2. C. quod met. cau. Cæterum si solum interueniret hæc præsumptio, ꝙ res pro parte esset uendita, & pro parte donata etiam cum pacto de retrouendẽdo, non sufficeret ad præsumendum contractum simulatum uel usurarium, ita quòd posset rescindi in foro ciuili, uel canonico. in quo standũ est scripturis. l. cum precib. C. de prob. nisi alia indicia concurrunt. sed in foro conscientię & pœnitentiali standum esset ueritati, secundum Bal qui ita consuluit in cons. suo 62. in ordine, modo incipit. Quidam Petaritius Lucii. ubi uide & no. quia habui de facto.

a Donatione. *Donatio in fraudem an, & quando presumitur, uide Bar plene in l. post contractum. & in l. omnes. §. Lucius. de his que in fraudem cre. & in l si depret. sti. Bal in rubr. sed iam ne cesse. C. de donat. nu. & in add. Spe. de don uer. pe.*

47 Octaua † præsumptio etiam colligi potest ex quibusdam uerbis, quæ solent apponi in pacto de retrouendendo, dum dicitur, qđ quandocunque dictus conductor dabit aut soluet fictus rerum ueditarum, teneatur dictus locator facere instrumentum ueditionis; quæ uerbo important. quòd per cessationem soluendi fictu & per biennium uel triennium, non cadit emphyteota, seu liuellarius a iure suo, ut hr in l. 2. C. de iu. emph. & in c potuit. ext. de loca. Nam quando apponitur pactũ in contractu contra eius naturam & sic cõtractus est insolitus, est præsumptio simulationis & fraudis, ut l. si quis sub cõditione. quæ est lex specialissima, & ibi glo. & Doc. ff. de cond. inst. & no. Bal. in c. i. uer. q. io de quibusdã pactis. in ti. de feu. da. in ui. leg. commissoriæ. in usib. feu. & hoc et probatur

in c.illo uos.extra de pign ubi pactum de cō putandis reditibus in sortem, repugnans naturæ empt. proportionabile naturæ pignus facit præsumere esse alium contractum, quā uerba contractus souent,& sic esse simulatū ut ibi no An.de But.in 4.no & Doct. ibi scribentes.Et quod dicendum est,quod ubicunque apponuntur pacta contra naturam emptionis, uel uenditionis, siue alterius similis contractus,aut locationis,uel conductionis in damnum uenditoris eiusdemque conductoris præsumitur contractus simulatus.l q testamentum.& l.cum tacitum.cum ibi not. ff.de prob.ad quod adde.quod dicam in seq. præsump.Auget ēt hanc præsumptionem illud uerbum,Vēditarum, dum dicitur,fictus rerum uenditarum,& non rerum locatarū. Nam liuellarius non dicitur uēdere proprietatem,sed utile dominium.& dicitur utilitas fructuum locari in perpetuum.ex qua locatione quæritur ius utile,etiam in superficie & fructibus,ut habentur in l.1.ff.si ager uectig.uel emphyteuticarius petatur, & in d.c. potuit.de lo.Hęc tamen præsumptio sola parum operaretur,prę sertim illa quæ uenit ex uerbo,Venditarū,quia illud uerbum potius apponitur instrumentis culpa tabellionis, q̄ ex mala mente contrahētium,qui sæpissime ut idiotæ ignorant sensum, & intellectū uerborū,iuxta no in l.quod si nepotes.ff.de test. tu.& hr per tex.notab.in c ap.1.in principio ibi,sed pp simplices,& nominis significationis ignaros.in ti.de noua forma fidelitatis.in usi.feu.Sed cum aliis præsumptionib.coniūcta satis operaretur,quia sicut dicitur,& quę non prosunt singula,multa iuuāt,ut probatur in l.insta ibi hoc no.gl.C.de pro.sua ecōtra & quæ non nocēt singula,multa nocēt, ut ibi eadem ratione.

48 Nona præsumptio colligitur ex pactis uel clausulis insolitis in instrumento appositis, ut no.in l.si quis sub condit.ff de cond insti. & ibi hoc no.gl.Bal.An.& Doct.& idem no. Bald.in.uer.l.quæro de quibusdam pactis.ad fi.in ti.de feudo dato in uicem l. commiss.& habetur in c.a.illo uos.extra de pign & in c. ad nostram.extra de emp.& uen. & facit q̄d dixi in.præced.præsump.quod bene no.contra multos qui conantur apponere in instrumentis multa pacta extranea, & insolita ad illaquendam debitorem:quod non est in dubito faciēdum. quia sępenumero talia pacta uel clausulę huiusmodi indicant potius fraudis suspitionem,quam contractus ualidationem contra mētem contrahentium Ex quo infero, quod si locatur domus uendita ipsi uenditori pro fictu uini uel olei,aut alterius fructus,qui non percipiantur ex ea,cum talis fictus præstari non soleant,ex domibus, & tale pactum sit insolitum,contra talem locantem erit præsumendum.Et idem est dicē dum in similibus,quod not.Item ex hoc infero,quod si in instrumento essent ista uerba uendidit & tradidit uere.& non in fraudem a usurarum.ut uidi sæpissime in instrumentis quod ex istis uerbis instrumentum a magis præsumeretur suspectum s̄m Bal qui ita no. in l.emp.uer.quod si in instrum.C.plus ualere quod agitur.per gl.in d.l.si quis sub conditione.ff.de con.insti. quem sequitur Ioan. de Imol.in d.c.ad nostram. circa finem cui adde quod dicam in fine omnium præsumptionū uer.sed circa p̄dictas præsumptiones

a Instrument. *Instrumentum de cuius simulatione constet.non prodest.l.quamuis.& ibi Bal.C.si quis alteri uel sibi.Instrumentum simulatum non dicitur instrumentum & ideo non uenit appellatione instrumentorum in statuto.Bal.in l.fi.§.in computatione.ul.C de iu deliberandi.*

49 Decima præsumptio.hic potissima est in pacto de retrouendendo, qñ dictus emptor idemque locator uoluit cōtractum uēditionis posse dissolui,nisi usque ad certum tempus,& sic nisi certo tpe lapso.puta.sex annorum,sed tñ post sex annos quōcunque & sic resolutio contractus non pendebat a facultate primi uenditoris ab ipso principio de solum post certum tempus,quia hoc casu apparet,ꝙ primus emptor idem q. locator uoluit esse pro illo tpe in lucro percipiendo rū fructuum, seu fictuū ,& ita esse certus de hoc,Dubitauit.n.forte,ꝙ venditor idemque conductor nisi illud pactum interuenisset,retroemisset dictam rem uenditam post modicum tempus, postquam res suas peregisset cum pecunia per emptorē soluta,& sic ipse venditor rem suam ageret cum modico uel nullo damno,quia parum de fictu solueret, & ipse emptor modicum lucraretur de sua pecunia,ex quo ergo uoluit esse securus pro certo tpe percipiendo fictū,uidet dubitasse, ꝙ emptor habuit potius animum pignorandi,

di, quam uendendi, & quod hoc non obstan te uoluerit ctum certū, & securum pro aliquo tpe. & sic ex hoc insur git præsumptio simulationis, & fraudis, & hoc probatur in c. ad nostram. ibi, promisit, ut qncunque à septēnio usque ad nouennium daret. extra de empt. & uend. & in c. illo uos. ibi, ut si à tpe cōtractus usque ad duos annos. extra de pignori. & ita uidi consultum per multos sacrorum canonū interpretes & ita tenet Hosti. & Ioan. And. in c. ad nostram super uerbo ad nouennium. in nouella, & B. Bernardin. in suo tract. de contractibus, & usuris. in 39. sermone. art. 2 c. 1. & allegat ad hoc solummodo Hosti. & Ioan. And. in d. c. ad nostram. Sed Bald. in c 1. uers. quæro de quibusdam pactis. in ti. de feudo dato in uicem legis cō miss. in usi. feu. in hoc referendo aliorum opiniones approbat illam. s. ꝙ ex hoc pacto de retrouendendo non censeatur cōtractus fœneratitius, quia nulla lex uel decretū hoc di

5 cit. Et quia emptio, & uenditio potest fieri ad certum tempus, ut l. 2. C. de pac. inter emptorem. & uend. nisi emptor esset solitus fœnerari, & in fraudem usurarum instra simulata confiecere, ut hr in regula. semel malus. de reg. iur. in 6. hoc dictum Baldi. procederet, sine dubio, qn rem meam locarem uni in ppetuum eum pacto de. emēdo post certū tps, & non ante. quo casu non modo iste cōtractus nō censeretur usurarius ibi, imo nulla usuræ præsumptio ex hoc insurgeret sed si emissem pure fundum à Tirio, & sibi non locassem, sed tpe uenditionis feci sibi pactū, ꝙ lapso certo tpe tm̄. & non ante possit retroemere, quo casu loquitur tex. in d. c. ad nostrā & in d. c. illo uos. uel si emissem ab uno fundum, & ipsum eidem incontinenti locassem, uel fecissem pactum de locando cū pacto de retrouendendo post certum tempus, sine lapso certo tpe tm̄. Et his duobus proxime casibus negari non potest, quin insurgat mala præsumptio contra dictum emptorem pp dictum pactum de retrouendendo post certum tps, & non ante probatur in d. c. ad nostram. & c. illo uos. in quibus non fit mentio de illo pacto, sine causa, ut probaui in principio huius præsumptionis. Et ita intelligo prædictos Doct. qui in hoc cōsuluerunt, & bene, ut supra dixi. Sed tn̄ ista præsumptio sola sine aliis non sufficeret ad pbādum cōtractum usurariū, sed cōiūcta cū aliis psumptionibus sic. Et ita intelligo dictū Bal. in d. c. 1. in tit. de feudo dato in uicem leg. cō miss. & pbatur expresse in d. c. illo uos. ubi erat dictū pactum, & tn̄ qn concluditur, dicē dum cōtractū esse usurarium, nō se fundat Papa ex dicto pacto tm̄ sed ēt ex tribus aliis coniecturis, seu psumptionibus. Prima, qa fuit actum, ꝙ fructus percepti deberent in soluenda pecunia numerari. Secunda, qa ultra summam receptam sexaginta soldi debebant persolui. Tertia, quia primus ille emptor usuras cōsueuerat exercere, & probatur in d. c. ad nrām. de emptio. & uenditio. ubi ēt fuit oppositum dictum pactum de retro uendendo post certum tēpus, & nō ante. Et tn̄ Papa ibi dum concludit, illum contractū esse usurarium, non se fundat in dicto pacto tm̄, sed ēt in enormitate pretii, quod iuxta dimidiam iusti pretii contigebat. Ex quibus præsumit emptionem fuisse in dolo uel fraude, quia ibi partes in ueritate fecerunt mutuum. Sed uoluit mutuans, quod fieret instrumentum de uenditione.

5 Vndecima † præsumptio est similis præcedenti. quando in pacto de retrouendendo fuit dictum econtra, uidelicet ꝙ emptor teneatur retrouendere uenditori fundum uenditum usque ad certum tempus, puta decē uel octo annos. & post octo uel decem annos sit in libertate ipsius primi emptoris. ꝙ uenditor sit & remaneat liuellarius ppetuus uel quod possit cogi ad retrouēdendū dictū fundum uenditum, qn fuisset locatus, uel qn non fuisset locatus, ꝙ post dictum terminū sit in libertate dicti emptoris uel retinere rē emptam pro sua libera, uel retrouēdere primo uenditori, ut probatur p ea quæ dicta sunt in præcedenti præsumptione, & in d. c. illo uos. ibi, ut si à tpe cōtractus extra de pignoribus, & hoc in effectu tenet Hostien. in summa de usuris. §. fin. uersic. 2. ubi dicit, ꝙ est præsumptio mala contra creditorem, qn uult, ꝙ sit in eius potestate, an uelit rescindi. Adde tamen prædictis, ꝙ si esset pactum appositum, quod certū tēpus uel conditione nemini liceret uenditori recipere rem per ipsum uenditā, si ipse uellet, quod tale pactū ualeret, ut est textus nota. in l. si uir uxori. ff. de præscriptis uerbis & notat etiam Bal. ad leg. final. C. de iure fisci, lib. 10. Et uide quod notat Bald. in cap. 1. in titul. de feu dis dandis mini. ualuaf. in usibus feudo.

Circa

Circa quod dic, ut dixi in præcedenti præsūptione, qua est par eademque ratio.

52 Duodecima † præsumptio secundum aliquos, qn quis uenderet fundum mihi, & ego dictum fundum sibi locarem in perpetuum & simpliciter esset appositum pactum de retrouendendo usque ad certum tps tm̄, puta 7. uel 10. ann. nam isti dicunt, ꝙ per pactum de retrouendendo usq; ad certum tēpus tm̄, vr ꝙ uenditor idemq; cōductor non habuerit animum uendendi, ex quo sperat usq; ad illud tempus retroemere. & eadem rōne vr̄, ꝙ ego emptor uere uoluerim emere postq̄ feci sibi dictum pactum, & dictus uenditor non erat aliter uenditurus, nisi cum dicto pacto. & quia ex hoc quod paciscitur usq; ad certū tēpus, apparet ꝙ interim uoluerit lucrari fructus, ſm Ant. de Bu. in c. ad nostram ibi, quid in dubio. extra de empt. & uend. qui hoc ultimum notando, uidetur istud sentire & isti qui sunt in hac opin dicunt, ꝙ melius & tutius esset apponere pactum de retrouēdendo in perpetuum. Et pro hac opin. facit, quod dicam in 25. præsump. Alii dicunt ccōtra, uidelicet ꝙ maior est præsumptio, quando appositum est pactum de retrouendendo in perpetuum, quia uidetur maior præsumptio ex parte uenditoris, ꝙ uere noluerit uēdere, ex quo uoluit semper esse in libertate redimendi. & sic est ex parte emptoris, quia non uidetur habuisse uere animum emere, ex quo concessit uenditori, ꝙ possit quando

53 cunq; redimere, quid dicendum. † Hæc q. decisa est de iure ciuili, quia non est dña an fiat pactum de retrouendendo usq; ad certū tēpus completū uel in perpetuum. & in utroq; casu est licitum, nec ex eo insurgit aliqua mala præsumptio, ut est casus expressus, & in terminis sæpe alleg. l. 2. C. de pact. inter emp. & uend. ibi, pretium qñcunq;, uel intra tpā obtulissent. ubi hoc no. Bal. in fi. qui dicit, ꝙ ex pacto de retrouendendo eodem pretio etiam lucrante emptore fructus medii tēporis ēt ante moram, contractus non præsumitur simulatus. & idem de iure canonico, ut probatur in d. c. ad nr̄am. de emp. & uend. & in d. c. illo uos. de pign. nam ibi tale pactū simpliciter nō reprobatur. ad quod uide qđ dixi in 10. præsum. & in 2. casu prin. Et illud idem ego credo in foro conscientiæ, qđ de iure ciuili, uel canonico, dictum est, ut supra dixi in prin. huius tract. in uer. alii dicunt, ꝙ dictus contractus. & ēt dixi in 2. casu prine. quia hoc solum pactum de retrouendendo ad tempus, uel in perpetuum non inducit aliquam malam præsumptionē, maxime præsumentem contractum esse usurarium, uel simulatum, ut dixi d. 2. casu prin. Nam si lex ciuilis, & canonica hoc permittit. non est dānum illicitum, ne inde iniuriarum nascatur occasio, unde iura nascuntur. l. meminerint. C unde ui, &c. qualiter & qñ *el primo.* extr. de accus. & facit lex 2. C. de ind. uid. tol. & quia quod fit lege permittente, pœnam non me-

54 retur. l. Græcus. C. de adul. facit. † Nemo dicitur damnum facere, nisi cum id facit, quod ius facere non habet, ut l. nemo damnū quæ est in pen. char. ff. de reg. iu. sed si adessent uel concurrerent aliquæ de prædictis præsūptionibus, & maxime illa, uidelicet quando constat, quod uenditor non erat aliter uenditurus, nisi cum dicto pacto de retrouendendo ad tempus completum, uel in perpetuū quo casu est præsumptio simulationis, ut dixi in 1. præsum. & tunc procedit dicta qō, quæ sit maior præsumptio simulationis seu fraudis an facere pactum de retrouendendo ad tempus completum an ad in perpetuum. Circa quod ego sic distinguo: Aut quærimus quo ad præsumendum contra primum uenditorem, & tunc teneo, ꝙ sit maior præsumptio simulationis facere pactum de retrouendendo in perpetuum, q̄ ad tēpus completum, qa uidetur, quod hoc casu nullo modo voluerit perfecte uendere, sed potius pignorare, ex quo uoluit esse perpetuo in libertate redimendi. Si n. esset pactum appositū de retrouendendo usq; ad certum tempus completum, uidetur saltem post illud tempus, quo habuerit animum in totum alienandi, & abdicandi rem a se, in casu, quo rem uenditā infra dictum tēpus retroemere non posset. Aut quærimus quo ad præsumēdum contra ipsum emptorē, qui fecit pactū de retrouendēdo, & tūc aut uēditor uoluit nominando pactū de retrouēdendo in perpetuum, quia non erat aliter uēditurus, & tunc nulla vr̄ esse præsumptio contra emptorē, quia est credendum, ꝙ non libenter faceret dictū pactū & ꝙ potius uoluisset, ꝙ dictum pactū esset ad tempus cōpletū, cū istud sit emptori fauorabilius, ne res ipsa empta stet ſpin suspēso.

55 † Quia in dubio qs p̄sumit uelle, qđ est sibi fauorabilius, ut probatur in l. 3. similes. ff. de testa.

testa. milit. Nam sine dubio melius est, & utilius, & fauorabilius emptori, quòd ipse faciat uenditori pactum de retrouendendo ad tẽpus completum, q̃ in perpetuum, quia sic facit ad tempus completum, possibile erit, ꝙ intra dictũ tẽpus non redimet. & sic res uendita remanebit pleno iure apud emptorem, qñ non fuisset liuellata, uel remanebit apud uenditorem, qñ fuit sibi liuellata, perpetuo liuellario, quod erit ꝓ hoc sine dubio utilis emptori. Item erit utilius alia de causa, quia si uellet uendere ius, quod habet in dicta re per ipsum empta, melius & citius uenderetur, qñ esset appositũ in perpetuũ, imo multi, & q̃ plurimi in ciuitate Veronæ cauẽt se ab huiusmodi emptionibus, & possessionum, & liuellariorũ, qñ liuellarii habent pactũ de retrouendendo in perpetuum, ut notissimum est in ciuitate Veronæ. Et dixi supra, in 3. præsum. uer. alii tñ dicunt. Et ideo hoc casu ex parte emptoris, qui facit pactũ de retrouendendo in ꝑpetuum, non præsumitur fraus, imo potius ꝑ eũ fit gratia uẽditori, quia melius esset emptori hoc non facere. aut uenditor nolebat indistincte pactum sibi fieri de retrouendendo in perpetuũ, sed rogauit emptorẽ, ut faceret sibi pactum de retrouendendo in perpetuum, quod saltem uolebat ad certũ tẽpus completum. Et tunc si fiat pactum in perpetuum, idẽ qđ in casu præced. s. quòd non præsumatur fraus, uel simulatio ea parte emptoris, imo gratia & liberalitas. nec ẽt hoc casu præsumitur fraus, uel simulatio ex parte uẽditoris, ex quo ponũt in libertate emptoris, ꝙ faceret sibi pactũ in ꝑpetuum, uel ad tempus, & sic intendebat in effectu uendere, & quòd uenditio non staret in suspẽso saltem post illud certũ tempus. qđ est no. Ad qđ uide qđ dicã in 4. & 6. casu princ. Aut uenditor non petiit nisi pactum de retrouendendo ad tempus, uel alternatiue, uidelicet in perpetuũ, uel ad tempus, non finiendo magis de uno, q̃ de alio, & tunc aut emptor uolens ampliare, & facere gratiam uenditori ẽt non petenti, q̃a forte erat amicus suus, & intelligebat, quòd libentius uellet habere pactũ in perpetuum de retrouendendo a: & tunc dicẽdum est, ut statim dixi, quòd nulla mala præsumptio ex parte utriusq; s. emptoris, & uenditoris, est coniecturanda. Aut emptor facit pactum de retrouendendo in perpetuum ipsi uenditori non petenti, neq; hoc consideráti, neq; ꝓ aliquã amicitiam, & quia ita emptor uoluit quia forte dixit, quòd omnino uolebat. qđ haberet pactum de retrouendendo in perpetuum, & non ad tempus completũ. ꝙ tñ uenit raro & tñ hoc casu, cum hoc pactum in perpetuum iudicetur potius emptori damnosum, q̃ illud quod est ad tps, ut supra dixi. & si fecerit hoc emptor sponte, & non ad gratiam uenditoris iudicarem male esse præsumendum contra emptorem. Et ex hoc præsumi posset, qđ non habuit animũ liberum ꝙ esse emptio, sed potius pignis, & sic simulario, q̃a si uoluisset emere, potius uoluisset facere pactum de retrouendendo ad tempus q̃ in perpetuum, cum sibi hoc esset utilius.

56 Ex his concludo ad q prædictam, quòd melius & tutius est, quo ad forum conscientiæ in dubio facere pactum de retrouendẽdo ad tps completum q̃ in perpetuũ. Et modo relatum est, quòd S. Bernard. super hoc consulẽs respondit ꝙ tutius esset, ꝙ non fieret pactum de retrouendẽdo, nisi usq; ad 7. an qđ ego audiui & intellexi quãtæ auctoritatis ipse fuerit in his q̃ sunt de foro conscientiæ, maxime in tota Italia, quã suis sacris prædicationibus illuminauit, & in multis reduxit. Cogita quia rõ potuit mouere eũ ad taxãdum dictum tps 7. annu. in pacto de retrouendendo & licet taxatio t pis sit arbitraria, ita qđ non possit in ea reddi uera, & præcisa rõ ut est gl. in uer. 40. in cle. nolentes. de hære. & gl. in uerbo, quatuor in c. 2. de rescri. lib. 6. & glo. in l. 1. §. pueritiam. in uer. ratus. ff. de post. & gl. in cap. 1. in uerbo, possideat. quæ incipit istud est mirabile. in tit. fide inue. inter dominum & uasall. lis oria. in usib. feud. Et no. Bal. in conclusionibus feudorũ. ad fi.

57 Vbi dicit, quòd de taxationib. tẽporũ nulla ratio reddi potest, nisi ꝙ ita placuit legislatori. Facit quod no. Io. An. in c. statutum. extra, de rescrip. in nouella. Et facit quod hr̃ in c non debet de consan. & af. Tamen considerauí, quòd rõ potuit esse, quæ mouit eum ad taxandum ad 7. ann. & non ultra decẽ q̃a decem anni dicuntur longum tempus, ut ꝓbatur in rubro & nigro. C. de præscrip. longi temporis 10. & 11. ann. Cum ergo etiam uẽditor uellet post longum tps. posset retro emere rem uenditum, uĩ esse maior præsumptio, ꝙ non habuerit animum uere uendendi, quod est quando tempus non est breue.

nam

nam si est breue.i.non longū tempus, apparet. quod saltem post illud tempus, si non reemerit, quod remanebit perfecte apud ipsum emptorem, per ea, quæ statim supra dicta sunt. Secunda ratio potest esse, quia qñ uult uenditor pactum de retrouendendo usq; ad 10. ann. uel ultra. est presumptio, quod non habet animum retroemendi qñ poterit, quia communiter est uerisimile, quod usq; ad 10. annos possit habere potestatem, & facultatē retroemendi. & qui non posset retroemere usque ad 10. ann. non est uerisimile, quod possit etiam post. Nam qui non pōt c. aureos inuenire usque ad 10. ann. raro continget, quod ēt post inuenire possit, ex quo est longum tempus. Est ergo presumptio, qñ uenditor uult pactū de retrouendendo usq; uel ultra 10. ann. quòd non possit infra illos 10. ann. inuenire, uel recuperare pecuniā, sed quià uult de illa pecunia agere facta sua, & quòd uult retinere pecuniā emptoris, donec sibi placuit. & hoc maxime uerum est, qñ uenditor non fuisset ductus necessitate ad uendendum, sed pro uoluntate, quia forte uolebat facere mercantiā de dicta pecunia. Tertia rō pōt assignari ēt ad hoc, quare magis dixit de 7. ann. q̄ de pluribus uel paucioribus. Nam cōiter in 7. ann. cōtingit saltem una ubertas, seu fertilitas, & aliq̄ñ in quinque, ut communiter dicitur. cū ergo uenditor possit in 7. ann. habere unam fertilitatem, sequitur, quòd poterit uerisimiliter infra illud tempus retroemere. Et eadē ratione potest dici, quòd satis sit emptori infra illud tempus, quādo locauit rem emptā ipsi uenditori, & uel satis sit ipsi uenditori, q conduxit rem per ipsum uenditam, quia in dictis 7. ann. habebit saltem unam fertilitatē fundi uenditi. & sic non poterit dicere oēs reditus esse fertiles ex quo, ut dixi, saltem in 7. ann. contingit communiter una fertilitas quia sic non poterit esse grauatus in reditib. non fertilibus, & sterilitas compensatur cū fertilitate, ut in simili dicitur in l. si uno. in prin. & ibi no. ff. loc. & in c. propter sterilitatem. ext. de loca. Tu cogita, si alia melior ratio de hoc adduci potest.

a Pactum. *Pactum de retrouendendo factum a rustico, quem iuris ignorantia excusat, non est usurarium. Raph. Fulg. & Pet. de Sum. in l. cum allegat. C. de usur.*

79 dicit. † Quod si statutum punit inuentum cū armis uel ad ludū azardi quo ad impositionem ordinariæ pœnæ statutum nō considerauit inuentionē personæ, sed delicti, & ideo ludente cōuicto imponi poterit pœna statuti arg. l. 1. C. de raptu uirgi. & ca. quanquam. de usuris li 6. coniuncta. l. 2. in prin. C. de ueteri iure enucle. ubi pluries habetur hoc uerbū inueneiit. sed si statutum præmiaret officialem inuenientem ludentes, tunc eū exorbitat a iure cōi, non consequitur præmium nisi ludens personaliter inueniatur, sic intelligit l. si Barsatoram. hoc. n. præmium de iure cōi non est concedendum, & intelligitur statutum præmiasse, ut officialis sit ardētior ad prohibēdum ludum. Sed idem Ang. in auth. de sanctissimis epis. §. 1 eucrendis. col. 8. dicit
80 aliter, uidelicet, † Quod si statutum est, quod si quis fuerit inuentus cōmittere homicidiū, capite puniatur, ꝙ tunc inuentus dr̄, q commisit, licet nō fit repertus in flagranti crimine arg. illius tex. qđ dicit esse uerū, ubicunq; inuentio non facit crimen, sed illi quod fit,
81 est necesse, † ꝙ inueniatur. v. g Dicit statutū si quis fuerit inuentus arma portare, tanta pœna puniatur. statutum hic non punit, portantem simpliciter, sed portantem inuentū, quia sine inuentione crimen non est, qm̄ statutum crimen facere uoluit. Exemplum est etiam in statuto dicente, si quis fuerit inuentus de nocte, nam ire de nocte, non est maleficium, sed statutum facit tunc maleficium, cum uadit de nocte, & punitur. tunc est necessario inuentio, & dicit, ꝙ ita practicatur in ciuitate Perusii. & ad hoc allegat glos. in d. l.
82 si Barsatoram C. de fi Iciuf. † Adde tu, quod imo non est licitum ire per ciuitatem, uel ꝑ domos alienas, de nocte. ut probat text. coniuncta gl. fi. in l. iter nihil. ff. cōmunia præd. tā urb. q̄ rust. & ibi hoc no. Pau. de Cast Quæro octauo, stante ante dicto statuto, de quo
83 in præced. q † Accusatus est aliquis qđ extraxit bladum, uel aliquid aliud prohibitum extra districtū, uel ꝙ portauit arma, uel ꝙ iuit de nocte, & accusans probauit per testes, nūquid ꝑꝑ hoc debeat puniri. Vel si statutum præmiat inuenientem aliquem faciētem cōtra statutum. Alb. de Ros. format istam q. in suo opere statuto. in 2. parte, q 124. & dicit
84 † Quod si statutum dicat. ꝙ si qs fuerit inuētus ludere ad taxillos, uel tenere ludū taxillorum, puniatur in decē, & medietas sit accusatoris Et aliquis accusatus fuit, quod luserat ad taxillos, uel tenuerat ludū taxillorū, & accusator hoc probauit per testes, nunquid habebit dimidiam Et dici uī, ꝙ sic. C. de poe. l. qui sententiam. sed dicit, ꝙ Iac. de Arnet cōtrarium, quia statutum requirit, ꝙ sit inuentus, & sic nō sufficit, ꝙ sit cōuictus ꝑ l. ff. de adul. l. qđ ait lex. ubi & hoc ponit idem Alb. de Ros. & facit d. l. si Barsatoram. & idem ponit in d. l. licet. C. de acq. pos & in suo primo alphabeto, in uer. uenditionis uerbo. Circa quod adde, quæ dicam. in q. seq. &
85 quod dixi in q. præced. † Quæro nono, quid si statutum dicit, si quis fuerit depræhensus, portare bladum extra districtum, uel cum armis puniatur tali pœna. Et probatur qđ aliquis portauit bladum extra districtū, uel portauit arma, non tñ fuit captus cum blado, uel cum armis, an debeat puniri pœna statuti. & tex. cum gl. in uer. depræhensus. in l. 1. C. ubi senat. uel clar facit ꝙ sic. In contrariū facit. d. l. si Barsatoram. & quod supra dixi in 7. q. In hac quæst dicit Paul. de Castr in d. l. 1. C. ubi sen uel clar. quod si statutum diceret, deprēhensus portare arma. uel extrahere extra districtū, ꝙ tūc debet puniri per d. l 1. sed si diceret depræhensus cum armis, uel cū blado, &c. intelligitur. s. per familiam, & idem fortius. si hoc diceret expresse. † Sed tenendo
86 opin. Cyn. & Bar. & aliorum, de quibus dixi supra in 7. quæst. non procederet ista distinctio, quia in omni casu requiritur, quod appræhendatur. Et in casu huius quæstionis, non uidetur mihi, quod possit esse dubium, quia si dubitatur ubi statutum loquitur per uerb. inuentus, & communiter tenetur quod requiratur apprehensio & non debet habere dubium, ubi statutum loquitur per uer.

depræhensus. licet gl. in d. l. 1. in uer. depræhensus. uideatur uelle, q depræhensus in crimine, licet per familiam non sit depræhēsus uel captus. quam gl. soluit Paulus ibi per distinctionem, ut supra statim dixi. Sed mihi
85 non placet, per prædicta. † Quæro decimo, & ul. quid dicatur membrum, & quid ueniat appellatione membri. Dic ut plene dicam in authen. sed nouo iure. quæ statim sequitur, ubi ponemus materiam pœnæ furti, sicut in principio huius legis pollicitus sum, quia cō uenit ibi melius.

a Bar. uero. *Adde quod Abb. in c. a crapula de uita & ho clericorum tenet idem quod Ba. in primis duobus membris, in 3. uero membro expresse tenet contra Bar. Bal & Dyn. quod in dubi. electio sit iudicis, ut refert dic Mar. in c. sicut Iudæi. de Iudæis. & ibi uide per eum quia iura loquuntur impersonaliter, & ostendunt electionem iudici. Item quia in dubio pœna per iudicem imponenda est. & sic lex in dubio loquitur iudici. Item quia iudex habet uidere, quæ pœna sit magis expediens & illam imponere, ut c. quoniam frequenter. extra uelit. non contest. facit 13. q. 5. c. prode. & l. quid ergo. §. pœna grauior & ibi quod no per Doct. de his. qui no inf.*

b Quia aut pœna limit *Hoc idem tenet d. Maria. Soc in c sicut. de Iudæis. quod tamen limitat, nisi iudex hoc faceret causa cognita, quia tunc posset transire ad corporalem: ut in l. quid ergo. § pœna grau. or. ff de inf. & ibi la. iffin. o per Bald. in repet. Bar in l. hodie. ff. de pænis, & l. si seuerior. de inf. quod not. 2. q 3. §. notandum. & de rapto. capit. si Archiepiscopali*

c Ad iudicem. *Hoc idem quo ad iudicem dicit Maria. Soc in d. c. sicut, de Iudæis.*

SVMMARIVM

IN AVTHENT.

sed nouo iure.

1 *Furi membri abscissio ubi pro crimine debetur una sola manus abscindi debet, & pro furto quis non debet mori, nec sibi aliquod membrum amputari, & fures dicuntur, qui sine armis delinquunt. sed qui uiolenter aggrediuntur pœnis legalibus puniri debent.*
2 *Mēbrū ubi de iure ueteri abscindi debeat de iure nouo una sola manus tātum amputari debet.*
3 *Manus amputatio, minor pœna est, quam pedis.*
4 *Membrorum dissolutio grauior est. utriusque manus abscissione.*
5 *Pœna abscissionis membri duplicari non debet*
6 *Manus membrum esse dicitur.*
7 *Pœna ubi generaliter imponitur, non censetur esse imposita pœna illius generis grauissima, nec etiam minima sed mediocris:*
8 *Fur pro furto mori non debet, nec membri abscissione puniri sed fustigari tantum.*
9 *Fures proprie sunt, qui occulte sine armis delinquunt.*
10 *Delicta publica grauiora, quam occulta existunt*
11 *Legum correctio in dubio euitanda est.*
12 *Consuetudo puniendi fures, tam in Lombardia, quam in Tuscia, quomodo se habeat.*
13 *Membri abscissione quibus in casibus aliquis puniri debeat.*
14 *Membri abscissione tributorum exactores puniri debent, si non faciunt de susceptis libros, uel scripturam, ubi scribi debet id, quod publ:ci exactores exigunt.*
15 *Introitus communis ad scribendum positus si deficiat in scribendo aliquem particularem introitum pœna manus punitur.*
16 *Nouellarum librum allegare licitum est.*
17 *Nouellarum librum an Iustin compofuerit.*
18 *Nouellarum liber, iuris ciuilis liber existit.*
19 *Nouellarum liber, an ante authenticorum librum editus a Iustin. sit.*
20 *Nouellarum liber an sit authenticus.*
21 *Tabellioni, qui fecit falsum instrumentum, manus abscindi debet.*
22 *Leges Lombardas in iure an allegare liceat sit.*
23 *Cōradus Imperator quam constitutionem fecerit.*
24 *Imperator cōstituēdo legem, an generalē facit.*
25 *Imperatores noui, leges nouas condere possunt, & legibus antiquis derogare.*
26 *Leges Lombardorum fuerunt Caroli Imp.*
27 *Libros gentilium, allegare, & inducere possumus.*
28 *Consuetudines quia non sunt generales sed speciales allegari non possunt.*
29 *Glossa. quæ sunt Lombardorum dicitur, quare nam sit.*
30 *Decretales uel leges extrauagantes si obuient consuetudini. quæ probabilis sit, & legitime prascripta potius ipsa consuetudo seruatur.*
31 *Argumentum a nomine, an licitum sit.*

32 Barto

32 *Bartolus ex potestate Imperatoris sibi attributa glossauit extrauagantē, ad reprimendum, & qui sint rebelles. Odofredus autem tit. de pace Constantiæ.*

33 *Tabellio si super feudi alienatione illicite facta instrumentum confecerit manum amittere debet.*

34 *Delinquens si membri pœna puniri debeat, & per consequens pœna manus, in qua manu puniendus ueniat, an scilicet dextra, uel sinistra.*

35 *Manus duas si delinquens habeat, quarum una prorsus arida sit, quæ sibi abscindi debeat.*

36 *Arboris appellatione continetur etiam illa, cuius radices uiuere desierunt.*

37 *Manum tantummodo unam si delinquens habeat, an illa sibi amputari debeat.*

38 *Lex uel statutum de manus amputatione loquēs ad duas restringi debet.*

39 *Manum unam habens an imputari debeat, si sententia lata fuerit, à qua appellatū non est.*

40 *Manum nullam si delinquens habeat, qua pœna puniatur, statuto stante, quòd manus abscissio ne puniri deberet.*

41 *Statutum si dixerit, quòd uulnerantı aliquem in platea manus abscindatur, & quispiam pluribus uulneribus aliquem eodem tempore in platea, uulnerauerit, an plures sibi sint manus abscindendæ.*

52 *Bannitus aliquis unius delicti ratione in amputatione manus si ex alio delicto in capitis amputatione banniatur, qualiter executio fieri debeat.*

43 *Membrum quid sit, & quid membri appellatione contineatur.*

44 *Fur qua pœna puniri debeat.*

45 *Latro publicus quis dicatur.*

46 *Fur simplex qui sit.*

47 *Fur famosus qui appellatur.*

48 *Latro simplex qui nominetur.*

49 *Latro publicus, uel famosus qui dicatur.*

50 *Glossa semper secundum tex. intelligi debet.*

51 *Famosus latro an sit qui tria furta fecit.*

52 *Pœna furum, & latronum quæ nam sit.*

53 *Furtum aliqui improbi sunt, aliqui improbiores aliqui improbissimi, aliqui plusquam improbissimi.*

54 *Domesticus qui dicatur.*

55 *Filius est patri domesticus, & pater filio.*

56 *Vxor est domestica marito, & econtra.*

57 *Cliens, & liberti sunt patronis domestici.*

58 *Familiares, & seruientes domestici dicuntur.*

59 *Domestici etiam appellantur, quibus patria ratione, uel dominicæ potestate imperari potest.*

60 *Domestici dicuntur omnes, qui de alicuius familia existunt, siue liberi sint, siue serui.*

61 *Furtum leue, uel paruum uel graue siue magnū quod dicatur.*

62 *Furtum manifestum quando dicatur.*

63 *Statutum nullum Veronæ de furtis habetur, sed quod arbitrio potestatis, & curiæ totius furta committantur.*

64 *Pœna dupli, & quadrupli, pro furto Romæ exigitur.*

65 *Pœna quæ per iudicem imponi possit, quando à lege pœna extra ordinaria imponenda uenit.*

66 *Furatur qui semel, ueniam meretur à furca.*

67 *Puniendus quis non est propter primum offensum.*

68 *Furtum unum dicitur, quod de uno loco, uno contextu, uno tempore commissum est.*

69 *Furtum unum est, si quis unam rem in diuersis materiis contrectauit, licet in quolibet territorio deprehensus puniri possit.*

70 *Furta plura fecisse diuersis temporibus si quis confiteatur, sua confessione standum non est.*

71 *Furta plura eodem loco & diuersis temporibus si quis fecisse confiteatur, quid agi debeat.*

73 *Furtum unum uel plura an dicatur, si quis una nocte iuerit cum uno sacco ad domū unius, & quinque milij quartas surripuerit, deinde iuerit ad domū alterius, & surripuerit alias quinque quartas milij, quas reposuerit in eodem sacco deinde eadē nocte continuando intrauerit domum alterius & alias sex milij quartas surripuerit, & eas in eodem sacco reposuerit, demumq; suam asportauerit.*

73 *Furtum an unum commissum dicatur, si quispiā uolens furari frumentum uicini sui, iuerit cū uno sacco, & ipsum de dicto uicini frumento impleuerit, & domum suam portauerit, & quia simul totum frumentum portare non poterat, bis rediјs cum dicto sacco, & sic successiua portaui: tres, uel quatuor saccos de dicto frumento, ipsum surripiendo &c.*

74 *Accusatio una, uel plures quando dicatur, & quando unum testamentum uel plura, & quādo una actio, uel unus libellus, uel plures, remissiue.*

75 *Furtum quod quispiam commisit si ita magnum fuerit quod tribus paruis æquiualeat, an committens suspendi debeat.*

76 *Tutela una magna ita à tutela secunda immunitatem*

uitatem præstat, sicut tres ab onere quartæ excusant.

77 *Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

78 *Pœnæ in dubio molliendæ sunt, non autem exasperandæ.*

79 *Qualitas furantis, & qualitas illius, cui furtum factum est, indicat furtum magnum uel paruum.*

80 *Furtum si ille cui factum fuerit, uel etiam ipse fur est filiusfa. & sic in bonis parum uel nihil habet, sed eius pater est diues, an furtum magnum & paruum reputabitur.*

81 *Statuto si caueatur, quòd nullus ad aliquod officium eligi possit, nisi habeat in bonis lib. 300. nunquid filiusf. cuius pater ultra lib. 300. habeat, ad tale officium eligi possit.*

82 *Domini appellatione filius continetur.*

83 *Statuto castri uel uillæ si caueatur, quòd nullus ibi potestas eligi possit, nisi centum bubulcas terræ habeat, nunquid filius, cuius pater mille bubulcas habet in potestatem eligi possit.*

84 *Statuto si disponatur, quòd nemo miles esse possit nihil habeat in bonis mille, si filiusfami. nihil habeat, sed pater sic, an ipse filius habilis reputetur.*

85 *Furtum si ille qui facit, uel ille cui furtum fit si maritus uel uxor, & ipse parum habeat, sed eius coniunx diues sit, an diues reputabitur.*

86 *Statuto si caueatur, quòd habens in bonis mille, pro communi unum equum tenere debeat, & aliquis ex proprijs bonis habeat quingenta, & ex uxoris dote alia quingenta, an patrimonium suum cum dote coniungetur, ut equum pro cõmuni tenere debeat.*

87 *Furto quòd quis suspendi non debeat, quibus in casibus locum habeat.*

88 *Lex sub congruo titulo debet esse posita, & secundum eum intelligi debet.*

89 *Furto pro primo quod quis puniri non debeat, quomodo intelligatur.*

90 *Furem associantes & facientes ei custodiam, ne deprahendatur, an proprie fures existant.*

91 *Virginem deflorans an furtũ cõmisisse dicatur.*

92 *Furto pro primo de iure Lombardo oculus euelli debet, pro secundo nasus scarpelari, pro tertio autem debet mori.*

93 *Delictum unum qui sæpius commisit, magis punitur, quàm qui semel tantum.*

94 *Furtis pro rebus magnatiuis puta gallinis, &c. quomodo quis condemnari debeat.*

95 *Degerarij, plusquam fures puniendi sunt.*

96 *Relatiuum qui, ad suũ antecedens referri debet.*

97 *Repere furari potest.*

98 *Statuti forma, uel consuetudine si sæpius committens furtum mori debeat, & unus cõmisit in uno loco unum paruũ furtum, sed alibi plura, an illa furta alibi commissa furti parui delictum aggrauent, ita quòd tanquam famosus fur suspendi debeat.*

99 *Furta in diuersis locis commissa, non tantũ qualificat furtum factum in uno loco, sed etiam in furtorum numero computantur.*

100 *Furta tria si quispiam commiserit in uno loco, uel alio, & pro primo & secundo punitus fuerit, an pro tertio furto ultimo loco commisso mori debeat.*

101 *Furtum magnum, delictum atrox appellatur.*

102 *Saccularij qui proprie dicantur.*

103 *Grassatores, quare fores dicantur.*

104 *Legalis pœnæ quæ dicantur.*

105 *Grassatus tantum semel si quispiam fuerit, tenetur Iuliã, de ui publica.*

106 *Pœna damnationis in metallum, hodie in usu non est.*

107 *Latrones famosi, et insignes latrones dicũtur.*

108 *Statuti forma si latro famosus intelligatur, qui tria furta fecerit, locum habet siue quis ea simul seu successiue fecerit.*

SEd nouo iure. Ista auth. situata est, super l. si fugitiui. C. de ser. fugit. & sumpta est ex corpore authenticorum, in aut. ut nulli iudicum. §. quia uerò. col. 11. ut dicit hic in gl. fi. & hẽt pulchrã materiam de pœna furti, quã infra plenissima examinabo. Et diuiditur in quatuor partes. In prima corrigit l. si fugitiui. in uno uidelicet, in abscissione membri. In 2. parte ponitur quę sit pęna ꝑ furto. In 3. q dicantur fures. In 4. quæ pęna imponatur illis, q uiolenter aggrediuntur. Secũda ibi: Sed ꝑ furto. Tertia ibi, Fures autem. Quarta ibi, Qui uiolenter. Et hoc dicit in summa. † Vbi ꝑ crimine abscissio mẽbri furi debetur, una sola manus dẽt abscindi, & ꝑ furto quis nõ dẽt mori, nec sibi aliquod membrum abscindi. Et fures dñr. q occulte, & sine armis delinquunt. Sed q uiolenter aggrediuntur, pœnis legalibus puniri debent h. d. in terminis, & in summa. Vel sic: Vbi in corpus pœna uenit imponenda, hodie loco pedis, manus abscindit; quod locum non hẽt in furto, sed alia pœna extraordinaria punit, & publicus fur furcis suspẽdit. h. d. ẽm Rarph. Vel sic: Hodie iure

iure auth. loco amputationis pedis, succedit manus abscissio, pro furto verò solum debetur imponi fustiū castigatio, sed pro latrocinio furca. h. d. secundum Florianum. Nota primo, quod dixi in summariis, ex quib. colligitur sensus ad illū tex. de quo infra dicetur. †Et maxime not. quod
2 vbicunq; de iure ueteri, debebat membrum abscindi, quod de iure isto debet vna sola manus tantum amputari, vt hic, & in §. pen. in auth. vt nulli iudicium. & no. gl. in auth. de mandatis principum. §. coges in vers. amputatio. coll. 3. quae dicit, quod pęna manus est hodie generalis, cuicunq; debet incidi aliquod membrum pro lege, vt probatur in d. §. pen. & hic. in quib. casibus habeat locum in iure, mēbri abscissio,
3 dicetur infra, in 1. q. † Not. 2. ex isto tex. coniūcta l. si fugitiui. supra eodem, quod minor videtur esse pęna amputatio manus, quam pedis, cui adde, quod maior pęna est amputatio pedis, quam effodere oculum, secundum Bal. in l. binas aedes. alias incipit: Scaurus. ff. de ser. vrb. praed. per illū
4 text. in apost. †Item, quod dissolutio membrorū grauior est utriusque manus abscissione, & intellige de dissolutione membrorum, quando ita diu trahitur brachium, quod euellatur ab armo, vt est tex. in auth. vt nulli iudicium. §. pen. quia uero. coniuncta ibi gl. in uerbo, artic. coll. 8. quod no. contra iudices crudeles, qui fa-
5 ciunt dimittere brachia in tortura. †No. tertiò i uerbo, sola manus. quod pœna abscissionis membris non debet duplicari, vnde statuta, quae loquuntur de publicatione pœnarū, non habent locū in pœna mutilationis membri, & de materia duplicationis pœnarum, uide per
6 Bar. in l. sanctio legum. ff. de poen. † Nota 4. quod manus dicitur esse membrū, & ad hoc semper allegatur ista auth. Quae aūt dicātur mēbra, & quid contineatur appellatione membri, ponitur hic per Bald. & Doct. & ego di-
7 cam infra plenius. † Nota 5. quod ubi pœna imponitur generaliter, non cēsetur esse imposita grauissima pœna illius generis, nec minima, sed mediocris, ad quod facit l. legato ge-
8 neraliter. ff. de leg. 1. † Nota 6. in 2. parte, quod fur pro furto non debet mori, & sic non debet vltimo supplicio puniri, nec etiam membri abscissione, sed tantum fustigari. vnde contrarium, quod de facto seruatur in multis locis, potius est de consuetudine vel ex lege municipali, quam de iure de quo infra dicetur in 2. op-
9 pos. & plenissime in q. 4. † Nota 7. in 3. parte, qui dicantur fures, nam sunt illi qui oc-
10 culte sine armis delinquunt. † Nota 8. in 4. parte, quòd grauiora sunt delicta publica, quàm occulta, & maxime cum continent uiolentiam, ut Insti. ui bonorum raptorum. §. 1. Opponitur primo contra primam partē, de leg. 3. §. de his. & de lege l. Cornelia. in fi. princip. ff. ad Sylanianum, ubi fugitiui puniuntur l. Corn. non pœna. de qua hic glos. hic in fi. soluit, fatendo contrarium, quia ibi aliter puniuntur, quàm hic, & sic ibi est speciale, quādo dominus reperitur interfectus, & serui. & quibus libertas in testamento relicta est, fugiunt. Opponitur secundo contra secundam partem, & dū dicitur, quod quis pro furto non debet puniri vltimo supplicio, vel membri abscissione, de §. si quis quinq; solidos, in tit. de pace tenenda, & eius uiolatoribus, in vsib. feud. vbi ponitur sic ad literam: Si quis quinque solidos. ualēs, vel amplius furatus fuerit, laqueo suspendatur, si minus, scopis & forpice excorietur, & tondeatur. Sol. ille §. videtur corrigere istam authenticam, quia est ius nouum. & quāuis hoc sit durū, quod pro 5. solidis fur debeat suspendi, lex tamen ita scripta est, & sic debet obseruari, l. prospexit. ff. qui & à quib. ita dicit gl. no. in c. 1. §. iniuria. in gl. magna super verbo, furtum. in fi. in ti. de pa. iura. fi. in vsib. feud. ita no. Doct. hic. Alii soluuntur in d. §. si quis quinque solidos. quod ille textus loquitur in speciali casu propter violationem pacis, & ista videtur uera solutio, quia nō uiolat illam literam, & congruit d. tit. de pace tenēda facit l. Imperatores. ff. de in diem additione, §. quibus. in prima constitutione Codici. & hoc modo intelligunt gl. in d. §. iniuria. C. quod loquatur in terminis dicti tit. de pace tenenda, ut refert dom. Iac de Alua. in d. §. si quis quinque solidos, & ego teneo illum intellectum pro uero, ad illum § quia
11 per eum non corrigunt alia iura. † Ex quo legum correctio in dubio est euitanda, l. praecipimus. in fi. C. de appel. & l sancimus. C. de testa. Alii dicunt, quod decisio dicti §. si quis 5. solidos. est hodie abrogata per contrariā consuetudinē, ita dicit gl. no. in c. 1. §. iniuria. super uerbo, furtū. in suis uerbis fi. & dicit hic Cy. quod illa gl. in fin. est cauda scorpionis, & sic de cōsuetudine nō seruatur decisio d. §. si quis quinque solidos, & ita tenet ibi Iac. de Bel. & Andreas de Isern. & Nicol. de Neap. & Barto. & Iacob. de Alua. qui dicunt ibi, quòd hodie non seruatur in Italia, nec pęna illius

Illius. §. locum habet per contrariā cōsuetudinem, & idem tenet Gand. in tract. suo de malef. in rubr. de pœna furum, in penul. q. vbi dicit, ꝙ de consuetudine non seruatur il
12 le. §. nec et seruant ista cōia. † Imò consuetudo se habet ita, quòd puniantur fures, ſm legem Lombardam, imò tam in Lōbardia, q̄ in Tuscia. Tu dicas, ꝙ imò hodie nec in Lombardia, nec in Tuscia seruantur leges Lombardorum, maxime in hoc, de quibus legibus Lombardorum dicetur infra in 1. q. vers. 4. casus, dicit aūt Bart. ꝙ hodie habemus statutum in qualibet parte Italiæ, & illud obseruatur. Sed addo, ꝙ Veronæ nullum est statutū speciale de pœna furti. Sed pęna est arbitraria arbitrio d. ptātis, & totius cu. rię, vel maioris partis eius, nec de cōsuetudine hic Veronę seruat, ꝙ pro quinq; solidis, siue aureis suspendatur, nec membri abscissionem patiatur. De intellectu tñ d. §. si quis quinque solidos. dic vt infra dicetur in materia pœnæ furti, in 10. q.
13 † Quæro primo pro declaratione 1. gloss. hic, in quibus casibus debet quis puniri in abscissione membri. Et gl. hic respondet, ꝙ in quatuor casibus. Primus est, in l. si fugitiui. supra eodem. C. de ser. fug. vbi seruus fugitiuus ad hostes punitur in abscissione pedis, hodie in amputa
14 tione manus, vt hic. † Secundus est, in exactoribus tributorum, si non faciunt de susceptis libros vel scripturā, vbi scribi debet id, quod exigunt publici exactores, vt in auth. de mandatis principum. §. coges, & ibi gl. coll. 3. vbi dr̄, ꝙ dēt manus amputari, & ille tex. est singularis, ſm Bal. in l. vbi exigitur. §.
15 dolo. ff. de edendo. † Vbi dicit, ꝙ positus ad scribendum introitus cōis, si deficit in scribendo aliquem particularem introitum, punitur pęna manus, ꝑ d. §. coges, & ſm Lud. de Rom. in suo singulari, quod incipit, positus ad scribendum introitus. Sed si scribat, sed diminutiue, & ita non totaliter omittit, qua pœna puniatur? Dic, ꝙ pęna dupli eius, quod tacuit. casus est singularis in l. excellētia tua. C. de erog. mil. annonę. lib. 12. secundū Lud. in d. suo sing. in fi. qđ bene nota cōtra scribētes introitus, & dāna cōis. Tertius casus est in nouell. de quibusdam hęreticis
16 ſm gl. hic. † Ex qua nota, ꝙ est licitum allegare librū Nouellarū, sicut allegat glossator Accur. hic, & in auth. nouissima supra, de inoff. test. in verbo, tit. ad fi. & supra de emēda. Iust. Cod. ī gl. in verbo, In aliā cōgregationē, & gl. in auth. de iureiu. à moriente pſtito. §. 1. in verbo, iurauerit, in prin. col. 5. & gl. decr. 23. q. 8. sancimus, in verbo, zenones. in fi. & vide tex. in c. 2. in prin. ibi, cōstōnes nouellę
17 extra de testi. † Et iste liber nouellarū est qdā liber compositus, vt credo per Iust. q̄ extractus est ex lib. Auth. & in quolibet. §. in quo tractatur diuersa mā, fecit specialem titulū, seu rubr. & est liber breuis, & magis clarus, q̄ sit liber Authent. ita dixit in uoce Paul. de Cast. legendo, me audiēte, in d. auth. nouissima. C. de inof. test. quod an sit verū, ex infra
18 dicendis apparebit. † Ex prædictis colligit, ꝙ iste liber nouellarum est liber iuris ciuilis, & ita tenet Azo in princ. summæ auth. licet Rofr. in libel. suis iuris ciuilis, in tit. de bon. poss. contra tab. quæ datur patri & auo, in 2. col. vers. 7. dixerat cōtra. s. ꝙ nō sit liber iuris ciuilis, sed opin. Azonis verior est ꝑ prędicta. Itē pro hoc facit, quia quædā cōstitutiones ex illis sunt canonizatæ in decretis, 2. q. 7. si hæreticus. & 30. q. vlt. c. si qs: alias est §. si quis. sub c. nec illud. Item hoc probatur ib tex. supra de emenda. Iust. Cod. ubi Iustinianus profitetur, ꝙ si qñ in futurum componet alium Codicem ꝑ futura negotia, appellabit illum librum nouellarum.
19 † Item ex his, hac vltima rōne colligitur decisio alterius q. videlicet, vtrum liber nouellarum fuit compositus ante librum authen. Et vī ꝙ sic, ut probatur ex proxima ratione præcedenti. Nam Iustinianus supra de emenda Iustin. Codicis. ad fin. confitetur, ꝙ primam cōpillationem post codicē appellabit librum nouellarum. Hoc ēt probatur sic. nā cum in libro nouellarum constent infinitæ constitutiones, ex illis Iustinianus eligit tm̄ illas, quas voluit esse authenticas, & illas posuit in lib. Authent. quod no. vt scias, quare appelletur liber authent. ꝙ forte nunq̄ alias audiuisti. & ita attestat Alb. in d. tit. de emenda. Iust. Codicis, dicens se ita legisse in antiquissimis scripturis, & licet Odofr. ibi, & Azo in principio summæ authent. & multi etiam hoc tenuerunt, & sensit etiam Paul. de Cast. in authent. nouissima. supra de inoffi. test. per ea quæ dixi supra in princ. Alber. tñ putat primam partem veriorē in d. tit. C. de emenda. Iust. Cod & Bal. in authen. hoc amplius, circa princ. C. de fideic. & sensit idem Bald. in authent. res quæ. in vlt. colum. infra com-

communia de leg.& ego eam sequor. Si n. liber nouellarum fuisset compositus post librum Authent.in dubio standum potius esset illis tanquam posterioribus, quam iuri authenticorum.Cum ergo stetur tantum authenticis, & nō libro nouellarum,tum quia si reperitur, quod liber nouellarum contradicat auth.magis statur libro auth.& dicit d.Pau.de Cast. in l. mulier.§.cum proponeretur.post prin.ff. ad Trebel.Item etiam,quia non est in usu,dicam potius illū librum fuisse priorem. & ei derogatum per lib. Authent. † De hoc tamen an liber
20 nouellarum sit authenticus, uide per Albe. de Ros.C.de emenda.Iust.Co.& per Bal in au
21 thē.hoc amplius.circa prin.de fideic.† Quartus casus.in quo quis punitur in abscissione membri,est in Lombarda,quae dicit manū incidendam tabellioni,qui fecit falsum instrumentum,ut in Lombarda,de eo qui fal.test.l.1.ita
22 dicit hic gl.1.† Ex qua no.quod licitum est in iure nostro ciuili allegare Lōbardā.i.leges Lombardorum, sicut allegatur hic in gloss. Accursii.& per gl.in l.falsus.§ si factum. ff. de furtis.& in l.cōsensu.in prin.in uerbo, adul. C.de rep.& in l.fi.in uerbo . recuperare.C.de iure do.impet. Et pro hoc ēt.sunt glo. alio. tū.nō Accursii,de quib.infra,quę hoc aperte probare uīr.Nam gl.Iac. Columbi de Regio , qui usus feudorum solēniter gl.& eius gl.nūc utimur,hoc uidetur uelle,dum allegat in pluribus locis in materia feudorum leges Lombardorum.Primo,in c.1.§.hoc autem notandum.in uerbo,legibus in ti.de his,qui feudū da.possen.posset tn̄ dici,quod illa glo.non multum faciat,quia gl.ibi non allegat iura Lōbardorum ad decisionem . sed ad discrepantium iuris feudalis.Secundo,quod possunt allegari,probat optime gl.in d c.1.§.cum uero Conradus.in uerbo,dignaretur . quae glo.di
23 cit , † quod ille Conradus Imperator fecit illā constitutionem & legem,in qua continebatur,quod non solū filii,sed ēt nepotes succederent in feudum,ut dicit in d.§.cum uerò Cōradus.& constituit etiam multa alia,quę habentur in Lombardia.i.in legibus Lombardorum,in tit.de beneficiis & tributariis.l. ult.Sicut ergo ille §. cum uero Conradus. potest allegari & quotidie allegatur , ita etiam debent posse allegari leges Lombardorum , cum sint compositae etiam ab isto Conrado
24 Imperatore , † quia Imperator constituendo legē,uidetur eā facere generalē, ut l.3. & fin.supra ,de legibus.& l.1. ff. de constitut. princ.cum similibus.Tertio, pro hoc glo. in c.1 § qualiter.in uerbo, duellum.in titu. de pace tenenda. quae allegat iura Lombardorum pro decisi.Quarto.pro hoc facit tex.cum glo.in c.non est consuetudo.in uer.licet contrarium sit,quod praecipiat lex in tit. de alienat.feudi paterni.ubi tex.allegat leges Lōbardorum.& glos.ibi in materia pugnae fiendae cum uasallo.pro decisione allegat iura Lombardorum sed tex.ibi in ueritate non multū facere uidetur,quia dicit,licet lex.s. Lombardorū contra sit.q.d.quae lex non seruatur.& sic tex.potius sentire uidet contrariū . Quinto,pro hoc gl.in d.c.1.§ pen. hoc quoq; sciendum,in uer.gradū.alias,periculum.in tit. de his, qui feudum dare pōt.uer. quod aūt dicit gradū.quae limitat illum tex. per tex.in Lōbarda, de successionibus,l.1.& cum eadē gl.transeūt ibi Doc.& maxime do.Iac.de Are. qui eā recitat,& sic.uī eā tenere,sed tn̄ nō est tenenda per illā l.1 sed per c.2.in tit.si de inuestitura inter dn̄m & uasallum lis oriatur Sexto,pro hoc facit gl.in c.1.§.si rusticus.in uer.uoluntate. & in §.seq.similes.in uersi.diuino de pace tenenda.ubi gl.pro decisi.feud.allegat iura Lombardorum.Septimo,allego gl.in c.1.§.similibus.in titu.an mutus uel alias imperfectus. Octauo,adducitur gl. ēt Accursii in § hunc igit in aeternum.in uers.necesse.in 2.constit.
25 Codi.quae uult,† qd̄ noui Imperatores possint de nouo leges condere,legibus antiquis derogare,ut uidemus in ti.de pace Constan
26 tiae,& ad reprimendū.& qui sint rebelles.† Et leges Lombardorū fuerunt Caroli Imperatoris,ut notatur per gl.magnam in c.1.§.iniuria in uers.legitime,in ti.de pa lur.fir.& fuit nouus Imperator post Iustin.ergo potuit leges ēt gn̄ales & derogantes aliis cōdere.Nono,pro hoc facit rub.in ti.hic finitur lex.deinde incipiunt consuetudines regni.ubi uīr esse approbare de iure cōsuetudinario feudorū.Decimo & ult.ad hoc allego text.qui uidet hoc probare in ca.1.ibi,in Lombarda.in tit.de mili.uasal qui contum.est.& in c. primo. § quod autem, & §.sequenti, usque ad fin. in titu.de not.feudorum,& in c.& primo,& ibi Bald.in titu. de consuetud. recti feudi.& in c.primo,in fin.in titu.hic potest esse titulus qui success.tene.& in c.primo, in princip. in
27 titu.qualiter feudum poterit alienari.† Et praedictis posset addi : quia si possumus allegare,

legare,& inducere libros gentilium,ut Ver
gilii,Aristotelis,Hippocratis.& similium.ut.
in c.forus.extra de uer. sign. ubi de uirgilio.
& in l.7.mense.ubi de Hippocrate.ff de stat.
homin.& in l.si pr.ff.de so.ubi de Arist.dr,li
cet contrarium faciat l.in im §.si cum l.seq.
ff.de re.diui.ergo multo magis dici dēt,ꝙ al
legari possunt iura & leges Lombardorum,
q̄ fuerunt Imperatorum.Sed contrarium ꝓ
parte negatiua,ꝙ leges Lombardorum, uel
consuetudines regni nō pnt allegari in cau-
28 sis iuris ciuilis, nec feudorum.† Primo pro
batur,quia consuetudines allegari non pnt,
qa non sunt gñales,sed speciales.l.oēs popu
li.ff.de iust.& iure.sed leges Lombardorum,
& consuetudines regni huiusmodi, ut hr in
1.rub.feud.ubi dicit,incipiūt consuetudines
feudorum,&c.facit quod statim dicam in 4.
art.Secundo, quia leges Lombardorum nō
sunt incorporatæ,in corpore iuris ciuilis, er
go &c.per tex.in 2.consti.Codicis.§.hūc igi-
tur in æternum.cū gl.in uerbo,necesse.Ter-
tio,quia Carolus Imperator qñ compilauit
leges Lombardorum, non erat Imperator,
29 sed rex,ergo non debent haberi pro lege uni
uersali & gñali.l.fi.C.de leg.& uo.gl.† q̄ ap-
pellatur fons Lombardorum.in ca.1.§. iniu
ria.in uerbo,legitime.in prin.in titu.de pac.
iur. fir. Quarto probatur, quia leges Lom-
bardorum non sunt leges,sed potius consue
tudines sunt Lombardorū,sicut dixit gl.in si
mili in c.1. extra de sponsali. ubi dicit tex.le
ge Saxonum. & glos. exponit.i.consuetudi
ne,quia non est generalis,secus si fuisset ge-
neralis l.leges generales.C.de leg facit quod
dixi supra in 1.art.pro hac parte.Quinto,pro
hoc adduco dictum Bald.in authē. dos data.
C.de dona.ante nuptias.alleg. Odofr. dicen-
tem,ꝙ lex Lombardorum,& eorum ratio re
cessit ab aula.& alibi etiam dixi Bald. ꝙ de
hoc iure non erat curandum in l. si inuito.
C. de nup. Et de hoc quæst. uide per And. de
Iser.& Ioan.de Platea in præludiis feudorū.
in q.2 in prin.& ibi aliquid ꝓ Iaco. de Alua.
& uide plene per eundem Iaco.de Alua.in c.
1 in princ.in tit.de pace iur. fir. Ergo autem
ita dicerem in hac quæst.ꝙ aut quæritur, an
possint allegari leges Lombardorum tanq̄
iura ciuilia,& dicendum est,ꝙ hr hodie non
sunt in usu maxime in istis partibus Lōbar-
diæ,& sic recesserunt ab aula,ut dicit Bald.in
d.authen.dos data.Aut quæritur, an possint
allegari simpliciter, & tunc si reperitur ali-
qua lex Lombardorum incorporata in uo-
lumine Digestorum,uel Codicis,uel Authen
ticorum,uel etiam feudorum, q̄ sit consona
iuri communi,& tunc pōt allegari, & iudex
pōt secundum eas iudicare,& isto casu nō di
cetur iudicare ꝓpria auctoritate illius legis,
sed auctoritate iuris cōis, & ita intelligatur
c.forus.de uerb sig.& l.septimo mense.ff.de
stat.ho.& l.si pater.ff.de sol. & id qđ dixi su.
pra.iuu.parte,in fi.secundum no in l.1. ff.si
cer.pet.Sed si est dissona, & contraria iuri cō
muni,tūc forte uidet ꝙ posset ēt allegari,sed
iudex ꝑ eam nō dēt moueri adiudicandum,
sed uidet.ꝙ debeat supsederi interim in cau
sa,& rescribi ad superiorem, ut ad Imperato
rem,ut hoc decidat. & hæc distinctio ꝓbari
uidet in c.pastoralis,extra de fide instr.ubi ēt
30 gl.dicit. † Quod si tales leges uel decretales
extrauagantes obuiant cōsuetudini, quæ sit
probabilis,& legitime pscripta,potius serua
tur consuetudo. & de hac materia uide 19.
dist.in sum.& uide in c.fi. extra de consuetu
dine.& qđ not.in d.c.pastora. Sed certe ego
credo in casu nostro, qñ dictæ leges Lōbar
dorum sunt contrariæ,& dissonæ iuri cōi,ꝙ
nullo modo possunt allegari, dato ēt ꝙ sint
Imperatorum .Non obstat d.c.pastoralis. de
fide instru.quia ibi loquitur,quando dubita
tur,an aliqua decretalis extrauagans sit ge-
neralis,sed in casu nostro est certum,quod le
ges Lombardorum non sunt gñales, ꝙ pa-
31 tet à nomine ipsarum.† à quo nomine lici
tum est argumentum,ut est tex.cum glos.&
ibi notatur.in l.à nullo. C de feriis. nam ap-
pellantur leges Lombardorum ,ergo non
sunt aliorum.Et sic patet,ꝙ cōstat ēt de mē
te Imperatorum statuentium,q uoluerunt,
ꝙ non ligarēt,nisi homines de Lombardia.
Et sic non ob.l.leges. C. de legibus. ubi dici
tur, ꝙ leges Imperatorum sunt generales,
quia illud uerum,nisi appareat contrarium.
Nec obstat.ꝙ extrauagans de pace Constan.
& ad reprimendum.& q sint rebelles, seruen
tur & allegentur tanq̄ leges generales, quia
hoc apparet de uoluntate Imperatorum.
32 † Quia dederunt potestatem Bar. ut glossa-
ret extrauagantem.ad reprimendum, & qui
sint rebelles.& Odofredo,qui glossauit titu-
lum de pace Constantiæ.Et sic per hoc appa
ret,quòd noluerunt,quòd essent generales,
datq quòd aliter non essent incorporatæ in
uolumi-

uoluminibus iuris ciuilis. Nec etiam obstat, ꝙ in libro Feudorum, & alis plerunque in textu. & gl. allegantur leges Lombardorum ut dixi supra pro parte 1. qa respondetur, ꝙ ideo allegantur, ut ostendãtur uarietates cõsuetudinum in hac materia. q̃ secundum uaria iura formabantur, non autem allegãtur pro decisione, ut patet ex eis. Et hoc etiã uo. luit Ia. de Alua, in præludiis feudorum. in 4. q. prin. Fateor, quod si aliquæ leges Lombardorum sunt interpretatæ in iure communi, ut in libro feudorum in decidendo, ut est in tit. hic finitur lex ꝙ illæ tñ quasi approbatæ
33 pro generalibus. poterunt in iudicii allegari, & iudex ꝑ eas dẽbit iudicare † Quintus casus, in quo quis debet amittere manum est, si tabellio confecit instrumentum super alienatione feudi illicite facta. & est casus in c. i. §. callidis. in titu. de prohi. alie. per Feder. per illum tex. dicit Ludo. Rom. ꝙ notarius scribens instrumentum simulatum. dẽt perdere manum, ita dicit ipse Ludo. in suo singulari, qđ incipit, Pone, ꝙ notarius scribit &c. Sunt & multi alii casus, in quibus quis punitur in amissione membri, de quibus uide hic Guil. de Cun. & plenissime per d. Iaco. Artizoni de Broillo de Verona, in sua summa feudorum in prin. & ult. char. ubi ponit in quibus casibus quis puniatur in amissione manus, & in amissione pedis, & oculi, & manuum, & nasi.
34 Et in quibus casibus quis debeat tondi, & de clauari, & comburi. † Quæro secundo principaliter, quia hic dicitur in tex. ꝙ ubi quis debet puniri pœna membri, ꝙ puniri debet hodie pœna manus, in qua manu debet puniri, an in dextera uel sinistra. In gl. sunt duæ opiniones. Primo, ꝙ puniri debeat in ea manu, in qua minus põt. arg. l. interpretatione. ff. de pœnis. Secunda est opinio in contrariũ s. ꝙ puniatur in ea, in qua plus potest. arg. l. quæritur hermaphroditum. ff. de statu ho. cũ similibus Primam opin. sequitur hic Bar & Bald. Odofr. uero dicit, quod debet puniri in illa manu, cum qua deliquit. per l. si fugitiui, supra eod. uel quod electio rei puniendi, per l. cum his. §. si. ff. de condi. inde. Ego autem sequor opinionem i. glo. & Barto. & Bald. hic per d. l. Interpretatione. & l. si præses, in fi. ff. de pœ. & per ea quæ dixi in d. l. si fugitiui. supra eod.
35 † Quæro tertio extra gl. qđ si delinquens habet duas manus, & una est prorsus inutilis, uel arida? Et uidetur per prædicta, quod inutilis tantum abscindi, debeat. E contra uidetur, ꝙ imo alia debeat abscindi, quia si aliter diceremus, maleficium esset sine pœna uel quasi, ut l. 2. infra, ut intra certum tẽpus quod esse nõ debet, ut l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. Item quia inutilis habetur pro nulla, ut l. quoties. ff. qui satisd. cog. Dicit hic Bald. quod si manus est debilis & omnino inutilis, & tunc sit uera hæc opinio secunda, sed si aliquo modo est utilis, tũc sit uera prima sententia per prædicta. Sed dominus Paulus *b* de Castr. hic tenet istam partem ultimã scilicet quod debeat manus debilis indistincte abscindi, per glo. quæ est hic, quę uult, ꝙ illa debet abscindi, in qua minus potest sed dicitur minus posse in arida, licet nil possit, ut l. illud. §. minus. ff. de tribu. & sic uerificat ista gl. Pręterea non est parua pęna deformitas, quæ resultat ex amputatione manus, licet aridæ, & ita determinat Io. Andr. in mer curialibus, in regula. in pœnis. pro hoc allegat. Ang. bonum tex. in l. tertia. § Labeo. ff.
36 arborum furtim cæsarum. † Vbi appellatione arboris continetur etiam illa, cuius radices defecerunt uiuere, & sic est desiccata, quo usque durat super terram & incidens illam, perinde punitur ex illo titulo, sicut si incideret aliam uiuentẽ: ergo uidetur, quod amputata sic manu, licet arida, sit satisfactum uerbis statuti, & ista est benignior, secũdũ Paul. de Cast. hic. Bald. tamen hic in fine aliter distinguit, uidelicet aut statutum loquitur de manu certa, ut puta dextera, & tunc illa indistincte debet amputari. qa solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligation. ut institu. quib. modis tollit. obliga. in princi. & quia liberatur soluendo rem talem, qualis est, & ideo licet manus sit inutilis, tamen mutilatio, est magna pœna, & ideo sufficit illã amputari, & minimũ soluẽdo liberatur. ar. ff. de reg iur. in l. semper in obscuris. secundum Iac. But si autem Iudex habet arbitriũ in amputatione membri, tũc poterit illa manus amputari, quæ iudici uidebitur. & ita so qui uidetur hic Bal. in fi. & istud ego teneo, intelligendo tamẽ, ꝙ Iudex in dubio debeat arbitrari in manu, in qua minus potest, per
37 prędicta. † Quæro quarto, quid si delinquẽs habet unam solam manũ. Respondit Guil. de Cu. illa debet amputari. arg. ff de contrahen. emp. l si in emptione. §. pen. & licet hæc pęna. sit grauior, hoc cõtigit casu, imo culpa.

delin

delinquentis.ideo iudex ex arbitrio, quod hēt.ꝑ l.quid ergo.§.pœna grauior. ff. de his qui no.inf.potest d.pœnam imponere.secundū Bal.hic circa fi.Sed hic.Bal.in princ.dicit, ꝙ hæc sñia uł sibi dura,q̃ grauior est pœna perdere m num ei,qui unam solam hēt, q̃ ꝑ hoc sit omnino inutilis,q̄ ei. qui duas habet.de duo hic loquitur arg. ff.de pœn.l.interpretatio. ff.de off. præsidis l.illicitas.§.ne tenuis.ibi,lumine unico.& pœna non est aggrauanda ex interpretatione,ut d.l.interpretatione.et ita tenet hic Iaco Bar.Bal. Ange.

38 & D.Paul.de Castr. † Nam lex uel statutum imponens pœnam manus,debet restringi ad habentem duas,& ita intelligitur iste text.& ideo uł pœnam tunc debere in aliud cōmutari,ut l.2.infra ut intra certū tempus. sicut fit de pecunia in persona ꝑꝑ paupertatē. ut in l.quicunque.infra eo. quod ego intelligo uerum,qñ haberet nisi unam manū sine culpa sua,secus si una manus fuisset sibi incisa, ꝑꝑ delictum,quia nemo ex suo commodū cōsequi debet per iura,uulgaria.Et prædicta

39 procedunt ante sententiam.†Sed quid si sententia est lata,a qua non est appellatum, & iudicatum fuit unā manum abscindendam, & iste nō hēt nisi unā?dicit Bal.hic ꝙ credit, ꝙ illa sit abscindenda.arg. ff.de contrahen. emp.l.si in emptione.§.pen.& ad hoc,ut sententia habeat effectū.ff de reb dubiis.l.quoties.& quia iudex lata sententia, amplius eā reuocare non potest,ut l. 1. C. sente. rescindi

40 non posse. † Quæro quinto, quid si nullam manum hēt delinquens,qua pęna puniatur, stante statuto,ꝙ puniatur in abscissione manus?Dic aut hoc cōstat ante sentētiā, & tūc in alio membro dēt condemnari & puniri,ut l.2.ibi. si persona uilior. infra ut intra certū tempus & habetur in l.quicunque. infra.eo. aut nō constat ante sententiam,& in sententia condemnatus est in abscissione manus, tunc talis sententia esset nulla,quasi impossibilis,ut l.fi.ff.q̃ sententia sine appell.rescin. & ideo iterum esset iudicādum. ca sñia habita ꝓ nulla,ut l.4.infra de accus.secundū Nicol.de Matarellis.hic in sua lec. & Bald.& be

41 ne.†Quæro sexto.quid si statutum dicat, ꝙ uulnerāti aliquem in platea abscindatur manus?aliquis uulnerauit quendam in platea plurib.uulnerib.eodem tempore, an plures sibi sint abscindendæ.Et uł ꝙ sic,q̃ tot sunt delicta quot uulnera.licet eodem tempore facta,& de quolibet meretur pęnam, ut l.nūquam plura.ff.de priuatis delictis.& in l. quicunque.in secundo respons. infra ea.l. In cōtrarium facit iste tex.in uerbo,una sola.& q̃ simul fuerunt facta,uł unum delictum, per gl in l.1.circa fi.infra unde ui. De hac quæst. dic,ut per Bar.in l.uulgaris.in prin.ff.de furtis.& uide quod no.Bar.in l. nunquam plura.ff.de priuatis delictis, & in l.sanctio.legū

42 ff.de pœ.†Quæro septimo,aliquis est bannitus in amputatione manus ratione unius delicti postea iterū bannitus pro alio delicto in amputatione capitis.captus fuit per familiā prætoris,uel alio modo,qualiter fiat executio. Dic,quod primo debet abscindi manus, & postea decapitari,si fieret econuerso,non pateretur nisi pœnā mortis, q̃ amputatio manus post mortem,nō esset pęna,s m Bar. in l.oēs iudices.C.de delator.li.10.q̃ dicit,ꝙ ita de facto uidit obseruari,& ita tenet Paulus hic de quo uide gl.no.in d.l.oēs iudices.& in c.1.§.milites.in uerbo,pœnam.in fi.in tit. de pac.iur.firman.& est tex. si bñ pōderet.in l.1.in fi.ff.nil nouari appel.pendentem.& ibi uide Pau.de Cast.& uide Flo. in l. Neratius. §.quæuis.ff.de seruo corrupto.& Ange.in l.

43 nunquā plura.ff.de priua delictis.† Quæro octauo,q̃ hic ꝓbatur,ꝙ manus est mēbrū. dixi supra.in 4.n o.quid sit membrū,& quid contineatur appellatione mēbri.Dic.ꝙ mēbrum dř a metior meritis,qđ est partiri.& diuidere.unde mēbrū dř,q̃ corporis pars.secūdum Hug.in uerbo, metior.ita dicit Bart.in l.2.ff.de publi.iud & Bald.hic.& do. Paul. de Castr.hic,qui dicit quod stricte intelligendo membrum,sumitur pro illa parte,quæ habet certum officium deputatum.& hoc fuit dictū Angeli de Perusio hic,qui dicit, quod mēbrum est omne id, quod in corpore nřo distinctam hēt operationē.secundum Philosophum in 3.Meteororū ad finē. & ideo manus ad palpandum,pes ad ambulandū,oculus ad uidendum,auris ad audiendum,os ad gustandum sunt membra Et idē nó.ipse Ange.in l.uitē.§.1.ff.arborū furtim cæsarū. & in auth.ut nulli iudicium.§.q̃ uero nos.ubi subdit.qđ rō ēst,qm in istis consistūt quinq. principales sensus nostri corporis s.uisus,auditus,gustus,odoratus,& tactus.ut not.glo in leg. quod meo.§. si uenditorem. ff. ad acquirend. poss. cum igitur quilibet istorum sensuum.sit attributus uni mēbro corporis, quic-

quidquid habet illam uirtutem, appellatur mebrũ. Et ideo, qa in oculo consistit uirtus uisiua, in naso uirtus odoratiua, in aure uirtus auditiua in lingua uirtus gustatiua, in manu uirtus tactiua in pede similiter uirtus tactus, & palpationis. s. ambulando, merito omnia ista mebra appellantur, ut no. Arist. 4. Meteororum. ad finem, ſm Ang. in d. §. qa uero nos. & de hoc quid sit membrum, uide in locis præallegatis. & uide et Bal. in c. i. in princ. in tit. de noua forma fidelitatis. & per Bald. Ang. & Ioan. de Imo. in l. 3. ff. de publ. iud. & per Bar. & Doc. in l. non sunt liberi. ff. de statu ho. & per Alb. de Ro. in suo opere statutorum, in 2. parte, q. 28. & uide plenissime per Nellum de S. Gem. in suo tract. bannitorum, in 2. parte 2. partis. in 51. q. & per Ang. de Aret. in suo tract. maleficiorum, in gl. in uerbo membrum. & uide Bal. in l. reos in 2. col. in fi. cum prin. seq. C. de accus. & in l. data opera. in 18. col. uersic. & ibi lex facit mentionem. & in uer. in corpore nostro multa mebra habemus. C. qui accu. nõ poss.

44 †Quæro nono, qua pęna puniri debeat fur. Et gl. hic super uerbo, castigabitur. dicit, qđ debet fustibus cædi per istum textũ, nisi sit publicus latro. qui. s. cõsueuit furari, qui debet furcis suspendi: ut l. capitalium. §. famosos ff. de pœ. & idem not. gl. 23. q. 3. si quis fortitudinẽ. de quo dic ut plenissime dicã in seq. ubi ponetur, quę sit pœna furũ, & latro

45 num. †Et ex hac gl. quæ est. Iac. ꝙ publicus latro dr̃ ille, qui consueuit furari, & sic et si clàm, si tñ pluries, Bar. in d. §. famosos. intelligit istam gl. eam qñ contra ipsum laborat infamia, alias non diceretur latro uel famosus. sed Bar. hic dicit. ꝙ glossę nostræ ubi quæ dñt, & intelligunt publicum latronem qui consueuit furari, & ita obseruatur. Tñ proprie non bene dicunt. nam ille § famosos, loquitur de publico latrone: sed fur, qui consueuit furari, est publicus fur, non publicus latro, latro est ille qui ꝑ uim furatur, ut hic in tex. ita dicit hic Bart. Tu uero dic, qđ reperitur fur simplex. item fur famosus. itẽ latro simplex item latro publicus, & famo-

46 sus † Fur simplex est ille, qui semel tm̃, & clam, uel de noctis, maxime in domibus, & sine armis furatur.: ut hic est text. uer. fures autẽ. & in corpore unde sumitur ista auth. s. in authent. ut nulli. iud. §. quia uero. colla. 9. & probatur in l. 1. ff. de fur. & Inst. de obl. quæ ex delicto nascuntur. §. furtum autem à furuo. & no. gl. in l. cum duobus. §. damna.

47 in uerbo, surrepta. in fi. ff. ꝓ soc. † Fur famosus dr̃ ille, qui consueuit furari, puta bis uel ter, ut l. 3. in fi. supra de episcop. audien. & ꝓ hoc gl. notab. in auth. de testib. in § quia uero multi. colla. 7. super uerbo, sæpe. quæ dicit, ꝙ sæpe dr̃ fieri illud quod fit bis, aut ter. & not. in l. de quibus. ff. de legib. & per Bar.

48 & Doct. in l. 1. C. quo & qñ iudex. † Latro simplex dr̃ ille, qui palam, ut in strata publica, uel etiam in syluis furatur, ut no gl. in l. 1. supra depositi, & in d. l cum duobus. §. dãna. ff. pro soc. & maxime, qñ facit per uim, & cũ armis, ut probatur hic in tex. Potest eitam dici latro ille qui est diurnus, & clàm furatur, ut est tex coniuncta gl. Inst. ad l. Aquil. §. i. in uerbo, latronem, Intelligendo tamẽ, qđ hoc faciat per uim, uel cum armis, ꝑ istum textum hic in fin. idem intelligo, quãdo semel

49 tãtum. † Latro uerbo publicus, uel famosus est ille, q pluries palam in strata publica, uel in syluis per uim, uel cum armis furatur. & ista fuit intẽtio gl. hic, q̃ dicit, qđ publicus latro est ille, qui consueuit furari, dum allegat l. capitaliu m. §. famosos. ff. de pœ ſm Paul. de Cast. hic, qui ita intelligit istã gl. & hoc

50 credo uerum. † Quia gl. semper debet intelligi secundum textum, quem allegat: ut no. Bart. in l. nõ solum §. si liberationis. ff. de lib. leg. & no. Ioan. An. in c. cum tu. extra de testib. & Raph. Fulg. in l. patronus. ff. de prob. & D. Signorolus de Homodæis in quodam suo consilio, quod incipit, Christi saluatoris nomine inuocato. circa medium. & uide quod dicam infra in materia, qñ quis committit plura furta. uer. nec etiã obstat gloss. hic in uerb. castigabitur. Vnde fur occultus nunq̃ potest dici latro, et si cõsueuit furari, sed bene potest dici famosus fur, & pro hoc uide tex. in l. i. §. aduersus. ff. de sep. uiol. ibi, more latronum, ubi Ang. qui dicit not. quia per hunc tex. declaratur §. famosos. qui dicti, famosum latronem furca figi: quia non intelligitur famosus latro, qui consueuit furari clàm, sed ille, q armatus rapit uel subtrahit. unde dicit ibi Ang. † qđ falsa est opinio,

51 dicentium, cũ qui tria furta fecit, esse famosum latronem, & ideo dr̃e suspendi. Et hoc est notãdũ ꝑ statuta, quæ loquũtur de furibus, & latronibus. Et dicit hic Pau. de Cast. qđ habuit de facto in ciuitate Vicentię, ubi

dubitabatur de quodam capto pro robaria, an posset dici publicus latro, quia semel tm̃ derobauit. nam statutum Vicentiæ grauius punit latronem q̃ furē.& gl.quæ est hic, allegabatur pro eo, ꝙ non q̃a licet in strata publica, nō tñ reperiebatur unquam illum alia talia cōmisisse, nisi nunc, & statutum loquebatur de famoso latrone, unde non poterat dici famosus, p̃p hoc solum, ꝙ in strata publica, sb̃dit tamen hic in fi. Paul. ꝙ nil ualuerunt allegationes, quia fuit suspēsus.

diceret. C. de legib. & uide Salycet. in l. 2. C. de noxa. Ang. de Aret Instit. de iure natur. gentium & ciuili. § ius autem ciuile. in 10. col. uer. prædicta inducentur ad multas quæst. & uide Paul. de Castr. in l. i. in fin. ff. de legib.
14 qui dicit. †Quod idem, si diceretur in statuto, quod si quis condẽnatur ad pœnam pecuniariam, quam si non soluerit intra mensem, decapitetur. si non occiderit dolose, non debet decapitari, licet soluerit, & signa hoc ppetuo menti, quia ignorantes iudices maleficiorũ seruãt statuta ad literã, put iacẽt siue cõmiserit dolose, siue non, nam potest euadere multos per auctoritatẽ Baldi, qui hoc dicit in legata opera. C. qui accusare non pos quia assessores & iudices nisi uiderint auctoritatem scriptam, nesciunt a uerbis statuti recedere. & istud teneas, ut & dixi in præce. caut. licet Ant. de Rosel. in c. cognoscentes. de constit. ibi dicat contra casum ab aliis in contrarium
15 allegatum, sed non dicit uerum, quia ille textus non probat. †Si per statutũ pœna manus uel mẽbri imponitur. & iudex debet pũnire puerum uel senem, põt dispensare, non tñ cogitur, nec poterit appellare. ita dicit Bald. in l. quicunque. C de ser. fug. arg. l. qui posthumos in ratione illius. litere. ff. ad Sylla. quod nota. ut scias quadere puerum, uel senem ab amputatione membri pro hoc uide textum in l. auxilium. §. in delictis, ibi, nisi quatenus interdum miseratio ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit. & ibi gl. in uerbo, miseratio ff de mino uide glos. ordin. in d. l. quid ergo. in §. pœna grauior. in ucr. onerasset. in princ. ibi, sed in ipsa sententia põt minuere, ratione forte senectutis uel iuuentutis. ff. de his qui not. infam. & ibi hoc not. per Bart. & Doct. †Ad hoc ut differatur sententia condẽnatoria contra inquisitum uel accusatum, cautela est, ꝙ accusentur testes; & producens eosde falso, quia si testis conuincitur de falso, planũ est, ꝙ inquisitus uel accusatus, non commisit illud delictum, ut l. i. C. qui accus. non pos. Sed ut refert Sal. in l. si docueris C. de falsis. plures Bononienses consuluerunt, ꝙ ẽt ex sola accusatione testiũ differri debet sententia condemnatoria, quia si esset lata ꝑ falsos testes, retractaretur, ut C. si ex fals. instr. l. 3. cautius tñ est, utrunq. accusare s. testes. & producentem, & si uerba statuti essent ita stricta, ꝙ differri non posset sententia condẽnatoria, consuluerũt dicti Docto. Bononien-

17 ses, ꝙ iudex condemnet, sub conditione, si non apparuerit testes falsum dixisse argu. eorum, quæ no. in l. cum iudex. C. de senten. & interlo. omn. iudi. quæ omnia not ad. impedienda sententiam cõdemnatoriam, uel eius excutionem. ßm Bald in l. in l. i. C. de q. per gl. ibi. limitat hoc uerum esse si accusaretur testes necessarii ad probationem. secus si sũt alii qui sunt ultra numerum illorũ, qui probauerunt, quod per accusationem illorum, non retardaretur processus, neq; criminalis neq; ciuilis. & no. Ang. Aret. in suo tractatu maleficiorum, in glos. in uer. comparent dicti inquisiti in termino defensionis. in 5. col. in uers quid si dicat testis. de hoc uide text. cum glos. & ibi not. in l. i. in fin ff. quemad. test. ape. & prędicta procedunt, nisi appareat de calumnia acusãtis, uidelicet quod faceret animo differendi sententiam uel eius execu: tionem, ut no. in dictis iuribus.

a Graui pœ *Grauis uel grauior pœna quæ dicatur in statutis uel legibus. glos. in l. 1. C. ne li si sal. not. in l. 1. C de emu.*

b Adhibere aliam cautelam. *Cautela superflua facit præsumi dolum Bal. in l. testam. C. de testam. in 3. not per l. si quis sub conditione hæres de conditio. insti.*

c Furiosum. *Furiosus non tenetur de delicto uel homicidio commisso etiam ante furorem, n ex eo possit criminali er puniri, nisi constaret de simula i... ne furoris l obseruatne de cu... l diui... a. off præsi. & Bar. in l congruit eodem ... & B ald in l furiosum. C qui testa. fa pos & est uerum e tam p ante furorem condemnatus secundum Bart in l. e. facto 6. colum. uer. 5. sequiri ur. de uulg & pupil. & per Alexan. in l Fulcinius. § adeo sed eius bona confiscantur secundum Bald in d l furiosum Furiosus si culpa sua factus est. & delinquit, nõ excusa ur. Cardin in clem. 1. 6 quæst. de homicid.*

d Clericus. *Clericus factus post delictum non tamẽ condemnatus. non puni ur per Laicum, sed per episcopum nisi in fraudem clericauerit, quod præsumitur si post accusationem factus est clericus Oldrad. consilio 4 & Cardinal in Clemen 1. 9. quæstio. de censi.*

Cutela relaxandi incarceratum. III.

1 *Iudex ex seipso debitore non existente soluendo, ipsum debitorem luere in corpus facere non potest.*

NOta cautelam pulchram, & utilem, si a'i quis est in carcere condemnatus in magna quātitate. quā soluere non pōt, ad hoc, a ꝙ ibi nō moriatur facias ꝑ iudicē tibi gratū à inferri aliquā pœnā corporalē, a & si uelis ei dē cōseruare famā, fac ꝙ ei nō imponatur aliqua pęna uituperosa, sed facias eū cū fune, uel alr torqueri secrete in palatio, & secrete facias de hoc fieri publicū instrm, uidelicet ꝙ tortura, siue pęna fuit sibi illata ī istū finē, ꝙ luat ī corpus, ex quo cōdēnationē pecuniariā soluere nō pōt, erit liberatus. istā cautelā & practicā ponit Ang. de Aret. Inst. de act. §. pęnales. uer. oppono ex gl. pro quo allegat l. sed & si uni. § cōseruis. ff. de iureiur. & l. qrit, § minor. & § si seruus. si ex noxa cau. aga. & Doc. in l. quicunq;. C. de seruis fugi. licet in
1 contrarium sit gl. 14. q. 6. § 3. † Et aduerte dū dixi. s. facies ꝑ iudicē, &c. qa iudex ex seipso, debitore nō existentē soluendo, uī ꝙ nō possit castigare. sed ita demū, si creditor hoc petat uī ꝓbari l. fi. ff. de in ius uoc ibi, ex querela patroni, & ibi ꝑ Doc. uñ hæc cautela non est sufficiens. nisi fieret ad instātiam creditoris. In hoc tū cogitabis. Itē aduerte, qa dicta castigatio nō dēt fieri à iudice ciuili, qui condēnauit eum in pecunia. sed à iudice habēte cognitionem in criminalibus, ut est tex. in d. l. fi. ibi à ꝑfecto urbis ff de in ius uoc. & in Ange. & Doc. ibi Itē ꝑdicta cautela est uera, nisi appareat ꝙ icarceratus hoc ꝓcurasset, uel ꝙ in fraudē fieret, ut euitaret maiorē pęnā. qa tūc nihil sibi ꝓdesset, ut dicit Ang. in l. si seruus pluriū. § si quis aūt ff. de le. 1. & hoc nisi castigatio fuisse imposita ad instantiā creditoris qa tūc cessaret oīs suspitio friuola seu fraudis. q̄ oīa bene not. ut scias adiuuare amicum incarceratum, qui non potest exire, qa nō hēt unde soluat, ne moriat in carceribus

a Pœnam corpora. *Pœna corporalis pro pecuniaria potest per iudicem imponi causa e gri. a l. quid ergo. §. pœna & ibi Bar ff. de insa.*

Cautela impediendi testem, ne deponat in causa. IIII.

1 *Statuta terrarum pœnam talionis tollunt, sicut statutum Paduæ imponent accusanti, & non probanti pœnam trium librarum.*

2 *Malitia uti ens, cōtrahendo inimicitiam cum teste meo ipsum percutiendo, an perdere cām debeat.*

3 *Probationes testium cum iuramento mihi subtrahens an causam perdat.*

SI uis impedire, ꝙ unus testis non deponat cōtra te, facias accusare ipsum de aliquo crimine a publico, quia tunc amplius testificari contra te non potest, ut l. testimonium ff. de test. & si dicas, ꝙ aliquis accusat, & non probat, punietur pęna talionis, ut l.
1 fi. C de accusat. † Respondeo, ꝙ statuta terrarum tollunt istum timorem, maxime Paduę qa non est nisi pœna trium librarum, quem accusare, & nō ꝓbare. ita not. dixit Rayn. de For. in d. l. testimonium. uide cōtra hoc Bald. in authen si testis. C. de testibus. Sed tu dic, contra istam malitiam est remediū, ꝙ si potest constare per aliquas coniecturas, ꝙ testis fuit calumniose accusatus, tunc bene posset deponere, & ualeret eius dictum, ut probatur per text. optimum in l. athletæ. §. amplius ff. de excus. tut. & ꝑ §. item is q status. in prin. facit ad prædicta, quod no. ꝑ Bar. & Doct. in l. si post perfectam. C. de euictio. & quod dixi in præcedenti, & quod dicam in sequenti. Si aliquis non hēt nisi unum testē, contra te, secundum aliquos, potest adhibere, uel fieri facere hanc malitiam, uidelicet ꝙ tu des ei unam alapam, cum ille testis producitur contra te, postea oppones, ꝙ est tuus inimicus. contra istam malitiam habes remedium, nam inimicitia interueniens facto eius, contra quem producitur testis, non repellit ipsum testem omnino, sed hoc iudice committitur, ita uidisti text. in c. ueniens. de testibus ita dicit Bar in l 1. §. cum quis. in fi. ff. de quæstio. facit ad hoc optime. l. z. in fi. ff. si quis cauti. & in l. pe. in fi. ff. de postu. ad qđ
2 uide, quod dixi in ꝑcedenti cautela. † Imo plus uī, ꝙ ille, qui usus est dicta malitia contrahēdo inimicitiam tunc teste meo, ipsum percutiendo, debet perdere causam, qa subtrahit mihi iura mea, & probationes meas ut no. Cy. in l. prouidendum. in fi. C. de testi. & no. Ang. in l. satis apertissime. C. de fal. & uide de hoc glo. in c. cum causam in uer. compelles. extra de testib. & ibi per Ant. de Butr.
3 in pen. col. in princ. ubi dicit, † quod si quis mihi subtrahit probationes testium cum iuramento, uel ut hac de causa inimicitias habēdo, causam perdit de hoc ultimo uide tex. in c. intimauit. & in c. cōstitutus ubi no. Doct. de testi. & quod no. Bar. in l. falsam. in fi. C. si ex fal. instru. & in l. in fraudem §. quoties. ff. de iure fisci. & in l. 1. §. sed & constitutio ff. de calum.

a Crimi.

a Crimine. *Criminosus an potest esse testis, uide in c. testimonium, & ibi Abb. de test. & an si pœnituit. glo. 3 2. q. 5. præceptum. 6. q. 1 illi. Crimina si per uiam exceptionis opponantur contra accusatorem uel testem, uide in Spec. de cri. per uiã exce. oppo.*

Cautela euadendi grauiorem pœnam pro delicto V.

1 *Procurauerit si quispiam ut accusetur, non autem ut contra ipsum inquiratur, ad hoc ut puniatur mitius, sibi non prodest.*

2 *Vulneratus ab aliquo letaliter si ab alio occidatur, primus uulnerans de occiso non tenetur.*

3 *Vulnerans aliquem primo, si ille uulneratus à secundo occidatur, de iure canonico, de occiso tenetur.*

4 *Aduocatus instruens clientem qualiter debeat positionibus respondere, qua pœna puniatur.*

QVando quis delinquit, ꝙ in pluribus legibus diuersis pœnis potest puniri, cautela est ꝙ ipse habeat iudicem amicabilem, qui inquirat minori lege, uel ꝙ accusetur coram illa curia, uel iudice, ubi imponitur mi- a tior pœna à pro suo delicto, nam tunc nulla alia poterit puniri, uel l. qui de crimine. C. de accu. & in l. senatus. ff. de accusa. ita not. dixit Ang. in d. l. qui de crimine. in glo. in uerbo, plurima. in lec. quam fecit Perusii, & in d. l senatus. & idem tenet. Saly. quem omnino uide in d. l. qui de crimine. in 3. col. Ex prædictis capit reus consilium, hæc tñ cautela nõ poterit patrocinari delinquenti, si ipse delinquens procurasset se accusari, uel inquiri cõtra eum in curia, in qua mitior pœna ueniret pro delicto imponenda, ad hoc, ut maiorem pœnam euitaret. nam tunc talis præuen- 1 tio minoris pœna nihil operatur. † Idem, si quis ꝓcuret accusari, ut nõ inquiratur. ita dixit dñs Ang. in l. si seruus plurium. in §. penult. si quis ante. de le. 1. qui dicit, ꝙ hæc uidit fieri sæpenumero. ad quod adde, quod dictum est in precedenti proxima cautela:

2 Quidam trahunt mirabilem cautelam, seu modum euadendi primum delinquentem, q aliquem mortaliter uel lætaliter uulnerauerit. s. quod procuretur, ꝙ occidatur lætaliter uulneratus ab alio, & sic excusabitur primus uulnerans etiam mortaliter, quod intellige, ut non teneatur de occiso, sed bene tenebitur de uulnerato. & ad hoc allegatur text. in l. Mela. §. Celsus. & l. huic scripturæ. §. fin. ff. ad l. Aquil. Sed dicit domi. Flor. in illo §. Celsus. quòd iste est modus pernitiosus, & pernitiosi exempli. & dicit, & quòd tale consilium non est attendendum, quinimo nec locum habet, quando certum est, primum uulnus esse mortale, tunc enim quantumcunq; mors sequitur, traheretur ad tempus uulneris, tanquam habens ad illud necessarium consequentiam. ff. de dam. infec. l damni. §. Sabini & uidetur hoc probari per casum l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. & ita etiam tenet domi. Floria. in d. l. ita uulneratus. in princ. & idem 3 gloss. in d. § Celsus. & domi. Floria. in d. l. ita uulneratus. † Plus dicit, ꝙ in eo casu, qui. primus non tenetur de occisio, intelligitur de iure ciuili, sed de iure canonico secus, quia primus semper tenetur ad hoc, ut pœnitentiam agat, per glo. in cap. significasti. 2. quæ incipit, eadem dist. de homi. Et aduerte, quia dixi per l. ita uulneratus. ꝙ cautela est, ut uulnerans aliquem letaliter excusetur, ꝙ faciat quòd amicus eum occidat maturius: quia ipse excusabitur à pœna homicidii. quod dicit Bald. in d. l. ita uulneratus, per illum textum quòd cautela non prodest, quando primum uulnus esset mortale, secus esset si esset dubium, an esset mortale, uel nõ. & subdit Bal. ꝙ ꝓ tali consilio debet aduocatus suspendi. 4 † Facit ad hoc, quod dicit glo. de aduocato struente clientulum, qualiter debeat positionibus respondere, in cap. 2. de confes. lib. 6. Et tu aduerte bene: quia hæc distinctio non uidetur esse bona, quia uidetur esse contra text. in dict. §. Celsus. ibi, mortiferè uulnerauerat. & contra tex. l. huic scripturæ. §. fin. ibi, uulnerans mortiferè, & l. sed si uulneratum mortiferè. Ex quibus tex. uidetur plene apparere, ꝙ licet primũ uulnus esset mortale, si alius postea in totum examinet, ꝙ primus non tenetur de occiso, sed de uulnerato, licet uulnus, fuisset mortale & uidetur cõtra Bald. & Flor. & Sed tu distinguendo dicas Aut primus uulnerauit mortifere, non tamẽ est certum, an ex illo uulnere moriatur, uel non. sed est dubium, quia apparet forte ratione uulneris, uel qualitatis instrumẽti, uel alterius signi, ꝙ de natura sua uulnus debebat esse mortale. & tñ hoc clarissime nõ constabat. quia omni modo debebat mori, quia quãque uulneratus ẽt mortiferè in loco periculoso, ꝓꝑ bonam naturam uel etiam custodiam, uel ꝓꝑ optimos medicos, liberatur, ut est

est casus de hoc in l.1.§.fi.ff.ad Sylla.ibi dum dr, erat mortifere vulneratus, & tamen supervixit: quia liberatus fuit.quem tex.bene not.ad hoc.& isto modo loquitur d.§.fin.ut primo vulneratus non teneatur de occiso, sed de vulnere, si ab alio fuit postea in totū examinatus,& ita sentit gl.no in d.§ fi.in l. huic scripturæ. Aut primus vulnerauit ita letifere & mortifere,ꝙ manifestissime constabat,vulneratum eum fuisse mortuum ex primo vulnere,vt qa primi vulneris tp̄e vis spirabat, ita erat percussus, ita etiā medici hoc affirmatiue ꝓbant, ꝙ nullo modo ex dicto vulnere cum tota peritia Galeni potuisset euadere,& tūc isto casu loquitur d.l.ita vulneratus,videlicet ꝙ primus vulnerans teneatur de ccc so, quod no.& menti tene.

a Mitior pœna. *Pœna multiplicantur ex geminatione delictorum. Bal in l.quicunque.4.col de seruis fug.& in 7 col. quod est uerum, si ministerio iudicis est imponenda, secus si ipso iure. Bala.in l.si quis non dicam rapere.5.colum.de epi scop & cler. Pœna iterata debet mitior imponi Alexan.in l senatus.de accusatio.*

Cautela[1], quomodo minor euitat condemnationem in causa ciuili. vi.

1 *Minor læsus, quo casu restitutionem petere poterit.*

QVando aliquis litigat vel litigare vult cū minore,et petere ab ipso,cautela est ꝙ aduocatus minori, vel et[a] tutor uel curator quęrat tractatū concordię vel trāsactionis, & curet ꝙ actor velit concordiam, uel transactionem facere, & aliquid sibi remittere de eo, in quo forte potuisset condēnari dictus minor. Exemplum,si minor potuisset condemnari,in centum,verisimiliter offerat ex parte minoris minus, de quo verisimiliter actor sit contentus, & deducat actorem ad minorem summam,inquantum potest, & postea dicat aduocatus minoris, nolo stare dictæ concordiæ uel transactionis quia nimium petis, si aliquid debes habere, conuenias pupillum, vel minorem.vnde si minor habebit ꝓ se sententiam,bene erit, si autem habebit eam cōtra se,tunc poterit ꝓ minori peti restitutio in iregrū, vsq; ad illā summā, in qua fuerat actor cōtentus ꝑ illā
1 transactionem. † Nam in hoc fuit læsus minor: quia non stetit dictę transactioni. cum intererat sua,vt ei staret,ne condemnetur in plus.vnde si in plus fuerit condemnatus,poterit petere restitutionem in integrum,cum in dicta transactione habeatur ꝓ transacto, vt est tex.notabilis in l.si ex causa §.nunc videndum.ff.de minor.& ibi hoc sentit Bar.& ēt Bal.clarius, quod singulariter no.tu aduocate minoris,ꝑꝑ hoc.n. poteris semper releuare ipsum minorem, in quo ueniret condēnandus de iure. Et sic ēt tu aduocare actoris contra minorem sis bene cautus,vt nunquā permittas actorem peruenire ad aliquā transactionem,nisi sis certus, ꝙ minor vel eius tutor aut curator uelit stare contentus de di. transactione, alias de facili pars sua. s.actor,deciperetur dicta cautela.

Cautela excusandi hęredem non conficientem, vel minus iuridice inuentarium conficientem. vii.

1 *Præsumptio iuris,& de iure non recipit probationem in contrarium,nisi per partis confessionem.*

HAeres si non conficit inuentarium,a hodie tenetur ad oīa legata,& ēt ad omnia debita v tra vires hæreditarias, vt l.fi. C.de iure delib. & ibi plene de materia, quia lex pręsumit,ꝙ hæres surripuit de bonis hæred.
1 ut in auth.de hær.& falsi.§.sancimus. † Quę præsumptio est iuris,& de iure,quæ non recipit probationem in contrarium, nisi per confessionem partis,vt in auth. sed iam necesse.C.de do.ante nup.& per glo. in corpore, vnde sumitur, & per gl.in l.in contractibus.§.1.C.de non nu.pec.secundum Bal.in l.filium,quem habentem.C.fam.her.& ideo si legatarii confiterentur, ꝙ bona non sufficiebant ad legatum,vel creditores confiterētur ꝙ bona non sufficiebant ad soluenda debita,& ꝙ hæres nihil subtraxit, sed solum se fundarent, ꝙ inuentarium non fuit confectum, deberent succumbere. Caueant ergo quo respondeant ve l confiteantur legatarii, vel creditores,& ēt aduocatus,siue procurator sit cautus in extorquendo dictam confessionem,qa facit hoc modo clientulū suū absolui.ita singulr no.Paul.de Cast. in l. in ratione.§.qđ vulgo.ff.ad l.falc.qđ no. perpetuo,ut scias adiuuare amicū hrdē,q nō cōfecit īuētariū,vt si cōfecit,de iur.nō cōfecit,ut nō teneť vltra vires hęr. & vide ꝙ dicā ī seq.

a Inuen.

a Inuentarium. *Inuentarium continens errorem annaleat, uide Ang. in §. hæc stipul. & Bald. in au th. sed cum testator. ul. col. quod tal. s error propria auctoritate non poterit corrigi, sed demum creatis credi. oribus & legatarijs.*

Cautela pro eo, qui non appel. à sententia lata contra ius litigatoris. viii.

1 *Lex licet fingat sententiam iustam, ex eo quod i n rem iudicatam transierit, si tamen partes eam in iustam confitentur, eorum confessioni statur, & tollitur præsumptio iuris, & de iure.*

Si sententia lata est iniqua, a & iniusta, cautela est q uictus procuret, q uincens confiteatur sententiam latam esse iniquam, & iniustam, & hoc casu uincens nō poterit habere petitionem vel actionem ex illa sententia, ita no. Inno. in c. quia plerique de immunit. ecclesi. & per Flor. in l. cum putarem. in pr. in vltimæ col. ff. fam. erci. Vbi dicit, q si victor confiteatur sententiam iniustā, vel si bi nihil deberi, non habebit petitionē, & idē tenet Bald. in l. si quis instituātur hæres. § si sub conditione. ff. de hær. inst. & idem tenet Bal. in authen. ad hæc. in penul. col. in ver. itē dubitatur de eo, qui inique absolutus est. C. de vsuris. In pdictis habetur, q hoc casu pōt cogi vincens cēsura ecclesiastica per episcopum, q præstet liberationem, & q imponat vincenti perpetuum silentium, & dicunt moderni in d. cap. quia plerique, q licet cōdemnatus de iure soluere teneatur, tn̄ sponte soluere non tenetur, & sic retinendo non peccat, quod bene est notandum p cautela eorum, qui iuste fuerint condemnati, vt procureat, vt aduersarius confiteatur sententiam pro se fuisse iniuste latam, vt quosdam audiui dicere. facit, quod dictum est in præcedenti. ad quod eandem cautelam ponit Anto. de But. in c. is qui fidem. in 3. col. de spon. & matrimo. vbi dicit, q est singulare dictū In
1 no. in d. c. quia plerique. † Vbi dicit, q licet lex fingat, seu præsumat sententiam iustam, ex eo q transiuit in rem iudicatam, si tamen partes confitentur sententiam iniustam, statur confessioni, & tollitur præsumptio iuris & de iure, quia in talib. possunt sibi partes præiudicare. Si autem sumus in materia, in qua non possunt sibi partes præiudicare, vt est causa matrimonialis, ut in cap. super eo de eo qui cogno. consan. vxo. suæ nam tunc confessio non tollit præsumptionem iuris, & de iure. qa materia obuiat & ideo si post copulam mulier confiteretur contrarium, non staretur cōfessioni, imo matrimonium iudicaretur, & subdit q ita ibi Docto. de quo mirabatur Petr. de Peru. hoc non cogitans, & eandem cautelam ponit Ludo. de Ro. in repetitione l. admonendi. in fin. ff. de iureiur. vbi dicit, postquam sententia est lata, & transiuit in rem iudicatam, si pars in cuius fauorem profertur profiteretur eam iniuste latam esse, uel eam iniuste obtinuisse, q tunc retractabitur, & nunq̄ meretur executionem, & allegat singulariter dictum Inno. in d. c. quia plerique, quod tamen singulariter limitat, vt habeat locum inquantum esset lata in fauorem eius ita confitentis. Sed inquantum esset lata in præiudicium suum, tunc per suam confessionem, ex qua deregeretur iniustitia, non retractaretur, sed deberet exequi. & de hoc dic esse casum in l. si se. tuus plurium. §. 1. ff. de leg. 1.

a Senten. ini. *Senten iam iniquam dicere non potest uictor, pro quo sit lata. l. si seruus. §. 1. de le. 1. Alex. in l. stipul. ista § si quis forte. in fi. de uerb. obl. Sententia etiam euidenter iniqua sine appellatione non reprobatur Bal. in l. 1. C. senten. rescin. nō pos. in fi.*

Cautela, qua quis faciat banchariam, seu numularium acceptare literas cambii, seu debitorem suum debitum confiteri. ix.

1 *Literas cambij, si mercator recipiat, & ipsas lectas sine contradictione in filza ponat, uidetur se obligasse ad illud, quod in literis continetur.*

2 *Confessio aduersarij, de aliquo tibi debito, quomodo extorqueatur.*

Pone q filius, vel seruus cōtrahit cū aliquo, vel accepit pecuniā mutuo, & dicit hoc facere de mādato patris vel domini, & tn̄ hoc nō erat verū, postea dictus filius vel seruus scribit ad patrē uel dominū, quomodo contraxit cum tali, & petit ab eo, vt soluat dictam pecuniā creditori, si pr̄ uel dominus recipiat dictas literas, & nō
a contradicat, videt̄ tacite a consentire, adeo q mandati, vel iussu tenebitur, ut est tex. & casus in l. filiusfam. 2. ff. ad Macedo. & ibi hoc notatur per Docto. & maxime per Paul. de Castr. qui dicit ibi per illum text. eo ipso,
1 † quod mercator recipit literas, puta cābii, & eis lectis ponit eas inter alias, puta ib filza,

za,& non contradicit acceptasse dictas literas, uidetur se obligasse ad illud, quod in literis cõtinetur. quo no. tu scholaris perpetuo, & tene menti, quando habes literas cambii, ut eas præsentes campsori, & habeas tecum aliquos testes, qui possint deponere, & probare, quod nummularius literas acceptauit, & non contradixit à principio nam si postea ipsum pœniteret, recusaret soluere illud, quod in literis continetur, hoc tamen limita uerum, nisi in talib. literis contineretur calculus rationis de datis & acceptatis, ut fieri solet, & ultimo loco poneretur restitui. nã hoc casu licet literas uisas eas retineat, nõ tamen uidetur se obligare, imo potius uidetur eas retinere, ut eas uideat an ibi relata sint uera. & hoc per tex. in l. si seruus. ff. de

2 conditio & demon. & per d. l. si filius. † Dixit Do. Math. de Mat. in suis notabilib. Bonon. in 28. notabili, posse notari mirabilem cautelam extorquendi confessionẽ aduersarii tui, uidelicet, quod tu mittas sibi literas, in quib. dicas, quod roges ipsum, quod tibi reddat centum, ad quæ tibi tenetur ex causa depositi, uel mutui uel simili. uel dicas, quod tu emis ab eo domum suam, pro centum ducatis. unde ipse simpliciter recipiendo literas, nõ protestando aliud in oppositum uidetur fateri debitũ, & cõsentire uenditioni, per d. l. si filius. & per Cle. 2. de procura. & hac doctrinam ponit Bart. secũdum eum in l. quo enim. §. 1. ff. rem ratam ha. & l. qui tabernam. § 1. ff. de pigno. & uidetur esse tex. iũcta gl. in l. publia. in fi. ff. de depo. siti, & ibi Bart. Et tũc, ut scias hoc practicare, dicit ipse, cautela est, quod testibus quibusdam præsentibus præsentetur per nuntium, & habeant copiam literarum, & tantum ttent, quod coram eis literæ aperiantur, consulo tamen dicit ipse, & bene, quod hac cautela non uaris ad malum, & ualebit tibi mille aureos. si scias eam practificare.

a Tacite conf. *Tacite actum inter contrahentes, habetur pro expresso. uide Spec. de loca. §. iam dicum ante. uer si autem.*

Cautela pro emente rem furtiuam uel ui raptam, ut non perdat pretium X.

1 *Rem furtiuam uel ui raptã. si quispiam à latrunculis emerit, pretium à domino recuperare potest.*

SI quis emit rem furtiuam, cogitur restituere eam domino, etiam prætio nõ restituto à domino, ut l. in ciuilẽ. quæ est lex 2. C. de furtis, cum similibus. Cautela est, quod qs

a possit emere secure rem furtiuam, a ita quod nõ teneatur rem restituere, nisi sibi prius restituto pratio, quod soluit quando eã emit, uidelicet, ut quando emit rem furtiuam, uel ui raptum, uel alienam, protesteiur, quod eã nomine eius, cuius est, & paratus est ei restituere, restituto sibi prius prætio & interesse à domino, secundum Host. in summa de pœni. & remis. §. fi. uer. quid si emit rem depredatam & ideo quando emis rem aliquam, de qua dubitas, si est furtiua uel ui rapta, uel aliena facias prædictam protestationem, & de ea facias fieri publicum instrumẽtum, uel instrumento emptionis eam scribi facias in prin.

1 cip. quod notar. † Aduerte tamen, quando quis emit rem furtiuam, uel ui raptam, à latrunculis, uel ab hostibus, tunc pretium quod soluit, recuperare potest à domino, ut est casus in l. mulier in opus. ff. de capti quæ omnia bene no. pro limitatione d. l. inciuilem. C. de furtis. et tu sis securus, quando emis aliquam rem mobilem, & dubitas an sit furtiua uel ui rapta. quod not.

a Rem furt *Emens rem furtiuam à fure debet eam restituere domino, etiam pretio sibi non restituto. l. in ciuilem. C. de fur. & ibi Don. quod uerum, nisi emeris à latrunculis uel hostibus. l. mulier inopi ff. de cap. Item nisi fuerit protesta us se emere nomine illius cuius interest. Adde casum l. latrones ff. de capti.*

Cautela pro obligato ad soluendum quantitatem magnam, quòd parua quantitate soluatur. XI

1 *Solutiones plures de aliquo debito singulatim facta, quum efficaciam habeant.*

SI quis hẽt soluere magnam quantitatem pecuniæ, & eam nõ hẽt integraliter, & uolet conficere instrumentum de tota integrali, & reali solutiõne, qa partes sunt in concordia, cautela est si uer. g. debes mihi mille, & non habes nisi centum, quod tu numeres decies illa centum creditori, & ille creditor postea tibi restituat, & deinde illa iterum soluas creditori tuo, & sic de singulis usq; ad cẽtum decies, ut probatur per tex. l. si quis duos. §. 1. ff. de sol. & ibi per Doc. & ita no. Pau. de Cast. in l. Mæuius. §. duobus. ad fi. ff. de le. 2. & subdit, quod dubium stat in hoc, si notarius nollet cõficere instrũm, ne de falso redarguetur, sed non

potest

poteſt ſed argui, teneatur modus prædictus. Et poteſt fieri ad tollendum oē dubium, ꝙ tot inſtrā adhibeātur, quot ſunt ſolutiones, & ꝙ unus notarius neſciat de alio, & maxime de hoc ſecundo poſſet eſſe maior expenſa propter inſtrumenta plura, quia ſecundū primum modum, unum inſtrumētum ſuffi ceret, ſed ſecundus modus tutior eſt.

Cautela ad euitandum infamiam in actione famoſa, uel in crimine. XII.

1 *Infamiæ quiſpiam quandoque non efficitur ex ſolo crimine, ſed demum ſecuta ſententia.*

Regulariter ille, q̄ conuenitur, & condēnatur actiōe famoſa, uel ex crimine, ex quo ſequitur infamia, efficitīfamis: ut in l. athletas. §. calumniator cum §. ſeq ff. de his, qui no inof. Sed cautela eſt, ꝙ non efficitur infamis, uidelicet, ꝙ ipſe litiget non ꝑ ſe ſed per procuratorem, qa tunc licet ipſe condemnetur, & eius procurator procuratorio nomine, iuxta l. 1. C. de ſent. & interlo. om. iud. tñ hoc caſu nec dñs, nec procurator efficitur infamis: ut probatur in l. furti. §. ſi quis alieno. per tex. & glo. ff. de his, qui no. inf. & ibi hoc not. Bart. & Doct. & no in l. infamē. de pub. iud. Alia cautela eſt, ꝙ reus ſoluat antequam lis cōteſtetur, ut no. Bart. ibi, qui dicit, ꝙ ſufficit ſoluere ante condemnationē. Alia cautela eſt tutior, ꝙ ſoluatur ſine mandito ipſius rei, ut not. Ang. de Are. in l. non poterit. ff. de fur. & l. ictus. de his, qui notan. of. ut eſt caſus in c. teſtimonium. extra de te

1 ſti. † Aliqñ quis non efficitur infamis ex ſolo crimine, ſed demum ſecuta ſentētia, ut eſt caſus in d. §. calūniator. & ideo ubi ex ſolo crimine nō infertur infamia, niſi ꝑ condemnationem, ſufficit, ꝙ illud ſoluat ante litiſcōteſt. uel ante ſententiam. & ita ſeruatur cōiter in illis, qui hñt condemnati in agendo, qa ſi ſoluant ante condemnationē, & anteq̄ legatur ſnīa in arengo, non efficiuntur infames. Sed ſi ex ſolo crimine, qñ de eo eſt con. feſſus, & conuictus, ſequeretur infamia, ut in d. c. teſtimonium. nō eſſet bona cautela, ꝙ ipſe reus ſolueret ante litem conteſt. uel ante ſententiā, qa per ſolutionem uſ reus confiteri crimen. l. ad ſolutionem. C. de re iud. & l. qm̄. ff. de his. qui no. inf. & ideo hoc caſu eſt neceſſaria cautela tertia, ꝙ aliquis ſoluat ꝑ eo ſine ſuo mandato, quod not.

Cautela quod ultra tertiam dilationem, poſſint teſtes produci. XIII.

1 *Dilationem ſi quiſpiam prorogauerit, non eſt noua dilatio, ſed eadem eſſe dicitur.*

Summus in cap. ultra tertiam. de teſt. in quo Doct. ponunt, ꝙ ſecunda dilatio non eſt danda, ſine cauſæ cognitione cautela, quæ huic materiæ conuenit, qñ quis in prima dilatione nihil ꝓbauit, aut reprobauit, ſed nō ſufficienter, nec fuit impeditus. & ſic non habet aliq̄ iuſtam cauſam petendi ſecundā dilationem, & ante quā dilabatur prima dila-

a tio, ꝙ petat eius prorogationem a † . Nam

1 eam prorogando, non fit noua dilatio, ſed eadem, ut l ſed & ſi manēre. in princ. ff. de prec. alias de dā. inf. poterit concedi, ſine cauſæ cognitione aliqua, ut not. Ang. in l. ſi. ff. de fer. & Spec. in tit. de teſt. §. nunc dicamus. uer. & hæc ſunt inargm̄. & idem not. Bald. in l. 1. in fi. C. qūo, & qñ iudex. & idem Paul. de Caſt. in d. l. 1. C. de dil qui dicit, ꝙ bona eſt iſta cautela, & ꝙ uidit ſemel bonę memorię do. Proſperum facere magnum feſtum de iſto c i cto, non tamen allegabat niſi Ang. & uos habetis mille ultra Ang. & Spec. & Bal. & Ang. quot not.

a Prorogati. *Dilatio ſecunda licet dari non debeat, debet tamen prorogari prima Pau. & Alex. in l ſin. ff. de fer. ubi dicit uerum ex cauſa leniori, ſed ibi raro dicit, quod imò cauſa requiritur. Prorogatio prima dilationis po eſt fieri ſine cauſæ cognitione. Bald. in l. 1 in ſi col. 5. uerſ modo quæro. C. quomodo, & quando iud. & Paul. de Caſt. in l. 1. C. de dil. quem etiam uide in conſil. 198. quod incip. ſi conſideremus, & uide Alex. conſ 20. in 2. pa. re. de citatione. §. 3. uer. & not. quòd ſemper. & tit. de excep. §. 1. in ſin. & in tit. de ſatiſd. § expeditis uerſi ſed pone. Agere uel agi, multipliciter capiuntur, ſecundum gloſſ. in authen hoc iui porrectum de ſac. ſan. eccl.*

Cautela pro filiofamilias, ꝙ non teneatur ex cōtractu, de quo alia tene. eiu. XIIII.

1 *Imperator quando Romæ coronam recipit, ex conſuetudine urbis præfectum ab omnibus ſuis debitis liberare debet.*

Scis ꝙ filius f. obligatur ex quolibet contractu excepto mutuo, in tm̄ ꝙ poteſt cōueniri, & ēt incarcerari, ſi non ſoluat, ut hr

in

in l.3.§.se l utrũ.ff.de mi. Sed cautela est, ne ipse possit incarcerari, & ne ipse teneatur in solidum. sed solum in 1m̃, inquantum facere potest, uidelicet ꝙ a patre emancipetur. nam filiusfam. qui prius solidum tenebatur, nunc per emancipationem nõ tenetur, nisi in 1m̃, inquantum facere potest, ut est casus not. in l. fin. ff. quod cum eo. & in l. si ex alio. C. eod. tit. & ibi, hoc no. Bal. & idem no. Io. de Plat. Insti. de actio. §. sunt præterea. ad fi. Sed hoc fallit, qñ filiusf. esset debitor ex delicto, ut est tex in l. sed si ex parte. §. quanquam. ff. quod cũ eo. & no. gl. in d. l 3. Fallit secũdo, qñ post multos annos conueniretur, ut est tex. no. in d. l. sed si ex parte. §. pen. quod perpetuo no. & tenementi. Fallit & tertio, qñ filiusfam. contraxisset multa debita, & postea incontinenti fecit se emancipare: & sic contraxit di cta debita in fraudem, nam emancipatio eũ sequens, non iuuat eum. & pro hoc allego tex. in l 1. §. 1. & quod ibi sing. no. Bal. si quis
1 testa. li. 6. esse iusf. fue. † ubi dicit, quod de con suetudine est, qñ Imperator recipit coronã Romæ, ꝙ liberat præfectum urbis ab omni bus debitis suis. & si præfectus sciens aduen tum Imperatoris, contraxit multa debita: Imperator non tenetur eum liberare ab illis. Item ad hoc allego text. in l. omnia. §. cũ ita legatur. ff de le. 2. & l. contra legem. & quod ibi no. per Doct. ff. de legibus.

Cautela, quod dominus non possit ratificare gesta per suum illegitimum procuratorem. XV.

1 *Ratihabitio domini gestorum procuratoris superueniens, quo casu nihil operetur*

Licet regulariter gesta ꝑ procuratorem qui non habet mandatum, idem si habet, sed non sufficiens, possint per dñm ratificari, ita ꝙ ualeant. l. licet. ff. de iu. 1ñ cautela est. ꝙ non possint ratificari, uidelicet, ꝙ aduersarius a principio protestetur, ꝙ nõ intẽdit cum ipso litigare, nisi si. & inquantum hẽet legitimum mandatum, & sufficiens. nã hoc casu, si habeat mandatum sufficiens, uel
1 nullũ habebat, † ratihabitio dñi superueniẽs, nihil operatur, ut est casus ẽm unũ intellectũ in l. si quos. §. alieno. ff. de dam. infec. ẽm Ludo. de Rom. in quodam suo singulari, quod incipit, quæro nunquid gesta per falsum procuratorem. in fi. & ita tenet Ang. in d. §. alie. no. & Bald. ibi in Apostil. & ita allegaui opt me alias, & obtinui in ciuitate Veronen.

Cautela, quod inuitus nõ compellatur quis ad tutelam. XVI.

1 *Fideiussorem qui non recipit, regulariter a tutela excusatur.*

Ne quis inuitus cogatur suscipere tutelam, etiã si non habebat aliquam excusationem, cautela est, ꝙ faciat, seu procuret, quod non reperiatur aliquis, qui uelit fideiubere ꝑ eo pro prędicta administratione. nã
1 prædicto casu excusabitur a tutela, † quia ille, qui non reperit fideiussorem, regulariter, excusatur a tutela, ut l. si is qui tres. & l. quis inter. §. imperatur. ff. de excus. tut. & ita not. Bal. in l. i. in fi. & d. l. 2. quod cum eo. Aduerte tamen, quia si detegeretur, quod hoc procurasset. non excusaretur

Cautela ad ualidandum iudicium agitatum cũ procuratore, tutore, curatore, uel syndico. XVII.

1 *Sententia quo casu ius inter partes faciat:*

Nota cautelam, ut si uelis, quod iudiciũ cũ procuratore, uel tutore. uel curatore, uel syndico. uel aliis huiusmodi personis firmũ sit: oppone quidquid potes cõtra eos ab initio, & fac quod iudex pronunciet illas personas admittendas, non obstantibus exceptionibus oppositis contra eas, & sic postmodum non reuocabitur iudicium, ne agẽs cum eis, uideatur iudicis auctoritate conuenire. hæc cautela probatur. C de his. q ue ǽta. impe. l. i. in fi. & C. qui admit. ad bon.
1 pos. l. liberorum. † sententia enim talis facit ius inter partes. extra de re iud. c. cum inter. tene menti. ista sunt uerba Spec. in ti. de exc. in 2. parte. §. nunc uidendum. uer. ante p. qui incipit, in summa no.

Cautela ad concordiam, quod utamur uerb. Peragere. XVIII.

1 *Quæstio pulcherrima disputata per Guid. de Suza contra Oldr.*

2 Verbum agere, uerificatur per litis contesta. l. amplius non peti. ff. rem ra. ha. sed

sed uerbum.Peragere, requirit decisionem, ut probatur in l.quinquaginta.ff.de excusa. tuto.& ideo dicit ibi.Nico.de Neap. secundũ
1 Guido.de Suza.†quod facit ad quæst.Bono. habuerunt quæst.cum Mutinẽsibus,quia uicissim una pars ab alia petebat 30. milia florenor.factum fuit compromissum inter eos. Guido.de Suza.qui tunc erat Mutinæ, fecit poni in instrumento,quod si Mutinẽses causas suas infra tres mẽses non peragerent &c. post lapsos tres menses,quod debebant facere propter uerbum.Peragerent,ita in instrumento positum argu.d.l.quinquaginta.& l. 2.ff.de adul.& contra Bononienses uolebãt opponere Mutinẽses,quod ipsi non poterãt agere.ad quod ipse respondit,quod actio eorum esset salua,quia agere quis dicitur litẽ contestando,ut in l.amplius non peti ita obtinuit contra Oldr.& teneas cordi,quia quãdo facis aliquod cõcordium,tu potes uti ista cautela.ita dicit do.Nic.de Neap.in d.l quinquaginta.ff.de excusa.tut.& Gui.de Suza.in d.l 2.ff.de adul.

a Agere.*Agere dicitur quis post litem contest.non ante.quia dicitur agere uelle.Vide Spe.*

Cautela ad excludendam uel causandam simulationem contractus. XIX.

1 *Contractus quando inscriptis celebrari dicatur.remissiue.*

SI contractus uẽditionis,uel alius celebretur sine scriptura,simulatio potest proba-
a ri per testes.Sed si in scriptis a sit contractus celebratus,non potest probari contractus ꝑ testes.ita no.Bar.notabiliter in l. generaliter. & ibi per Doct.C.de non nu.pec.& ideo cautela est,ut uenditio,seu cõtractus fiat in scriptis,ut de d.simulatione facile constare pósit,hoc non dico,ut utaris in malã partem. Sed qñ essent ueri contractus,& dubitaretur ne aliquando possis opponi de simulatione, tunc facias.quod cõtractus celebretur in scri-
1 ptis.†Quando autem dicitur contractus celebrari in scriptis,hř ꝑ tex.glo. Cyn.& Doct. in l.contractus. C.de fide instr & de ista cautela uide.quod plene dixi in tractatu meo,de simulatione contractuum.

a Inscriptis. *Simulatio contractus in scriptis celebrati non potest probari per testes.sed celebrati sine scriptis, sic,uide Cyn.in l.generaliter.C. de non nu.pec.facit gl.in uer.in scriptis. & Doct. in l.contractus.de fide inst.Bal.in l. multum in 1. colum in uer.sed quomodo probatur.C.si quis alteri uel sibi. Doct.mod & Pet de Suz in l in exercendis. C.de fide instru.in l.cum precibus de probatio Bald plene in l.1 in 2 col. in uersic denuo quaero. C plus uale. quod agi.*

Cautela ad prorogandum tempus introductũ, a statuto in præscriptione. XX.

1 *Instrumentum quo casu.ui iuramenti executionẽ paratam habere po.erit.*

SI ex forma statuti,uel iuris debito, uel actioni debitæ præscribatur aliquo tẽpore breui,uel etiam 10 uel 20.annis,cautela est quod etiam debitum,uel actio ꝑpetueł usq; ad 30.an.ad uidelicet,qđ creditor faciat opponere ꝑ debitorem q cõfiteał ꝑ suum iuramentum se esse ꝑ debitorem in tanta quantitate,qa hoc casu ꝑpetuabił ita dicit Bar.& Ang.in l.nã & postea.§ si is.ff.de iureiur.ꝑ il
1 lũ tex.†liẽ iuřm illud ẽt aliud opabitur,unde licet ꝙ tale instřum poterit executioni mandari,& sic habebit executionẽ paratã ut not. Bar.in l..2.in fi eo.ti.q dicit.ꝙ miratur.quod consuetudo hoc seruet & uide circa hoc Ma. de Mat.in 11.suo notabili,ubi idem tenet.

Cautela ad priuandum filium a legitima. XXI.

1 *Cessione quando non apparet de reali solutione,sed cedens solum confitetur solutum,ipsa cessio simulata præsumitur.*

2 *Difficile est filium legitima sua priuare.*

PAter uolens excludere filium a legitima sua,& sibi retinere bona donec uiuit,cautela est,quod uendat alicui bona sua. & promittat tradere ea post mortem suã scilicet uendentis,nam tale debitum quod habet effectum post mortem promissoris censetur æs alienum,ut l hæreditariũ.ff.de bon.auth. iud.pos.& ideo erit detrahẽdũ anteq̃ legitima filii.l.Papin.§.4.ff.de inof.test.Si tñ appareret de fraude,filius posset rescindere uenditionem ꝑ sua legitima,de quo ꝑ Bart.in d.l. hæreditariũ.& ita dicit Io.de Pla.Inst de inuti. stip.§.nẽ si qs.ad fi.ubi.subdit,an sufficiat si pr̃ confiteał se pretiũ recepisse,& uř ꝙ non quo ad præiudiciũ filii nisi appareat de reali receptione.arg.auth.sed iã necesse.cũ ibi no. C.de do.añ nup.arg.ꝑ illud qđ no.Bar.ĩ l.ꝑ diuersas.C.man.†ubi dicit.ꝙ quando incessione

sione non apparet de reali solutione, sed se-dens solum confitetur solutum, cessio præsu mitur simulata. facit pro hoc qd' no. in l. post
2 contractum. ff. de do. †Difficile est priuare si liũ sua legitima sine causa, uel ponere aliq̃ dilationem in ea, ut l. qm̃ in priorib. C. de inof. testa. in §. causas. in auth. ut cum de appe. cog. Tamen cautela est, ut pr̃ instituat filiũ hæredem in omnibus bonis, & quod alii alteri relinquat usumfructum omnium bonorũ: nã ualebit talis ususfructus relictus, & filius nõ poterit se grauatũ dicere in legitima, ut est gl. no. in auth. de tri. & semis. §. prohibemus, quæ ẽt ponitur in fi. sui unã aliam cautelã priuãdi filium legitima sua, quando habet solos seruos in hæreditate, & eos manumittat. ista est uera cautela, quãdo nuda proprietas à legitima si ii sibi tm̃ ualeat, quãtum ualet ususfructus sine legitima. Sed si minus ualeret. tũc filius ĩpugnare posset tale legatũ, q̃a nõ potest in sua legitima grauari, ut d. l. qm̃ in prioribus. ita tenet An. ĩ d. §. prohibemus. ad qd' adde Bar. in d. l. hæditarium. de bo. au. ctor. iudi. possess. & quod dixi in præcedenti.

Cautelæ pro uasallo, uel emphyteota, ut possint rem alienare, ecclesia, uel domino irrequisitis. xxii.

1 *Prima protestatio in iudicialibus nihil iuuat.*
2 *Protestatio cõtraria facto protestantẽ non releuat.*
3 *Vendens fructus domus pro centum annis, an alienare uideatur.*

Consiliũ siue cautela, quando uasallus uel emphyteota ecclesiæ uult uendere uel alienare, illud quod recognoscit à prælato ecclesiæ, quando prælatus scit, & consentit. & primum consilium est, ut uendat uel alienet cum consensu prælati, & totius capituli, & uendat ea lege, qua ipse habet, & æquali pretio, ut in c. 2. de l. Corradi. in usib. feud. hoc acto in cõtractu ante, & post, quod emptor uel acquisitor debeat illud ab ecclesia cognoscere, & sibi seruire pro eo, & uenditor uel alienans dẽt refutare. ar. c. i § 1. in titul. qualiter olim feud. pot. alie. & secundum hoc emptor uel acquisitor erat successor & uenditor, uel alienãs tenebitur de euictione, & ecclesia nõ erit læsa, secundum Iac. de Belui. in titu. de his qui feuda. pos. in prin. & refert Iac. de Alua. in c. 1. §. fi. qui incipit, denique. in 4. col. ante fi. in uer. quare in prædictis quæstionibus. in titu. quæ fuit prima causa benefi. amit. in usi. feu. cui adde, quod dicãm in seq̃ti. Secundum cõsilium est. & hoc in usu magis frequentatur, quod uasallus uel emphyteuta, qui uult uendere, non uendat, sed refutet prælato feudum, & ipse inuestiat eum, q̃ empturus est prælato consentiente, & tunc post refutationem uasalli prælatus ipse inuestiet eum, q̃ empturus est, & ipse recognoscere debet feudum ab ecclesia & fidelitatẽ facere, & si timet euinci ĩuestitus, casum euictionis stipulari potest à uasallo, qui uendidit de indemnitate, sua, prout fuerint incon cordes, & istud consilium cum præcedẽti potest trahi etiã ad uasallos laicorum, & secularium personarum. ita dicit Iac. de Bel. in titu. de his qui feu. da. pos. in prin. & Iac. de Alua. in c. i. §. denique. in fi. 3. col. uers. sm̃ consiliũ est. in ti. quę fu. pri. causa be. amit. Cõsilium siue cautelã, quãdo uasallus siue emphyteuta uult uendere, uel alienare feudum uel emphyteusim, irrequisito dño. Primum consilium est, quod uasallus, siue emphyteuta uẽdat, uel alienet saluo iure domini uel ecclesiæ, & quod in instrõ dicat, saluo iure domini, uel ecclesiæ, alias cadet et à iure suo. ita in effectu uult Bal in c. i. § donare. in ult. col. in tit. qua lr̃ olim feu. pot. alie. & uide Bal. in titu. de pace Cõstã. in §. libellare. in 25. col. & in l. fi. C. de iut. emph & Iac. de Alua. in c. i. in prin. ante pe. col. in fi. de proh. feu. alie. per Fede. Sed idem Bal. in §. si in 3. col. in uer. sed pone partis. ita dicit in ti. quæ fuit prima cã benefici. ami. licet sit dictum, saluo iure dñi, uel ecclesiæ, ĩde tñ si processum est ad traditionẽ sub illa forma, quod illa uerba non releuant. quia cum nõ sit denunciatum dño clam uĩ fieri, & per consequens dñs contemnit. † Item in
1 iudicialibus non iuuat protestatio. quid si adiiciat ista uerba, nec aliter nec alio modo, q̃a tunc nihil uidetur actum fore, nõ pderet feudum uel emphyteusim. nam cõstat, quod intendat alienare, nisi possit hoc saluo, & non aliter, iuxta notata in simili l. si quidẽ. C. de exce. & ff. fami. her. l. item Labeo. § i. & ff. de manu. test. l. si quis locu ples. & licet ista cautela uerborũ uideatur bona, tñ Bal in l. unica. in 16. q. C. de his, q̃ pęnę no. tol. uĩ cõtrarium dicere. ubi dicit, qd' licet uasallus dicat Vẽdo & trado, reseruato cõsensu dñi, & aliter non protestet, nõ releuat: quia in ipso facto requiriĩ licẽtia, & q̃a tradõ est facti, & sic fa

ctum est cōtrariū ꝓtestationi. uñ qñ est de furio cogitatum, nō excusat delictū. l. iubemus. C. de sic. san. uñ non alienatio. & quāuis Bal. in d. l. unica. nō dicat, saluo iure dñi, sed reseruato consensu dñi, tñ in effectu illa uerba in idem tendunt & uide de hoc Card. in c. 2. extra de feu. & Iaco. de Alua. in c. i. in pen. col. in tit. q̃ fuit i. causa. benefi. amit. Vnde ex prædictis patet, ꝙ prædicta cōsilia nō uideantur esse tuta. Alii apponunt aliud cōsiliū, uidelicet ꝙ uasallus uēdat uel alienet, saluo honore dñi, ꝑ ea q̃ dicta sunt supra saluo iure dñi, tñ cōtrarium est uerum. f. ꝙ illa uerba nō releuēt, qm̃ ꝑꝑ istam alienationē uasallus feudo priuetur, ut singulariter no. Host. ut refert But. in c. eam te. de iureiur. & idem tenet Lud. de Rom. in 393. singulari, quod incipit: Tu habes ꝙ uasallus. q. d. qđ

1 ideo est: † qa ꝓtestatio contraria facto non releuat protestātē, ut in c. solicitudinē extra de app. & in c. cum M. Ferrariensis. extra de const. & l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. & plene ꝓbatur in l. non solū. §. morte. ff. de noui. ope. nūcia. Requiritur. n. consensus dñi in alienatione feudi, primo ut recognoscat in superiorē, & ne sibi ꝑiudicet, ut in c. i. de alie. feud. facit ēt tex. in l. debitor. ff. quib. mo. pig. uel hypo. sol. Daē ēt per aliquos aliud cōsilium, uidelicet ꝙ uēditio uel alienatio fiat sub ista conditione, uendo uel alieno tibi, si & in quātum de iure possum, & nō aliter. quo casu licet sequat̃ traditio, tñ uasallus alienās nō cadit à feudo, ſm Iac. Arison. de Bar. Veronēse, in sua summa, qui bus mo. feu. amit. sub rub. si uēdat sub cōditiōe. ff. de acq. pos. si me in uacuā. post prin. & l. q absenti § 1. & ff. de ui arma. l. cum fundus. C. de episc. audi. qđ est uerum secundū Bal. in c. i. §. hos quoque. in pen. col. in tit. de suc. feu. quādo captio domini posset interuenire ꝑ corporalē traditionē, ut puta castri: qa uix dominus posset recuperare, qa dolus esset in traditione, q dēt purgari ꝑ amissionē feu. ff. de dol. l. & eleganter, & ita dicit se ibi cōsuluisse. & ita ēt tenet Iac. de Au. in c. i. in prin. pe. col. circa prin. uer. q̃ro quid si uasallus uēdat. in ti. de prohi. feu. alien. ꝑ Fcud. in usi. feu. D. ē alterius aliud cōsiliū, uidelicet ꝙ uēdat sub cōditione, si domino placuerit, ꝑ l. si qs locuples in fi. ff. de ma. test. & ff. q & à q. l. 5. in prin. ita dicit p̃fatus do. Iac. de Arisoni de Barolo, in sua summa. in d. ti. q. mo.

feu. amitta. in rubricella, si uendidit sub conditione. & Bal. in c. i. §. æque. in pen. col. in ti. de suc. feu. & Iac. de Alua. c. i in princ. in pe. col. in ti. de prohi. feud. alie ꝑ Fed. in usi. feu. Bar. ēt dat aliud cōsilium siue cautelam. f. ꝙ dicatur instrō hoc modo: Vendo uel alieno tibi, si non reuocauerit dominus. alias sit inempta ita dicit Bar. in l. si quis locuples. ff. de ma. test. Posset dari & aliud consilium, quod emphyteota uel uasallus uēdat perceptionē fructuum per se, & suos hæredes, quo casu non uidetur, qđ cadat à iure suo qa cōcedit uel uendit ipsam ꝑceptionem fructuū, quæ est quid facti, non autem suum ius uendit. f. uide uel aliud, ut probatur in l. necessario. §. si coniunctā gl. in uer. suum sit. hoc est ꝑceptionem fructuū. ff. de peri. & commo. rei. uendi. & ꝑ tex. gl. in l. arboris. §. usufructuarius. ff. de usufru. & per id quod no. Bar. in l. cotē ferro. §. q maximos. ff. de publica. & in l. Aquil Regulus. ad fi. ff. de don. & hoc uī tenere Arch. 89. dist. indebitū. in princ. & istud uidetur tenere Bar. in l. codicillos. in l. institu

5 to. ff. de le. 2. † ubi dicit, quod uēdens fructus domus pro centū annis, non uī alienare. de quo ibi uide. Sed aduerte, quia secundū consilium non uī bonum, quando uenderentur fructus pro lōgo tempore, sed solum quādo uenderentur ad modicum tēpus, quia tunc non est alienatio, secundum Bal. in l. uoluntas. uers. sed quid si uasallus. C. de fideicom. Item istud cōsilium licet uideatur tutū, saltē quando pro modico tēpore fructus uendunt̃, tamē nō credo. qđ sit tutū, si esset uasallus ꝑ aliqua decima, qa cū in laico non possit cadere decima, nec ius decimandi, sed solū quedā facultas potius percipiendi fructus in re decimali, iuxta ea, quæ habentur in c. causam. de præsc. & c. ad hec. & c. quāuis. extra de deci. 16. q 7. c. i. unde hoc casu, si uasallus uenderet totum illud, quod haberet in re decimali, siue in decima, quia nihil hēt nisi illā perceptionem, & sic perinde est, ac si uenderet omne ius, quod habet cogita tamen. Ex prędictis alias dedi aliud consiliū, uidelicet quòd omnia supradicta consilia simul iunguntur hoc modo, uidelicet uendo uel concedo fructus, uel ipsa ꝑceptionē fructuū, q̃ est facti, ut dixi in præcedēti cōsilio, cū hoc, si domino placuerit, uel si dominus nō reuocauerit, & sic saluo & salua iurisdictione, & honore, & cōsēsu dñi, & si de iure possunt,

possunt, nec aliter nec alio modo, si aũt dño nõ placuerit, vel ipse nõ cõsenserit, vel reuo cauerit, vel de iure nõ possum, res sit inepta, vel vẽditio, vel alienatio sit irrita, & ipso iur. nulla, & ista caut. erit tutissima, & iõ not. cã.

Cautela, quòd non obstãte l. commissoria, quæ in pignoribus improbatur, pignus efficiatur creditoris. xxiii.

1 *Creditor in instrumento debiti pactum apponere non potest.*

1 a DEbes† scire, ꝙ creditor a non potest apponere in instro debiti pactũ hoc, videlicet ꝙ si nõ soluatur ad certum tempus, ꝙ pignus detur in solutum ipsi creditori pretio, quo ipse creditor voluerit, vel æstimaue rit. in toto ti. de pac. pi. & de le. cõmi. in pig. rescind. Modo, hoc modo põt adhiberi vna no. cautela pro vsurariis, ꝙ faciant fieri contractum. & apponatur pactum, ꝙ debito ad tempus non soluto pignus detur ei insolidum iusto pretio æstimando arbitrio talis, vel talis, quos nunc eligimus in arbitratores, & bonos viros. qđ no. qa laudabilis est cautela: nã alii arbitratores illius vsurarii erunt amici, & facient æstimationem ꝓut ipse vsurarius voluerit, & hoc ꝑ tex. in l. si fundus. §. fi. ff de pig. & ita no. Ang. ibi. Hãc aũt in cautelã no. nõ ut ea utaris ad malũ, sed vt scias cognoscere, si alı° uellet vt malitia, ut euites.

a Creditor. *Creditor an & quando potest sibi retinere rem debitoris pro debito sud. Bar. in l. si non indu Ets. C. in quib. cau. pign. taci. contra.*

a Cautela pro tutore a quando celebrat contractum nomine pupilli. xxiiii.

a Tutore. *Tutor debet facere tanquam tutor, quod facturus est l. si quis. § 1. & ibi Barto. in uer. sed & si tutor ff in. fol.*

1 *Tutor coniunctorum ratione dolus, uel culpa abesse præsumitur.*

1 RAtione † consilii coniunctorum præsumitur a tutore abesse dolus vel culpa ar gu. l. etiam. C. si tu. vel cu. interue. secundum Bal. in l. Polla. C. de his q. vt indi. & ideo tutor sit cautus, & quando aliqd facit ꝓ pupil. lo, de quo dubitat, ne postea ipse vel hæredes eius teneantur, ꝙ faciat illud cum consilio coniunctorum pupilli, & hoc faciat scribere in instrumento, quod not. singulariter tu, qui vis esse tutor.

Cautela ad impediendum inquisitionem in criminali. xxv.

1 *Iudex quo casu potest de delicto inquirere, an debeas citare personam offensam ad sciendum, an accusare uelit, & sibi terminum ad deliberandum statuere.*

a TV scias, ꝙ iudex in causa criminali potest ꝓcedere ꝑ inquisitionem, a vt hr̃ in c. qualiter, & quando de accu. & in l. 2. §. si publico, & ibi per Bar. ff. de adult. & plenissime per Angel. in repeti. l. si vacantia. C. de bo. ua. lib. 11. † Sed dubium est nunquid eo casu, quo iudex potest de delicto inquirere, debeat citare personam offensam ad sciendum, an uelit accusare, & sibi statuere terminum ad deliberandum. Et dicas ꝙ sic, quia iudex nunꝗ põt ꝓcedere ad inquisitionem, nisi prius moneat perrsonam offensam, uel aliam, cuius interest ad sciendum, an uelit accusare statuendo sibi terminum, ad deliberãdum, vt est gl. in c. presbyter si à plebe. 2. q. 5. de qua fecit festum Bal. in l. senatus C. qui accu. non pos. & est magna cautela ad impediendum inquisitionem per iudicem, oppo nẽdo sibi, ut moneat ꝑsonam offensam, vel aliam cuius interest ad deliberãdum, statuẽdo sibi terminum si uelit accusationem prosequi, ita infra ad tempus potest aliquid poni facere. & ita ẽt tenet Lud. de Ro. in quodã suo singulari, qđ incipit. de doctrina iniqui.

a Inquisitionem. *Inquisitio non tollitur si offensus uelit accusare pœnitendo, quia prius dixit nolle accusare. Bald. in l. accusatorem. 2. colum. C. qui acc. non poss. & in l. ea quidem, pe. col. de accusa. & Alex. in l. si maritus ff. de adul.*

Cautela quòd causa non exeat de manibus iudicis. xxvi.

1 *Appellationis causa delegari potest.*

CAutela, ꝙ aliqua causa non exeat de manibus dñi potestatis, ad dominium Venetorum, vel de manibus episcopi, ad Archiepiscopum, est ꝙ Episcopus uel ptãs deleget causam, & si appellatur à sententia lata per delegatum, appellatur ad ipsum Episcopũ, uel potestatem delegantem, qui iterum delege get, quod põt. † quia causa appellationis po

 test

test delegati vt l. cum post sententiam. C.de appe l.& no. gl & Ang.in l.eos.in prin.eod. tit.& si iterum appellet ad ipsum Episcopū, vel potestatem, tunc ipse Episcopus, vel potestas possunt cognoscere, ne tertio loco liceat appellare, & sic per istum modum delegando bis, causa non exibit de manib. ipsius episcopi vel potestatis,& hoc tenetur Raph. Fulg.in l.eo casu.C.de appel.

Cautela pro debitore ad prolongandum solutionem debiti. XXVII.

1 *Promiserit si quispiam uel sit condemnatus alicui soluere id. quod debet ad certum tempus sub certa pœna, si debitum non fuerit liquidum, ne in pœnam incidat, quid agere debeat.*

NOta, quod vbi debitū non est liquidum, exemplū in eo, qui est iussus reddere rationē per iudicē uel arbitrū, & sub pœna & infra certū tps siue terminū.& sunt rationes intricatæ vt mercatorum, quod nō potest cōdemnatus videre an esset creditor vel debitor, tunc sufficit, quod condemnatus compareat,& dicat, quod calcularis & uisis rationibus dico me esse debitorem in uno denario, & ecce illum,& si appareat plus me debere, ecce fideiussorem pro residuo,& sic debet deponere vnum denarium & pstare fideiussorem de residuo. & erit securus.tex.est singularis secundum Dyn.in l.statuliberum. ff de statulibe.secundum Ang.q ita no. in l. quarta § ait prætor. ff. de reg. iur.q alle.aliā legē sociam in l.seruus si hær.§.fi.ff de statulibe. & vide omnino Ang.in l.si residuā. C.de distra.pig.& in l.2.C.debi.ven.pig. impe. non po.& in l.2.C.de usufr.leg.& Bal.in l.1. §. 1. in prin.4.col.in ti.de leg.Corra. in vsi. feud.

2 Et ex pdictis collige cautelam, † quod si aliquis promisit,uel est condemnatus alicui soluere id quod dēt ad certum tps, sub certa pœna, si debitum non est liquidum, dicat se esse debitorem in uno numero, & illum offerat in iudicio deponendo, & præstet fideiussorem,q se obligat de soluendo omne id, in quo apparebit ipsum esse debitorem,& petat, quod eligantur arbitri, & calculatores:quo facto, et si labatur terminus soluendi, non incidit in pœnam,donec debitum non fuerit liquidū, quod est no. p mercatoribus, & negotiorū factoribus. Aliquis emit vnam rem, & promisit soluere pretium sub pœna, vel simpliciter, non potest illud soluere, cautela est, vt excusetur, si non soluit, si vidit, quod venditor non est potens ad satisdandum, submittat amicum suum, qui litem mouerit.& petat, quod sibi satisdetur. nā si venditor nō satisdederit propter impotentiam, non tenebitur emptor soluere pretium, secundum Ange.qui ita no.in l.a.§. stipulatio dupl. ff. de præto.stipu.qui subdit, quod aduersus hanc fraudem est remedium duplex. Primum, quod emptor iuret de calumnia.arg.l.atqui natura.§.cum me absente.ff.de neg. gest.& idem no.Io.de Pla.Insti.de suspect.tu.§ si.uers.sed quæro qualiter.Sed dicit Ang.in d.§. stipulatio dupl. quod istud remedium hodie est derisorium, cum homines sunt ualde proni ad deierandum,& ideo solum remedium est si vēditor obiicit de calumnia, in examinatione iudicis est, quod non audiat emptorem, si uerisimiliter inspiciatur litem per calumniā motam.arg.l.fideiussor.cum gloss.in uer.sed erit.quę exponit.scilicet in animo iudicis.ff. qui satisd.cog.hanc tamen cautelam docui, ut non ea utaris ad malum.

Cautela, quòd quis non teneatur actione iniuriarum. XXVIII.

1 *Familiaris non tene ur de eo quod eius rectoris iussu fecerit.*

DVctus ad carcerem, vel ad alium locum uituperosum per militem, uel aliū officialem alicuius potestatis seu rectoris, pōt agere actionem iniuriarum contra ductores, vt probatur in l. iniuriarum. §.si quis.ff.de iniur.& ideo sit cautus prætor uel rector, si est oblatus libellus in actione iniuriarum cōtra aliquem de sua familia, elapso tempore ad dandum libellum contra ipsum de quo in l.1.C. omnes cau.tam ci. quam cri faciat reum conuentum articulare & probare, quod hoc fecit de mandato rectoris, & ipse etiam rector hoc cōfiteantur, quod fieri fecerit hoc p

1 officio exercendo.†Nam tunc familiaris nō tenebitur. quia debuit iussui rectoris obedire, per d.§ si quis quod no.in l. non uidetur. §.qui iussu.de re. iud nec etiam rector tenebitur ex quo est lapsum tempus syndicatus, licet alias teneret.& sic uterque erit securus & ita in effectu no.Angel.in d. l. iniuriarum §.si quis.ff.de iniuriis.

Cautela

Cautela, quòd ualeant gesta à minori parte uniuersitatis in collegio. xxix.

1 *Rector scholarium, si duae partes congregari noluerint, contumaces priuare potest, & tunc eorum uoces ex translatione penes alios erunt.*

IN uocibus & habet locum ius electionis, morte, priuatione, & suspensione, & ideo, qui nolunt congregari, potest eorum uoces suspendi, & priuari, & sic non erunt de numero electorum, si sunt suspensi ex iusta causa, puta per contumaciam. extra de const. c. ex literis. ff. de fideic. liber l. si legatario. §. f.

1 †Et sic potest facere rector scholariũ, si duae partes nolunt congregari, priuet contumaces, & tunc uoces eorum erunt penes alios, uel ptãs uocum ex translatione, quia ista est priuatio, nõ trãslatio, & sic rector facta uniuersitatis expediet. ita not. dixit Bal. in l. unica. in ult. q. C. quando non pe. partes.

Cautela, quòd quis non possit accusari criminaliter. xxx.

1 *Pax quando amicorum interuentu inter rixantes facta fuerit, ne possint criminaliter accusari, libellus ciuilis produci debet.*

TV debes scire, quod ubi pro eodẽ facto potest criminaliter, & ciuiliter ad uindictam agi, si actũ est in uno iudicio, in alio nunquam agi põt, secus si non sit actum ad uindictam ciuilẽ, sed ad prosecutionẽ rei familiaris, quia tunc exactione facta, ex una uia, non tollitur alia, ut probatur in l quod senatus. ff. de iniur. coniuncta l. 2. §. i. ff. ui bo. & not. Ang.

1 in d. l. quod senatus. † Et propter hoc tu sumas cautelã, quando inter rixantes interuentu amicorum facta est pax. nã ut nõ possit criminaliter accusari iniuriam ferens ex magnitudine, & ex grauitate poenae, & ut ita dixerim de solerti, remediũ est, quod proponatur, seu pro-

a ducatur libellus ciuilis a ad uindictã. Nã lata snia super ea non põt accusari criminaliter, ut not. Ang. in l. praetor. § si dicatur. ff. de iniu. quod est ualde not. melius tñ faceret iudex praeueniẽdo in procedendo criminaliter ad uindictã publicã, uel inquisitionem, iuxta no. in c. qualiter & quando 2. de accus.

a Libel. ciui. *Libellus in actione iniuriarum ciuiliter mota formatur sic: Vellem potius perdidisse mille ducatos, quam pati talem iniuriam. Cy. & Doct. in l. si non conuenit. C. de iniur. & per Bar. & Bal. in l. iniuriarum. ff eo. tit. Lanfran in tract. de arbi. 4. parte 1. col. & hoc tenet Car. in Cle. 1. § ciuitas. de poenis. ubi etiam dicit, quod index po[illegible] taxabit. 2. q. 1. inprimis 3 q. quod fieri. Inst. de iniu § datur in Spe. e. ti uer. in hac. uide tamẽ Alex. cons. [illegible] 2. par.*

Cautela, quòd non facta excussione contra debitorem, possit fieri contra debitorem debitoris. xxxi.

1 *Debitor quando constituit se tenere & possidere nomine creditoris omnia bona sua, si ipse debitor aliquam rem suam alienauerit, creditor contra possessores agere poterit, nulla excussione ex condictio ne facta.*

REgulariter quis non potest agere contra tertium possessorem uel debitorem debitoris, nisi facta excussione, ut habetur in auth. hoc si debitor. C. de pig. Sed cautela est, quod possit agi contra debitorem creditoris, per creditorem non facta excussione etiã hoc modo, uidelicet quod creditor idemque debitor mandet, & cedat suas actiones suo creditori, nam tunc ut procurator in rem suã habebit exercitium directorum, contra quas talis exceptio excussionis non factae nõ poterit opponi. & dicit Cy. in l. 2. in fi. C. quando fis. uel pri. quod ad eas mandandas poterit cogi, per l. si conuenerit 2. in prin. ff. de pig. act. Et ideo sis cautus, quod in instrumento obligationis bonorum facies adijci, quod ex tunc mãdat tibi, & cedat actiones cõtra suos debitores, faciens te procuratorẽ in rem tuam, ita dicit no. Saly. in l. nomẽ. circa fi. pe. q. C. quae res pig. obl. pos. & dicã in cautela seq. In praecedẽti cautela dictũ est realiter requiritur excussio, & ibi dedi unã fallentiã cum una cautela.

1 †Sed nunc adde aliã, uidelicet, quod debitor cõstituat se tenere, & possidere nomine creditoris omnia bona sua, iuxta no. in l. quod meo. in prin. ff. de acq. poss. & l. ab emptione. ff. de pac. uel se constituat possidere precario nomine creditoris, iuxta l. interdũ. ff. de acq. poss. tunc si debitor alienet aliquam rem suã, poterit creditor agere contra possessorẽ nulla facta excussione, non dico hypothecaria, sed condictione ex l. fi. C. de acq. poss. & etiam nõ excussis aliis, si plures erant ad idem debitum obligati, secundum Iac. But. in auth. hoc si debitor. C. de pig. & ibi etiam ponunt Doct. & idem sequitur. Ang.

& Raph. Cu. & Imo. in l. exitus. de acqui. pos. & Ang. in d. l. fi. & in c. cum uenissent. de eau sa pos. & proprie. & in repertorio suarū cō clusionem, in uer. excussio. & Flo. in d. auth. hoc si debitor. & Ang. de Are. instit. de act. §. item si quis in fraudē. Preterea semꝑ sis cau tus, ut apponi facias ī fi. cuiuslibet instrī ubi est obligatio bonorum, ut adiiciat q̄ bona di ctus debitor, uel dictæ partes constituerunt se tenere & possidere omnia bona sua usq; ad plenā & integrā satisfactionē: qa hoc ca su nō erit opus excussione. & ita uidi sæpius iudicari, & ita in ciuitate Veronæ practicat.

Cautela ad impediendum rei alienationem. XXXII.

1 *Parentes qua uerba concipere debeant, quando uolunt prohibere filios alienare.*

a Multi sunt modi prohibēdi alienationē alicuius rei, ita qd̄ ualeat & obscure tur prohibitio cū effectu, & unū mo dum, siue cautelā uidimus supra. Sed nunc adde aliā, uidelicet ꝙ dicat relinquo, uel ucn do, uel dono, uel concedo, uel relaxo tibi talē rem cum hoc pacto & conditione, ꝙ tibi nō liceat alienare, & si ad aliquem actū alienationis deuencris, tunc dn̄ium ad me reuerta tur, uel ad tertium, & in eo casu, ut ex nunc prout ex tūc constitues te meo nomine, uel tertii possidere: nam isto casu non expecta bo, ꝙ perfecte alienes, sed cum incipies alie nare, statim redit ad me uel trāsit ad tertiū. & ita tenet Bar. in l. qui habenti. §. i in fin. ff. de acqui. possess. & l. filius mulieris. §. diui. ff. de le. i. & l. si ita quis. §. ea lege. & ibi per An. & Raph. & Imo. & Doc. ff. de uerb. obl. & ꝑ Ang. de Are. Insti. de act. §. itē si quis in frau-

1 dem, † quod no. quia sæpenumero parentes prohibent filios alienare. ut scias qualiter debes concipere uerba.

a Prohibendi alenatio. *Prohibitio alienandi facta per testatorem hæredibus, quādo ualet, in l. pater. §. Iulius Agrippa & §. quindecim. & ibi Dy. de le. 3. in l. filiusfa. §. diui. & ibi Bar. de leg. 1. & Abb. in c. Rainal in 6. col. in princ. in gloss. in uer. uenira parte de test. Old. cons. 204. incip. prima dubitatio. & spec. de proprie. §. 1. uer. est & alia utilis rei uē dicatio in positionibus rei, & ualet etiam si fiat in perpetuum, ut ibi, & Alex. in l. si non ser. §. si certum. de condi. inde.*

Cautela pro iniuriato, si uult agere actione iniuriarum. xxxiii.

1 *Iniuriatus casu quo pro uindicta iniuriarum actio ne agere non possit, potest tamen agere l. Aquil. actione ad damnosam satisfdationem.*

Sciant omnes, quia si alicui est facta in iuria animo iniuriandi, potest agere actione iniuriarum iniuriatus realiter, ut habetur in toto in ti. de iniu. ff. & C. Inst. & maxime in l. si non conuitii. per Cy. & Doct. de iniur. Sed ista regula fallit, quan do ille, cui est illata iniuria malefactorē ac cusat, uel iudicem instigat, & sollicitat, qd̄ malefactor torqueatur, & dānetur ad uindi ctam publicam: quia tunc si fuit punitus ꝑ iudicem, non potest postea agere actione in iuriarum, pro iniuria sibi illata, quia fuit tor tus uel condemnatus per iudicem, satisfa ctum est iniuriæ suę secundum uoluntatem suā, unde uidetur illam iniuriam pro sui e mendatione remisisse. ut est tex. & ibi Bart. in l. sed si unius. in §. sed si ante iudicem. ff. iniur. facit tex. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. Vnde sis cautus tu iniuriatus, ꝙ aut tu non facias ista, aut si facias, protestetis, quod per hoc tu non uis tibi præiudica re, quin pro tuo interesse agere possis. actio ne iniuriarum. l. fi. ff. de iniur. & ita tenet ēt An. de Are. in suo tractatu maleficiorum, in

1 uer. necnon ad querelam, in pe. col. † Sed ad uerte, quod licet iniuriatus in casu prædicto nō possit agere actione iniuriarum pro uin dicta, tamen potest agere actione l. Aquil. ad satisfactionem dānorum. l. seruus meus. ff. de iniuriis, secundum Angel. in d. l. sed si unius. §. sed si ante iudicem. ff. de iniuriis. quod bene nota, quia de hoc fui sæpe interrogatus.

Cautela pro illo qui secure uult emere rem litigiosam, lite pendente. xxxiiii.

1 *Litigium non obest nisi litigantibus tantum, non autem extraneis.*

Debes scire, qd̄ res litigiosa efficitur per libelli porrectionem, & litis contestationem ita, qd̄ solet dici, qd̄ nō potest uēdi uel aliter alienari pendente lite, donec duret liti giosa. ut hr̄ in toto titulo. ff. de litigio. & C.

1 si tamen efficitur res litigiosa, † quia tale litigium non obest nisi litigantibus tm̄. & nō extra-

extraneis,ut est glo no.in l.1.uers.non poterant.ff.de litigio.unde si inter te & me cōtendatur de dñio alicuius rei,duo tertii non litigantes poterunt sup illa contrahere, nec eis obstaret uitiū litigiosi,& ideo sis cautus qñ uis emere rē litigiosem,ut non emas eā a litigāte de dicta re,sed quodā 3.sm Ang.q ita no.in auth.de religiosis. in prin.qđ not. est.

Cautela pro assessoribus potestatis, quod non patiatur scribi apud acta,quod de eorum consilio potestas criminosum condemnauit XXXV.

1 *Potestates terrarum si ferent sententiam iniquam de consilio iudicum de curia, qua pœna tenetur ipse potestas,& omnes alii iudices tenentur:*

QVando fit pcessus per dominum potestatem,uel alium superiorem,& fertur sententia,& dicitur sub examine iudicis maleficiorum,sicut communiter fiunt inquisitiones,& sententię, quæ hodie formantur per rectores terrarum dicuntur ita fieri per iudices,sicut per ipsos rectores , & ideo si iniusti tia facta fuerit,ita tenetur iudex maleficiorum,sicut rector.ita no. Ange. in authen. de litig.§.tamē.in fi.& pro hoc allego text.in §. qm̄ uero.in authen.ut nulli iudi.ubi Ang.dicit per illum tex.† q si potestates terrarum ferunt sententiam iniquam de consilio iudicum de curia,& quod qua pœna tenetur potestas,tenentur & omnes alii iudices,& ideo sint cauti assessores iudices maleficiorum & consiliarii,q nunq̄ in actis patiantur scribi, q sententia eorum consilio uel deliberatione ita lata fuerit, alias possent conueniri tēpore syndicatus,& eā pœnā sustinere,quā rector & ptās,ut dicit Ang.in d.§.qm̄ uero. Et sis cautus,qđ ēt ptereris, q tu non consentis,ne tacendo uidearis consentire, iuxta ea, q̄ hñr in c.nonne.de præsumptio.& Bart. & Doct.in l.quæ dotis.ff.sol.matr.

Cautela contra illum,qui dat operam, q legatum alteri iactum adimatur a testatore. XXXVI.

1 *Actio doli,uel in factum subsidiaria,quibus in casibus locum habeat.*

LIcet cum uerbis blandis sit permissum inducere aliquem ad ipsum instituendū hæredem.arg.l.fi.C.si quis ali.te.prohi. tamē si aliquis p suas suggestiones operatur , ut relictum alteri factum testator adimat, uel quia uolebat relinquere, & non reliquit , sicut de facto sæpe cōtingit in agnatis.qui tātum testatori persuadent, & bona sua , quæ pauperibus distribuenda reliquerat , relinquit eadem eisdem,tenetur tunc actione de dolo. uel in factum subsidiaria illis,quibus adem. ptum est,uel eius solicitudine non relictum ff.de doli excep.l.1.& tene menti,quia est sa sus quotidianus,ut dicit Ange.in d l.fin.C.si quis ali.ex quo tu sumas cautelā, quod si aliquis te instituit, uel aliquid tibi reliquit , & aliquis per suggestionem uel solicitudinem uel importunitatem curauit adimendum tibi relictum uel legatum,& sibi relinquendā, 1 quod per actionem doli uel in factum subsidiaria poteris petere ea,quæ tibi in testamento relicta sunt.facit l.1. & quod ibi no. C.de pe.bo.subla.lib.10.& not.bene,quia uidi semel de facto practicari.

Cautela quomodo ualeat statutum,q a sententia inferioris non possit appellari,ad superiorem. XXXVII.

1 *Partes in arbitrium compromittere possunt, & p hoc appellationi renunciatione.*

VIdistis in c.uenlens.extra de iureiura.q ciuitas,quæ recognoscit superiorē , uel alius princeps inferior non possit facere statutum.qđ a suis sententiis non possit appellari ad superiorem.& habetur per Bar.& Docto.in l.omnes pupilli.ff. de iusti. & iur. Sed nunquid possit adhiberi aliqua cautela.ut tale statutum ualeat & seruetur præcise? Dicas,qđ sic hoc modo,uidelicet quod oēs ciues & princeps inferior promittant,& iurēt seruare statutum prout iacet, & renūciēt appellationibus interpositis & interponendis in quacūque alia forma,pterq̄ in forma statuto concessa.C.de tempo. appel.l.fi.in fi.nā per pactum pōt renunciari appellationi, & causę,& scripturæ principali,de necessitate sapit nām appellationis.arg.ff.de suspe.tut. l.post finitā.& sic per statutū uallatū pacto pōt fieri plus q̄ per statutum simpliciter. & si dicatur,istud pactum fit p fraudē superioris,respondetur,qđ superior non debet hoc aspernari,si partes ad se inuicem cōponūt. ff.de noui operis nunc.l.1.§. post operis. † Nam & pñt partes compromittere in arbitrum.

trum, & per hoc renunciare appellationi, ut l. diem proferre. § stat. ff. de arbit. & uide gl. in c. ueniens. de iureiu. nec propter hoc dicitur derogari superiori, & ideo a simili ita dicēdū est in proposito ad hoc. C. de pac. l. post q̄ liti. & l. 3. C. de fide instr. & l. tale pactum. in §. qui procurauit. ff. de pact. & istam cautelam ponit in effectu Bal. in c. ueniens. quam bene notet, qui habet condere statuta uel reformationes i ciuitatibus uel locis recognoscentibus superiorem.

Cautela ad instituendum filium spurium. xxxviii.

1 *Spurius a defuncto aliquid capere non potest.*

2 *Spurius quamuis non possit ex patris re aliquid habere, tamen propter patris rem aliquid habere poterit.*

3 *Sub/itio in spurium facta quomodo ualere poterit.*

Nunc uideamus cautelas, quas multi conati sunt adhibere ut p indirectum parētes filiis spuriis, uel alias illegitime natis, hæreditates uel aliquid relinquere possint, ut hē per Bar. in l. si gener. ff. de his. qbus ut indig. & l. si is q duos. & ibi p Doct. ff. de liber. l. & p Doct. in l. in tempus in prin. ff. de hær. inst. & p Bal. in l. 1. C. pro soc. & plenissime, p excellentem Doct. Ludo. de Sardis de Ferraria in quodā suo libello de na. lib. & aliis illegitime natis seu de legitimationibus, in ult. char. & multas per ordinē collegit Vbertus, de Bob. Et prima est, si ueniens ab intestato pmiserunt spuriis nō attētare hæreditatem pr̄is C. de na. lib. l. 1. nam tunc spurius obtinebit hereditatem s̄m Vbertum. sed certe hoc non procedit s̄m præfatum Lu. quia si uenientes ab intestato non acceptarunt hæreditatem, applicatur fisco. ut d. l. i. Aduerte tū, aut illa hæreditas ex uolūtate. & iudicio pr̄is, est penes spurium. & tūc si uenientes ab intestato eā non acceptant, applicatur fisco. & ita loquitur l. 1. Aut ex uoluntate patris, & iudicio nihil peruenit ad filium per se uel per interpositā personam. tunc sequētes heredes uel uenientes ab intestato p̄nt mortuo patre re-
2 linquere donare, uel uendere spurio: quia hoc non reperitur prohibitum, nec est præsumptio fraudis. quia vñr potuisse de suo largiri. arg. ff. de iure. fisc. l. cum tacitum fideicōmissum. in fi. Et ita potest saluari, quod dicit Vber s̄m Lud. præfatum. Ego de hoc allego tex. cum gl. no in auth. quib. mod. na. effi. sui §. fina. col. 6. Secunda cautela est, ut instituas spuriū, & roges eum, ut alii restituat. & tunc si nollet sibi restitui, remanebit penes spuriū ff. de l. 2. l. cum ei. & ff. si quis alit. test. prohi. l. 1 §. sed & si legatū. ad Treb. l. cogi. §. qui solidum. s̄m Vb. & de hoc habetur in l. antequam C. de fideic. s̄m Lud. de Sardis. in d. suo tract. in fi. dicit, quod hoc non putat esse uerum, quia talis hæreditas est pro non scripta. C. de hær. inst. l. i. & ideo pertinet ad uenientes ab intestato. ut ibi no. & in l. 3. ff. de his, quę pro non scri. Sed tu dicas, quod si ille, cui debet fieri restō per spurium, non uult acceptare restōnem ipsius spurii, & hoc constat, & tūc remanet apud spurium etiam legitima, quia tunc spurius intelligitur habere ab eo potius q̄ a testatore. arg. l. si nupt. § fi. ff. de fun. do. & arg. l. profectitia §. si prius. coniuncta glo. ibi. ff. de iure do. Aut renūciat in fauorem uenientium ab intest. & hoc constat, & tunc applicabitur illis, & non spurio, eadem ratione. Aut sumus in dubio cui debetur hæreditas: & debetur uenientibus ab intestato ut no. in l. i. C. de hær. inst nisi ex coniūctione. & amore personarum aliud sit dicendum, uidelicet quod esset amicus spurii, & non uenientium ab intestato, uel esset maior amicus. ar. l. sed si plures. §. in arrogato. cum ibi no. ff. de uul. & pup. & l. si proprio. §. procurator, ut in certis. ff. de proc. cum si. & hoc modo intelligas cautelam præcedentem. Tertia cautela est, q pater instituat regem Francorum uel aliū similem, & eius filios, & nepotes usque in infinitū sub cōdōne, si personaliter ueniat ad capiēdam hæreditatem, uel sub alia cōdōne non uerisimiliter adimplenda: & interim relinquat spuriū & eius filios. & nepotes eius usque in infinitum, curatores, gubernatores & administratores dictæ hęreditatis, & quod non possit ab eis peti ratio administrationis nec cogi ad pręstandum fideiussionem, a quibus redditione rationum, & fideiussione eos liberet absoluatq; expresse uel instituat spuriū cum capere poterit, quæ instō ualet, ut l. in tempus ff. de hære. instit. & interim relinquat eū curatorē ut supra, & si capere nō poterit substituat eius filios. & nepotes. Sed certe hæc cautelā nō pdest qa notorie fraus deprehenditur ex eo, q est liberatus a redditio-

ne

ne rationū & à præstatione fideiussoria, nā psumitur id fecisse sāguinis affectione. ut ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius. & sic illa prohibitione facta non posset administrare, ne sub prætextu liciti cōmittatur illicitū. C. de sac. san. eccl. l. sub prætextu. Item prohibetur administrare quocūq; colore ut hæres, & sic ista cautela non prodest ſm Lud. præall. qui dicit, quod ita uidi cōsultum p Saly & collegiū Bononiense. Quarta cautela est, quod pater instituat uxorem uel aliam psonam, & eam rogет, quod restituat pro anima sua cui uolet, uel cui sibi uidebitur nā poterit illā restituere illi tertio, qui pōt postea restituere spurio, & tūc filius obtinebit, uel obtinere poterit. ff. de leg. 3. l. pater filiā. §. quidam. ita dicit Bart. in l. fi. ff. de his, qui. ut ind. tn̄ dicit hoc continere aliqd fraudis. qua pp dicit præfatu. Lud. quod aduertendum est, aut ille institutus restituit spurio, & tunc præsumitur fraus, maxime si omnia bona relinquit, ut ff. de leg. 1. l. Lucius. § 1. & ff. de his, q in frau. cred. l. oēs §. Lucius maxime post testōnem factā spurio, qa eo reperto possidere bona patris. præsumitur fraus quasi p interpositam personā C. de na. lib. l. 1. & 3. in auth. quibus mod. na. effa. sui. § & qm̄. qui. n. rogatur restituere cui sibi uidebitur, rogatur restituere arbitrio boni uiri. ff. de fideic. lib. l. fideicōmissaria libertas. & gl. in Cle. sepe. de uer. sign. in uer. defensionē. & per Bar. in extrauag. ad reprimēdā. super uerbo. uidebitur. ideo non potest eligere spurium, ut est gl. in l. cum quidam. de le-
1 gatis 2. † nam spurius nō potest aliqd capere à defuncto, ut in auth. qb. mod nat. eff. sui. §. fin. sed capiens ex iudicio hæredis rogati hoc modo. s. cui sibi uidebitur, uř capere à defuncto. ac si nominatim in primo testō hæteste. listus esset. ar. l. unum ex familia. §. si de Falcidi. ff. de leg. 2. & idem dico de eadem rōne si restituit tertio, eum hoc, quod ille restituet cui sibi uidebitur: & ille postea restituat spurio. & ita tenet Bart. in uno consilio, quod incipit, Grasso de Spoleto. Secus si restituat tertio absolute, & ille postea tanq̄ rem suā donet. uel relinquat spurio, quod fieri pōt. ut dixi in præced. caut huius materiæ. Quinta cautela pōt esse, quod si pater īstituat aliquē, & illum rogat, ut restituat spurio. nā tunc fidei cōmissum est p non scriptos ideo remanet apud eū a quo relinquitur, ut ff. de iu. fisc. l. nō intelligitur. in princ. & sic ille hæres non teneтur restituere, tn̄ si uelit, poterit. Instit. de fideic. hær. in princ. uř. n de suo largiri, & successat suspitio fraudis. arg. ff. de iure fisc. l. ita fidei hæredis. & hoc quidam approbāt. sed dicit Lud. de Sar. quod uidetur in dubio præsumi, quod restituat non tanq̄ rem suam, sed vt impleat uoluntatem defuncti, ut probatur Inst. t. de fideic. hær in princ. nisi ex aliis coniecturis appareat, quod uoluerit de suo largiri, puta quia est talis persona, cui uerisimiliter donasset, quamuis non fuisset rogatus. & ipse protestatur, quod non uult de suo largiri. argum. ff. de prob. l. procula. non tn̄ sufficeret sola protestatio. arg. ff. de leg. 3. l. cum quis. §. item. & de prob. l. qui testm̄. Sexta cautela est, si pater instituat aliquem, & institutus accommodet tacitā fidem de restituendo spurio: quia tunc poterit spurius deferre fisco, & lucrabitur dimidiā hæreditatis. aliā dimidiā habebit fiscus. ff. de iur. fis. l. edicto. ī prin. & § ad hæredes. & l. senatus. §. senatus. ſm Vber. de Bo. & ita uidetur uelle gl. in l. 1. eod. tit. Sed dicit præfatus Lud. quod non arbitratur hoc īdistincte procedere. aut. n. est natus ex incesto coitu, aut ex alio. primo casu, aut instituit succedētes ab intestato, de quibus fit mentio in l. si quis incesti. C. de incest. nup. & tunc habet locum, quod dictum est. quia aufertur ab illo accōmodante tacitā fidem de restituēdo tanq̄ indigno, aut īstituit alios q̄ illos, de qu bus ibi hř. & tunc qa nō habet testator cum eis testamenti factionem, non aufertur ab eis tanq̄ indignis, quia non pñt esse hřdes, ut requiritur. ff. de iu. fis. l. eius, qui delatorem. in fi. est ergo p non scripto, & si nō applicatur fisco, si non applicatur fisco, non hēt locum delatio, ut eo. tit. si metallū. si uero sit natus ex alio coitu, tūc habet locū qđ dictū est supra, ſm Vber. sed periculum testatorum est, ne ab alio præueniatur in defendēdo, puta ab ipso hærede tacite rogato, uel ab alio, qa tunc spurius nihil hēet, ut hř in l. 1. in princ. eo. tit. & quāuis non præueniatur, & tn̄ non consulitur ea plene, qa tunc non haberet nisi dimidiā. Septima cautela est, quod
b si spurius cōtrahat societatē bonniū bonorūcū aliquo, & pater illi socio mutuet magnā pecuniæ quātitatē, & postea ei leget liberationē tūc illa liberatio pdrit illi spurio, quantū ad dimidiā illius quantitatis. ff. de lib. leg. l. si is q duos. ſm Vber. & Dy. ibi. idem est dicēdum, si illum sociū hæredem instituat. nā tunc

tūc hæreditas acquirit̃ societatis.ff pro soc. l.si societatē uniuersorū,& sic spurius habebit dimidiū.Et pōt esse 1ō,qa nec hæreditas nec liberatio relicta socio.qrit̃ socio ipso iure,sed qritur socio,& postea uenit cōicanda tanq̄ sit de bonis socii,probatur in d.l.si societatē,&per gl.eo.ti.l.3.§.cū specialiter.Spurius ergo his casib. non capit de bonis testatoris,sed de bonis socii.qđ pōt,ut est glo in auct.quib.mo.na.effi.sui.§.fi.& hāc cautelā dicit Bar.esse bonam,nisi appareat fraus,s̄m ea,quę no.Bar.& Doc.in l.si post cōtractū. ff.de do.& dicit Lud.ꝙ præsumet fraudē in dubio,maxime.qa nō pōt dici,ꝙ socius donet de suo proprio,qa cogitur cōicare, ergo non donat.ff de reg.iu.l.donari.ideo potius dicitur acquiri filio per interpositā personā mediāte iudicio testatoris,qđ est ꝓhibitū ꝑ ꝓdicta,iō istacautela nōvidetur esse tuta,s̄m eum,sed Bal.in l.1.in 14.q.C.ꝓ socio.tenet indistincte ꝓdictam cautelam,& dicit eā esse bonā Sed circa eā posset dici,ꝙ sic cōsiderāda persona socii,an pater spurio reliqt,qa si erat amicus pt̃is,cui uerisimiliter esset ēt existēte soci etate cū filio relicturus,& tūc indistincte ꝓdicta cautela sit uera,quia cessat oīs suspitio præsumptionis.ar.l.si plures.§.in arrogato.ff.de uul.& pup.sed si nulla affinitas, cōiūctio,uel amicitia esset cū illo socio,tūc ego crederē dictā cautelā nō sufficere,& tūc diceret̃ filius socio acquirere potius ab ipso patre ꝑ interpositam personā,q̄ a socio suo uigore societatis,ꝑ prædicta. Octaua cautela est,ꝙ pater instituat filiū spurium,cū capere poterit,quę institutio ualet.ff.de hær.inst. l.in tp̄s.& est gl.in l.sicut.ff.quib.mo.usufr. amit.Nā tūc pendēte cōdōne,petit īstitutio nē & bonorū possessionē s̄m tab.l.2.§.si sub cōdōne.ff.de bo.pos.s̄m tab.s̄m Bal.ī l.fi.C. de his qui sunt sui uel alie.iu. qui dicit se ita multoties consuluisse.sed s̄m Lud.tunc concedit s̄m tab.institutio,qn̄ pōt ab intestato succedere,ut dr̃ ibi notabilr̃,ut hic.Nona cautela est,ꝙ de iure canonico pn̄t relinqui alimenta spuriis,extra de eo qui duxit in ma,q̄ pol.per adulte. c.cū haberet. ꝙ relinquat pater filio suo unū fundum pro alimētis,& post mortem eius spurii reliquat suis filiis & hæredibus illum fundum s̄m Bar.in l.fi.de his quib.ut indig. quod etiam est uerum,nisi excedat magnam quantitatē respectu alimentorum,ꝙ tunc præsumetur fraus

Decima cautela est,ꝙ pater instituat aliquē grauet eum,ut det spurio centum.ff.de iure fi.l.ita fidei s̄m Dy.sed Bar. dicit hoc esse cōtra text.l.qđ cōdōnis.ff.de dona.causa mor. nam illud non remanet apud spurium , sed aufertur ab eo tanq̄ ab indigno , & applicat̃ fisco.ut ff.de cond.& demon.l. hæres meus, s̄m Bal.in l.socium qui eum.in apostil.ff.ꝓ socio.& recitat Rich.de Malum. tenere cum Dy.& rn̄det,2 ꝙ q̄uis spurius non possit aliquid habere ex re patris, tn̄ pōt aliqd ꝑ ꝑ tē patris. ff. de pecu.leg. l. eo tp̄e. in fine. ff.de ædil.ædict.l.cum autem.§. item si legat. & de coniun.cū eman.li.l.1.§.nunc uideamus. & C.de aduo.diuer.iud.l.fori.& dicit Lud. ꝙ hoc putat esse uerū,quia non reperit̃ expresse prohibitū,ergo uidet̃ cōcessum.l. nec nō. §.sed quod eis.ff.ex quib.cau.maio.& in ca. inter coporalia. de transla. præla. & uide gl. in auct.qui.mo.nat.effi.sui.§.fin. Nec obstat l. quod condōis. ideo qa inspicitur an si qd ad eū ꝑuenerit directe uel indirēcte,hic autē de eo,qui est incapax rōne delicti testatoris, ideo non inspicitur an ad eum aliquid perueniat , sed in materia testatoris sufficit , ꝙ bona sua ad spuriū nō ꝑueniant, & hoc procedit.nisi manifesta fraus appareat,ut qa hæreditas ualebat centum,& eū rogauit, ut tātundem redderet.& ita pōt intelligi d. l.qđ cōdōnis.Vndecimacautela est,si habet pater amicum,de quo cōfidat,cum instituat,& nihil aliud dicat.s.expresse , sed inter ipsum & eum roget ut filio restituat nam tunc poterit ille restituere spurio, qa non poterit probari eum fuisse rogatum , nec etiam fraus præsumetur,quia non apparet,ꝙ fuit rogatus tacite uel expresse, imò uı̃ potius de suo largiri.nec est uerū ꝙ reperiatur bona pt̃is possidere,præsumatur fraus,ut l. 1. C.de natu.liber.quia illud non procedit , nisi ostenderetur ipsum possidere interueniente iudicio uel uolūtate patris,& ita pōt intelligi d.l. 1 .sed certe s̄m Lud.hoc tendit ad interitum salutis æternæ , quia quamuis probari non possit,tn̄ est fraus,& tam rogans q̄ rogatus teneretur in animam suam ad satisfaciendū uenientibus ab intestato,qui eis auferūt hæreditatem,quę eis de iure debebatur,& ideo melius est s̄m eum,ꝙ instituat illum amicū suum,& nihil aliud dicat. & ille poterit spurium instituere,& hoc approbat Spec. in tit. de succes.ab intest.§.1.uer.sed qd si pater,&

est

est communis cautela secũdum Lud. qui dicit, ꝙ raro reperiuntur amici, qui restituant non rogati. Duodecima cautela est, ꝙ pater in testamento dicat, qualiter est contentus, ꝙ filius suus etiam post mortem suam possit legitimari. nam tunc propter consensum patris etiam eo mortuo, filius poterit legitimari, & patri succedere etiam extantibus aliis liberis, vt nor. Bart. & ẽt Doct. ibi, in l. Gallus. §. quid si tantum. ff de liberis & posthumis, & postea dicat Et ego instituto filium meũ spurium in toto vel in parte, prout voluerit, eum capere poterit. † nã tali substitutio facta sub tali conditione, valet, vt est casus in l. in tempus. in prin. ff. de hær instit. & hoc modo valebit institutio, & filius etiam post mortem patris potest se facere legitimari, & succedet, & ista est optima & tutissima cautela pro illis, qui habent filios vel coniunctos rebelles, quos vellent hæredes instituere, ne fiscus succedat, dicunt enim, instituto talem, si & quando peruenerit ad gratiam domini, quod bene nota.

a Vnd. spur. *An filius spurius possit emere bona patris, uide in l 1. § fine itaque. ff. de na. libe. glos. & Doct. in l. qui testamentum. ff. de probat. & Bartol. & Doctor in l. is qui ex bonis. de uulg. & pup. in Spec. de success. ab intest. a. uersicul quid si pater.*

b Societatem. *Adde Alexand. in l. 3. § incertam. in 3. columna. uersicul. extra glos. de acquirend. poss. Societas habet ius fraternitatis. l. uerum in princip. & ibi Bart. in 1 not ff. de pro soc. in Spec. de iudi. § specialia uero. ad fi. & glos. in l. fin. C. de posi.*

c Spuriis. *Adde Anto. Rosel. in arbo. consang. 8. columna.*

Cautela ad excusandum mandantem committi delictum, quod mandatarius dicat se cõmisisse delictum exequendo mandatum. XXXIX.

1 *confessio matrimonij ficta à delicto non excusat.*

Vidimus quam plures casus, in quib. qs potest liberari à morte, hic adde vnum alium. Nam si quis mandauit a Titio, vt interficeret Caium, & interfecit, si Titius dicat quòd hoc non fecit exequendo mandatum sed motu proprio, quia erat suus principalis & capitalis inimicus. nam ei credendum est in excusatione mandatis, & multi Doctores mouerunt hanc quæstionem, extra de homici. ad audientiam. & clare non responderunt. Tu dicas, ꝙ est recurrendum ad coniecturas, & in dubio præsumitur contra mandatarium, vt l. sæpe. ff. de verb. sign. nec est bonum testimonium delinquẽtis, vt l. fi. de accus. Glo. tñ dicit in simili casu, † ꝙ si qs deprehendatur cum aliqua, & cõfiteatur ꝙ prius contraxerunt matrimonium adinuicẽ, & se excusant, pro ueritate accipitur, vt est glo. in l. pen. C de fideius. Sed in hoc credo ꝙ inspiciantur coniecturæ, & quia ficta matrimonium confessio non excusaret. arg. ff. de don. l. donationes in cõcubina. in prin. ita no. dicit Bal. in c. 1. §. in reuert. in 5. col. ti. de pace. iur. fir. in vsib. feud. Ex quo sumas cautelam, ꝙ si aliquis accusatur, ꝙ mãdauerat homicidium committi, si committens erat inimicus capitalis occisi, ita ꝙ verisimiliter eum occidisset propter suam inimicitiam, ꝙ ipse examinetur & deponat, si verũ est, ꝙ ipsum interfecit, non propter mandatum, sed propter inimicitiam propriam, & mandans liberabitur, quod bene nota.

a Manda. &c. *Mandans delictum potest reuocare mandatum, sed debet insinuare reuocationem mandati, & contra quem mandauit, ut sibi caueat ia lis, alias tenetur secundum Bald. in l. mandatum. ad fin. C. manda. & Innoc. in c. ad audientiam. de homicidio.*

Cautela in fauorem illius qui, mandato alterius occidit alterum, quod mitigetur eius pœna. XL.

1 *Damnatus in metallum mori ciuiliter dicitur.*

Nota quòd licet mandatum in delictis nõ excusat in totum, tamen mitigare facit pœnã. qa si quis ex mandato domini aliquẽ interfecit, damnatur in metallum, † & mortui ciuili traditur, vbi sine mãdato morti naturali traderetur, ut est casus in l. seruos. C. ad legem Iulian. de vi. facit l. Gracchus. C. de adulter. quòd nota propter eum, qui mandato tyranni aliquem occidit, nam licet non excusetur, pœna tamen mitigabitur, quia morti naturali non tradetur, secundum Bar. & Sal. in d. l. seruos. quod nota, ut scias adiuuare illos, qui interficiũt homines de mandato dominorum suorum.

Cautela

Cautela ad compromittendum vel transigendum super rebus decisis per sententiam. xli.

1 *Iuramentum seruari debet, si possit sine interitu salutis æternæ.*

POtest adhiberi modus, & cautela trāsigēdi, & faciēdi cōpromissum sup reb. iudicatis, & sic sup reb. decisis, hoc modo. s. si dicat in cōpromisso, vel in trāsactione q̄ fit cōpromissum vel transactio de oībus pn̄tibus, & q̄ in futurū fieri possent, intelligitur sup omni eo, sup quo fuit arbitratū vel trāsac. nā hoc modo faciēdo, cōpromissum vel trāsactio valebit sup rebus decisis. & ita no. Ang. in l. 1. ff. de transl. l. cum hi. §. si cū lis. eo. tit. nisi lex prohibeat fieri trāsactionē. nā tūc nihil operabit fingere lites, vt in d. §. si cum lis. & ibi de hoc no. Ang. & de hoc ēt dic, vt ibi p Doct. & in c. exposita. de arb. Secundo modo potest fieri cōpromissum super re decisa in trāsactione, si cōpromittētes vel exigētes iurent stare omni eo, qđ trāsactum vel arbitratum fuerit per arbitratores, s̄m Bar. & Doct. no. in l. si quis maior. C. de
2 transa. † & hoc operatur virtus iuri, qđ debet seruari, si possit, sine interitu salutis ęternæ: ut in c. cum contingat. de iureiu.

Cautela pro conuictis in actu carnali illicito, si uolunt euitare iudicis condemnationem. xlii.

1 *Iuramentum quo casu delicti pœnam euitare possit.*

ALiquando cōtingit, q̄ duo. s. masculus & fœmina cōiungātur in actu carnali, qui non erant coniuges, sed esse pn̄t, & accusantur, vel iudex procedit cōtra ipsos. cautela est, si volunt euitare condemnationē, † q̄
1 iurent, q̄ ante coitum clam cōtraxerunt, & p p hoc euitabunt cōdemnationē, vt est gl. not. in l. pen. C. de fideiu. & ibi per Doct. & per Bald. in l. vnica. C. de confes.

Cautela quomodo debeat interrogari testis a. xliii.

a Interr. test. *Interrogationes testium quomodo fiant. glo. ord. in c præsentium. de test. in 6. & in Spec. de test. §. iā de interrogationib. ver. habita ergo. & ibi Bald in ad l. uer. interrogationum. & Ioan. An. in d. cap præsentium. penul. columna. in nouells, & plene per Abb. inc. cum causam de testi. Interrogatio fieri potest hoc modo: videlicet, si non credas de tanto, dicas de quanto. Bald. in l. fi. §. col C. de fideic.*

Testis deponens per uerbum credo, regulariter non probat.

Testium interrogationes solent fieri ad illius instantiam, contra quem testes examinantur.

1 TV scis, † q̄ qui deponit per verbum credo, licet ipsi non probent, ut hr̄ in c. cum causam. de testi. & l. testium eo. ti. tn̄ si testis concludit rōnem contingentem necessario probat: vnde testis interrogatus super mutuo, dixit: credo, qđ mutuauit. quō scis? respondit, quia præsens fui. & vidi numerare: valet eius dictum, quia attenditur ratio, quę limitat dictum, ut l. quod dictum. ff. de pact. & hr̄ in l. solam. C. de testi. & ita tenet Bald. in l. conuenticula. C. de episc. & cler. & in data opera. C. qui accus. non pos. Et ideo tu, qui es examinator testium pro amico, & vides testem productum per partem aduersam, & interrogatur per collegam tuum etiā examinatorem tuum, si testis deponat per uerbum, credo, q̄ examinator, contra quem testis producitur, dicat non curo. q̄ fit alia examinatio, quia satis bene deponit. nam tale testimonium non ualebit, quia deponit solummodo de credulitate, & ideo sis informatus, quando producuntur interogatoria tua, vt dicas in rubrica interrogationum, si testes examinati dicant se in his scire, uel credere ita esse, vt in capitulis continetur, fiant aliæ interrogationes seu non interrogentur
2 vlterius: nam hoc casu non debebit interrogari testis, qui deposuit se ita crederet † quia interrogationes solent fieri ad instantiam illius, contra quem testes examinantur: vt habetur in dicto cap. cum causam & in cap. per tuas. de testibus quod bene nota.

Cautela quomodo ab executione, nec à pronunicatione de exequendo non possit appellari, & quando possit. xliiii.

1 *Exceptio super executione opposita audiri debet.*
2 *Iudex reijciendo exceptionem, quam reijcere non debet, modum excedit.*

Nota

Nota quod licet ab executione sententiæ quæ est facti, nō possit appellari, ut in l. ab executore. in prin. ff. de appel & in l. ab executione. C. quando appell. non te. & 2. q. 6. §. sunt quorū. uer. ab executione. & habetur in c. nouit. extra de appe. tamen a pronunciatione de exequendo, pōt appellari, ut est gl. in d. l. ab executore. in prin. & ibi no. per Doct. & ideo sumitur in practica cautela, quod quando sententia est lata pro te, quæ transiuit in rem iudicatā, quod realiter eam exequi facias sine aliqua pronūciatione, hoc modo, uidelicet quia iudex dicat, quod exequendo sententiam concedit uictori familiam, & ministros suos ad capiendum debitorem & pignora, uel ad mittendum uincentem in possessionem. ita dicit Ang. de Perusio se multis uicibus procurasse in d. l. ab executore, quia tunc secundum omnes non potest appellari. & idem etiam tenet Ang. de Aret. in d. l. ab executore. in princi. quod nota. Regulare est, quod ab executione sententiæ non pōt appellari, ut dixi in præ-
1 cedenti cautela. † Quærit nunquid sit aliqua cautela, per quam possit appellari, quando iudex est cautus, quia non uult pronuntiare simpliciter, exequatur sententiam, ut dictum est in cautela præcedenti, dicas quod sic. nam tu qui es aduocatus rei, & uis appellare, debes appellare tuam exceptionem, & si ea non obstante exequitur, poteris ex hoc capite appellare, quia iudex debuit audire exceptionē in executiōne, & ea non obstante pronuntiare sententiam exequendam esse, alias diceretur excedere modum. & sic posses appellare, per d. l. ab executore, imo dico plus secundum Ang. in d. l. ab executore. quod si ex forma statuti non possit appellari ab executione, non posset appellari à pronuntiatione ab exequendo, ut est Perusii, cautela est, quod tu aduocatus rei, si uis appellare, opponas secūdum Angelum in d. l. ab executore, aliquam exceptionem ad impediendum executionem. & si iudex pronuntiabit sententiam, uel instrumentum exequendum, appellabitur ex hoc capite, quia reiiciendo tuas exceptiones, mo-
2 dum excedit in exequendo. † Nam iudex reiiciendo exceptionem quam non debet reiicere, modum excedit, ut dicit glos. in d. l. ab executore in uerbo, excedat. & ideo hoc casu, non est prohibita appellatio ab excessu, ut dicit in l. ab executore. & dixi in præcedenti cautela. quod singulariter no.

Cautela ad instruendum iudicem contra appellantem friuole, causa differendi iudicium.

XLV.

1 *Iudicis simplex admonitio uim peremptorij habet, & iussū in uera contumacia constituit, adeo quod postea, si comparuerit, appellare non poterit.*

Si uis illaqueare appellantē causa differendi iudiciū, tu iudex potes uti multis cautelis. Et prima cautela est, quod si appellās comparet infra terminum, & petat apłos in debita forma, rñdeas & dicas. ego non possum tunc tibi tradere, uenias die ultima termini, in tali hora, puta 18. nam tunc si non uenit, & non comparet appellans illa hora, contra dicto iudice à quo, per dictis apłis appellatio
2 manet deserta a : nec accusabitur si ante comparuerit, siue post, ut in Clem. quis. de app. & ita dicit Matthe. de Math in suis sing. notabi. in no 22. quod incipit, nota practicam, quanti pōt iudex. Secunda cautela est, quod iudex assignet sibi appellanti terminum competentem, infra quē appellans iter arripiat causa prosequendæ appellationis, uā si eo lapso, nō incœpit iter arripere, appellatio erit deserta, ut est casus in c. peruenit. 2. de appel. & in c. cū causa. de re iudi. & ibi no. per Doct. in c. personas. & in c. ex insinuatione. de appel. & unde no per Matth. in d. 22. no. & idem et no per omnes Doct. Legistas in l. præses. C. de appella. Tertia cautela est, quod iudex à quo, assignet certum terminum non competentem, infra quem appellans se teneturpræsentare iudici ad quem, quod si non fecerit, appellatio erit deserta, ut est casus in c. personas. de appell. & ibi no. per Doct. & in d. c. ex insinuatione. eod. tit. & d. l. pses. C. de appell. Quarta cautela est, quod iudex à quo est appellatum, assignet & figat terminum appellanti, infra quem præsentet apostolos iudici ad quem, quod si non fecerit, appellatio deserta habebitur, ut probatur per tex. & gloss. & ibi habetur per Doct. in l. præses. C. de appel. & ita etiam tenet Matthe. de Math. in suo notabili 22. Quinta cautela est, quod iudex à quo assignet certum terminum, infra quem appellans debeat facere fidem iudici à quo, qualiter se præsentauerit coram iudice ad quem. infra terminum sibi statutum. ut dictum est in præcedentibus cautelis. quod si appellans non fecerit, secūdum cōem & ueram opinionem

Doct.

1 IN causa † crim nali tēr à relatione supra non admittitur ꝓcurator, ut l. seruū quo que. § publice. ff. de ꝓcu. & l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. intantū ꝙ ēt pater ꝓ filio non potest interuenire, ēt si dicat, ꝙ ueniat pro suo iure & interesse, iuxta l. 1. 2. 3. & 4 ff. de lib. causa quia secundum ueram opi. non po test nec debet admitti filio absente, licet mul ti teneant contrarium in hoc, ut no. in dictis iuribus. Sed tu potes adhibere per indirectū cautelam, quæ tm̄ operabitur, ac si admittetur procurator uel defensor. nam si habes iudicem amicum, uel nō contrarium, qui iu dex uelit ꝓcedere ꝑ inquisitionem, iuxta no. in c. qualr̄ & qn̄ 2. de acc. debes ipsum adire, & nominare testes in secreto, qui sint deposi turi secundum ueritatem ꝓ absente inculpa to, & dare sibi interrogatoria in secreto sup quib. debeant interrogari. qa tunc iudex po terit eos examinare, nō dico ad instātiā partis, sed ex suo officio, & si ex illis attestatio nib. apparuerit inculpatū, nō esse culpabilē, iudex poterit, & dēt ipsum absoluere, ut est casus no. in l. si nō defendātur. in fi. ff. de pœ.

2 † ubi dr̄, ꝙ iudex poterit, & dēēt inquirere in innocentia rei, & si reperiat innocentem, dēt absoluere. & ibi hoc no. Bar. & idem ipse no. in l. 1. §. fi. ff. de quæst. & in l. is q reus. & ibi ꝑ. Doc. ff. de pub. iud. Et ideo licet uulgo dici soleat: Contra contumaces oīa iura clamant, tn̄ si iudici cōstat de innocētia, dēt ipsum absoluere. Et sis cautus ꝙ non appareat ex ꝓcessu, ꝙ iudex fecit ad instantiā alicuius ꝓcuratoris, uel defensoris, qa nō ualeret, ꝑ a d. §. publice. & ꝑ §. ad crimē. cū ibi no. sed iu dex dēt scribi facere ꝙ illā examinationē fe cit fieri ex officio, qd̄ bene not. in practica: qa isto modo semel adiuti amicū meū. pōt ēt alio modo adiuuari absens reus q nō pōt defendi ꝑ ꝓcuratorē, qn̄ cōmisisset talc crimen, de quo nō posset inquiri uel ꝓdedi con tra ipsum ꝑ uiā accusationis, uel alio modo qa tunc cautela est, ꝙ unus qcunq; sit cōpa reat corā iudice, & qlibet de populo pōt cōparere, & dicat, dn̄e iudex non potestis ing̃rere, uel ꝓcedere contra talem, quia potest impune occidi, uel alia de causa: nam tunc de bet iudex ipsum admittere, ut not. sing. & Bar. ꝑ l. ubi pactū. ꝑ gl. ibi. C. de transact. de quo dic, ut ibi ꝑ Doct. & in d. §. publice. Potes ēt utilia cautela, qn̄ crimē dēt renunciari ꝑ syndicum de officialem cōtrariū, uel uillæ & ille officialis est amicus tuus. nam potes ꝓcurare, ꝙ ille officialis ꝓnunciet reum, & det nomina testium, q penitus nihil sciūt de d. maleficio, qa tūc examinatis d. testibus, q deponunt se nihil scire, de necessitate debebit illum inculpatū absoluere, ex quo nihil ꝓbatum est cōtra eū, q d. l. si nō defendātur. ff. de pœ. cum si. sed ista cau. non proficeret u ubi procederetur per accusationem, qa tunc accusans uolens ꝓbare, nominabit testes in dici, q nihil sciant de crimine, qd̄ no. quia ui di procuratores uti hac cautela, sed caue ne ipsa utaris in perniciem animæ tuæ.

Cautela notabilis instruens aduocatum, quòd semper allegat motiua uera, & persuasius. LXVII.

1 *Iudex sæpissime ad iudicandum mouetur per ratio nem, quominus facit, & aliquando nihil facit, & non mouetur per rationem urgentem, quæ in caput suum non intrat.*

SVnt multi procuratores & aduocati, qui in suis allegationibus, & defensio, nibus, ut uideant sapientes & non cauillosinō allegant neq; adducūt pro defensione sui clientu li, nisi ea q̄ uera sunt, & uidentur multū urgere, & iura adducunt solummodo, q̄ uidentur concludere de necessitate. sed tu sis cautus, & non ita facies, si foues iustitiā. casum primo deducas, rationes, & iura causæ tam quę bn̄ faciunt & concludunt, q̄ etiam quæ non ita bene faciunt. si sunt persuasiua, & etiā du cant aliqualem præsumptionem. a † Et est ratio, qa sæpissime iudex mouet̄ ad iudicandū ꝑ rōnem, q̄ minus facit, & aliqn̄ nihil facit seu ualet, & nō moueref ꝑ rōnem urgentem, q̄ non intrat caput suū. Istam cautelam dat d. Ant. de Bu. in c. ꝑ tuas, qui fil. sint leg. & teneas, ꝙ sit utilis, qa sępissime expertus sū.

a Aliqualem præsumptionem. *Præsumptio probat plene in his, quæ sunt censena ueritati. Bart. in l. 2. in princ. in a. col. uer. quæri glo.*

glos. in lect. Nic de Neap. ff. de excus. tut. Præsumptiones plures simul concurrentes, inducunt animũ iudicis ad unum conceptum mentis finalem, ut adminicul o iuramenti non indigeat. Bal. l. in rubr. C. de controuer. inuest. in ult. col.

Cautela qñ ille, q debet mitti in possessionem, uel ille q emit rem affinis facit citari hñtem ius, qbus uerbis utetur in citatione. lxviii.

1 *Statutum ut est Perusii, & Taruisii, si disposuerit, quod propinqui ita demum de præsentando admittantur si ciues fuerint intelligitur de illis, qui onera, & factiones sustinent.*

2 *Exceptionem non competere, & non posse ipsam opponere, paria sunt.*

3 *Actor sequitur forum rei.*

4 *Clausula si sua putauerit interesse, quam efficaciã habeat.*

5 *Promissio centum annorum ubi interuenit, præscriptio non currit.*

SI petens se mitti in possessionem facit cõtradictorem, & cõtradictor cõparuit, & fuerit repulsus tempore iussus de mitendo, nunq̃ admitteretur amplius ad contradicendũ tp̃e iussionis. nam nec audiretur, si uelit appellare. l. unica. C. si de mom. pos. fuerit app. qđ singulr̃ limitat Bal. in l. fi. C. de edi. diui. Adr. tol. uidelicet, ꝙ ita demum appellet iste contradictor, qñ se opposuit nõ citatus tp̃e missionis, uel ẽt si fuerit citatus sub cõdõne, vt si habeat ius contradicẽdi, compareat sed si fuisset citatus simplr̃. ꝙ diceret cõparere ad cõtradicendũ: tunc hæres uel alter q fecit eũ citare ꝓ legitimo cõtradictore, non admitteretur postea ad dicẽdum, ꝙ non esset legitimus a cõtradictor, allegat no. ꝑ Inn. in c. cũ inter. de exc. & idẽ not. Bart. & Doct. in l. si cui mulier. ff. sol. matr. & Bal. in l. si suspecta de inoff. testa. & Ant in c. exhibita. in antep. col. de iud. & Canonistę in d. c. cũ inter. facit quod no. Bal. in l. testamẽta. in fi. C. de testa. & Ang. in l. 1. §. hæc stipło. in 8. col. ff. si cui plus, q̃ ꝑ l. Falc. Et ideo si statutum dicat, ꝙ propinqui, & collaterales pñt se pñtare sup uẽditionibus usque ad certum tp̃s, & elapso tp̃e, emptor denũciat alicui affini, ꝙ si se vult pñtare super uẽditione prædicta, debet cõparere, iste affinis cõparuit, emptor uidens, ꝙ affinis cõparuit, opponit, ꝙ non potest. q a lapsa sunt tp̃a cõparendi. Dicendum est, ꝙ si iste emptor citauit eum pro habili, & citatio fuit facta pure, & nõ cõdõnaliter, & specialiter fuit facta illi affini, ꝙ emptor non poterit postea opponere exceptionem inhabilitatis. Et idem est dicendum, si statutum dicat, sicut est Paduę, ꝙ affinis uel uicinus nõ possit pñtare quendã nisi sibi denuncietur, & emptor denũciauerit sibi pure, q a tunc non poterit opponere de inhabilitate, quia citando ipsum simplr̃, ur̃ reputare ipsũ legitimũ cõtradictoré uel pñtatorem. & idem esset dicendum si statutum diceret, † sicut est Perusii, & Teruisii, ꝙ propinqui ita demũ admittãtur ad pñtandum, si sint ciues, vt intelligãtur esse ciues, si sustinuerunt onera, & factiones. & emptor citauerit quendam ciuẽ Teruisinum per priuilegium cõmorantem alibi & non sustinentem onera, & factiones Teruisii, & citatus comparuit, non poterit citans sibi opponere, ꝙ non sit habilis ex forma statuti, ex quo forma ur̃ approbasse ipsum ciuã

2 do simpliciter, † q a paria sunt exceptionem competere, & non posse ipsam opponere, ut est gl. no. in l. qui habebat. ff. de man. test. Et ideo sis cautus in casibus prędictis, & in similibus, qñ uis specialiter aliquem citari facere, ut concipat condõnaliter citationem hoc modo, uidelicet citetr̃ talis, ut cõparcat, si habet ius cõparendi, uel aliqd faciendi, uel pñtandi, uel si sua putauerit interesse, ꝙ nõ creditur, debeat cõparere, & non dicas, ut faciũt ignorantes. s. compareat talis, uel si talis uult pñtare, debeat comparere ad deponendum pecuniam, uel aliud sit̃e faciendum, quia tũc uidetur approbasse ꝑsonam suã, ut dictũ est qđ singulariter no. q a ualde utile, & quotidianũ. Cautela ꝑcedens est utilis ẽt ad aliud, & ex ea potes sumere aliã cautelã, quãdo tu, qui es laicus uel ẽt clericus, uelis conuenire unum clericum corã iudice seculari. tñ regu

3 la est, † ꝙ actor sequitur forum rei, ut in c. cum sit generale, de foro compe. & in l. 3. C. de iurisd. om. iudi. Et ideo uolens conuenire clericum, debes adire iudicem ecclesiasticum, ut in c. si diligenti. de foro compe. nam potes per indirectum trahere clericum ad forum laici. uidelicet hoc modo. citetur clericus non simpl., quia tunc deberet citari coram iudice ecclesiastico, ut dixi. sed citetur, si sua putauerit interesse, uel si prætendat aliquod ius, quo casu ur̃ si compareret, ꝙ sit actor, & nõ reus, & per cõsequens dẽt stari iudicio laici. Et quo sequit̃ unum aliud, ꝙ si hæ

res

res vult facere inuentarium, iuxta l. fi. C. de
iu.delib.vel tutor vult facere inuentariũ pro
pupillo,iuxta l.tutor,q repertorium.ff.de ad
min.tut.vel vult citare creditores,& legata-
rios, & aliq reperiuntur laici, & aliqui repe-
riũtur sacerdotes vel clerici , ne habcāt cām
adcũdi iudicẽ ecclesiasticũ, facit eos citari p
4 laicũ hoc modo,† si sua putauerint interes-
se,qa tũc valebit dicta citatio,vt uoluit Ang.
in l. 1 .§.hæc stipſo.ff.si cui plusq̃ per l.Fal.in
repet.sua,& vide circa hoc quod not.Bal. &
Paul. de Castr. in l. testamenta omnia. C.de
test.sed tñ tutius est in casu,vt iudex laicus re
quirat iudicẽ ecclesiasticum,vt citet clericũ,
vt cõpareat coram ipso , & citet supradicta
cõdõne si sua putauerit interesse.nam itẽ qñ
vnus iudex vult citare subditum alterius, tu
rius est,ꝙ non citet,sed reqrat iudicem pro
prium,q citet eum,vt hẽ in l.oẽs.§.verum si
appaiitor.C.de epis.& cle.& in l. à duo Pio,
ff.de re.iud. & p Bart. in l. 1. ff.de req.reis .
Alia cautela est , ꝙ quis promittat post 30.
vel c.annos . nam si promitteret ẽt post cẽtũ
vel mille annos, teneretur post dictũ tp̃s, vt
probatur in l.centesimis.ff.de uerb. oblig.&
5 ibi hoc no.Ang.qui tenet,†ꝙ si promitteret
post centum vel mille annos , anteriori tp̃e
nunq̃ præscriberet p illum tex. & allegat ẽt
rõnem,quia ante diem agi non potest, ergo
non currit p̃scriptio, vt l. 1 .ff. de diuersis, &
tp̃a. præscriptio : Potest dari & alia cautela
in casibus,in quibus potest renũciari prescri
ptioni,vt iudicatur tacita renunciatio,videli
cet , ꝙ dicatur in instrũo locationis , vel alte-
rius cõtractus, ꝙ debitor promittat cõtenta
in instrũo perpetuo hẽ rata,& firma,& nunq̃
in vilo cõtrafacere vel venire aliqua rõne vel
causa.Nam p dicta uerba,ꝑpetuo, &c.indu-
citur renũciatio præscriptionis, ita dicit An-
gel.no.in l. 1 .ff.de vsu. & pro hoc vẽ esse tex.
ẽm Ang.& Bal.in l.quod si nolit.§.sicut ita ,
ff.de ædil.edic.q allegatur ẽm Bal.ibi.Quòd
vbi in promissione apponitur verbum , qñ-
cunque,vel verbũ ꝑpetuo,nunq̃ currit præ-
scriptio statutaria vel legalis,quod intellige,
qñ talis est præscriptio, cui potest renũciari.
& ita consuluit Raph.Fulg. sequendo doctr.
Ang.quam dicit esse ueram,& singularẽ , &
non allegat d.§.sicut, & Bal. secundum alias
rationes,& consilium incipit,proposita q.vẽ
mihi not. singularis Ang. qđ bñ not. qa itẽ
in instrumentis dicta verba solent apponi.

a Legitimus contradictor. *Legitime factum, quomodo intelligatur. Innoc. in c. fi. de libel. oblatione Legitime factum an debeat retractari post. gl. in l. 1. C de iure fisc lib. 10. Dy. in regula, in ambiguis. in 6. & t. factum.*

Cautela , quando confessio per errorem facta
non possit reuocati. lxix

1 *Confessio per errorem facta regulariter reuocari potest.*
2 *Frrorem allegare uolens non auditur, vbi sibi ad deliberandum terminus datus fuerit.*
3 *Terminus ad deliberandum, & deliberate respondendum, dubitanti dari debet.*

1 COnfessio.† q̃ dicitẽ esse facta per errorem,
itẽ potest reuocari,probando rem aliter
se hẽe,vt est tex.cum gl.& ibi per Doct.in l.
de ętate.§.fin.ff.de interrog.actio. & hẽ in l.
error.C.de iur.& fac.igno. & ibi per omnes
Doct.& per Barr. & Doct. in l. non fatetur.
ff.de confess.Sed cautela est, ꝙ confessio nõ
possit retractari, ꝙ post dictam confessionẽ
facias assignari terminum breuem confiten
ti ad dicendum , & contradicendum , quare
non debeat fieri præceptum de soluendo, &
dictam confirmationem exequi, quia elapso
dicto termino , si facies fieri præceptum de
soluendo,erit irreuocabile occasione erroris
2 quia vbi est datus terminus ad deliberan-
dum non potest audiri,postea uolens allega
re errorem , ita singulariter dixit Angel. de
Aret.Instit. de actio §. si minus. alle.no.per
Bald.in l 1 .ff.de confess.& in dict.l. error. &
pro ista decisione vide gloss.sing. quam ipse
not. alleg.in cap. ex literis , extra de diuor.
3 † quæ vult,ꝙ qñ qs dubitat , debet sibi dari
terminus ad deliberandum,& deliberate re-
spondendum:quo termino elapso si respon
derit , nunquã amplius poterit reuocare se-
cundum Bald. qui ita not.ad hoc illam glo.
pro sing.in l.si quidem.C.de except.& idem
not. Innoc. in c. cum olim. extra de usur.
& Archi. c. fin. de calumn. in 6. & Flor. in
l.de ætate. §. Celsus . versicul. vnum tamen
not. circa hanc reuocationem . ff.de interro
gat. actio. Sed ut ista cautela perfecte tibi
possit subuenire , adhibeas vnam aliam , &
est practica singularis, ut facta confessione,
seu responsione , altera pars faciat scribe-
re per notarium ipsa pręsente , & dictam

con-

confeſſionem ſeu reſponſionem acceptante inquantum faciat pro ea,& non aliter, nam ex poſtfacto dicta confeſſio ſeu reſponſio amplius reuocari nõ poterit,vt l.ſicut. C.de actio. oblig. ſecundum Bal. q ita ſingulariter no.in l.Gallus.§. quidã recte. circa princ. 2.col.ff.de libe.& poſthu. Ex quibus ſis cautus, ꝙ confeſſio vel reſponſio aduerſarii nõ poſſit reuocari etiã allegato errore, ut duo iſta facias concurrere. Primum,ꝙ aſſignetur terminus ad confitendum & reſcindendum, vel contradicendum. Secundum,ꝙ acceptes dictam confeſſionem ſeu reſponſionem. de quo tamen vide omnino Bal.in d.l.error. in ſi.pen.col.C.de iur.& facti ign.ubi circa hoc facit unam diſtinctionem.

Cautela ad hoc,vt debitor poſſit conueniri ubi cunque reperiatur. lxx.

1 *Clauſula, ubique locorum quid operari debeat.*

SAepiſſime in inſtrumentis debiti ſolet apponi clauſula,videlicet,ꝙ omnia illa centum promiſit dictus debitor ſoluere Paduæ, Vincentiæ, vel Veronæ, Peruſii,vel Florentiæ,& ubiq; locorũ : † de qua clauſula hẽ in l.2.§ ſi quis ita.ff de eo quod certo loco, & in l.ſi quis in conſcribendo.C. de pact. & in l.ſi conuenirct.ff.de iur.om.iud. & per Doc. Ant.de Bu.in c. 2.in 25.col.extra de iud.Sed tu ſis cautus ad hoc,ut dicta ꝓmiſſio ualeat, & poſſit tibi ſubuenire perfecte,ꝙ concipias eã hoc modo dicendo, vt vbiq; locorum in ſolidum,ne ꝑ ꝑ copulam,& quæ ponit̃ inter loca ĩtelligatur eſſe facta diuiſio,ꝑ d. §. ſi qs ita.Itẽ debes addere, ubiq; locorum quantũ cunq; diſtantiũ, qa ſi debitor ꝓmiſit ſoluere in pluribus locis,& ſubdit clauſulã, & ubiq; locorum intelligitur ęque diſtãtium à loco remotiori noĩato,vt ſingulariter dicit dom. Ant.de Bu.in d.c.1.pro quo facit quod not. Bar.in l. ſed ſi qs.in §. qſicum.in 2.col.& in fi.illius §.ff.ſi qs cau.& qđ in ſimili no.Bal. in l.fi.§ ſed ſi quis in conſcribẽdo ,in 3.col. C.cõia de leg.licet in contrarium faciat, qđ no.Iac.de Are.in 3.col.C.de epiſc.& cle.Item qa ꝑ ꝑ illã clauſulã gñalẽ,vbiq; locorũ,non poterit debitor cõpelli ad ſoluẽdũ in uno loco,ſi reperiatur ibi nauigans, aut ẽtſi inueniatur ibi in loco ei ſuſpecto, vt ſi timet potentiam aduerſarii,aut ẽt auctoritatem iudicis ꝑhorreſcat, primũ ꝓbat in l. hñs abſens. §.ſi.ff.de iudi.ſecũdũ in l.de ętate ff.ad Treb. Itẽ qa dicta ꝓmiſſio recipit d.reſtrictionem. ff.de condi. inde. l. qui certo loco. ita no.dicit Ang.in l.cum ei in ſi.in princ.ff. de leg. 2. Ideo ad tollendam iſtam dubitationem, addas inſtro,dũ dicit̃ ubiq; locorum,ẽt, ſ.ſi ibi reperiatur nauigans,vel aliud ſimile faciens, uel ẽt ſi ibi timet potentiam aduerſarii, uel auctoritatẽ iudicis.Item ẽt addas,ſi ibi nõ reperiatur, ꝑ ea q̃ hñr in d.l.hæres abſens.§.1. Itẽ addas,& ꝓmiſit in tali loco ſoluere,& ſe ibi ꝑſonaliter ꝑſentare,ſecundum Bal.in l. cũ Archimedorã circa medium. C.ut in poſ. leg.Vltimo addas,& debitor dictus renũciauit omnibus,& ſingulis legibus,prouiſionibus,& priuilegiis,& gratiis, & ſaluiſconductis tam factis q̃ faciẽdis, & promiſit nõ impetrare aliquam gratiam, vel priuilegium, uel ſaluũ conductũ,uel aliquid in cõtrariũ, & iurauit ꝑdicta oĩa,& ſingula attendere & obſeruare,& nõ contradicere,vel facere,uel uenire de iure,uel de facto ſub tali pęna,&c. Ex quib.omnib.ſic formare poteris ꝓmiſſionẽ, q̃ centũ dictus debitor promiſit ſoluere hic Paduę,Vincẽtię Peruſii,vel Florẽtię,&c. & in di.locis ſe pręſentare,vel in aliquo ipſorum,ad oẽm requiſitionẽ dicti creditoris, & ubiq; locorũ qñcunq; diſtãtiũ, ẽt ſi reperiat̃ ibi idem nauigãs,uel qd ſimiles faciãs,uel ẽt ſi ibi timeret potentiam aduerſarii uel alterius,uel iudicis auctoritatẽ,uel ẽt ſi ibi nõ reperiat̃,& promiſit ſoluere oĩa & ĩtegra cẽtũ, & inſolidũ,ubi fuerit inuentus, uel ubi fuerit pretium, & dictus debitor renunciauit omnibus & ſingulis legibus, prouiſionibus &c.ut dictum eſt ſupra.

Cautela quo tempore aget ille, qui petit pœnam dupli appoſitam in contractu. lxxi.

1 *Clauſula, rato manente pacto, quid operetur, remiſſiue.*

REgulariter in inſtrumentis uenditionũ, & aliorum contractuum ſolet apponi pęna dupli,videlicet,& promiſit duplũ noĩe pœna, quã exigi & cõſeq poſſe uoluit, rato 1 manẽte pacto.† de qua clã hr̃ in l. 1. & ꝑ totũ.ff.de euic.& l.l.1 eſcriptũ.§.ſi pac.ff đ pac. & ĩ l.ita ſtipſus.*la grãde*.ff.de uer.obl. ubi ponit̃ an pęna & res exigi poſſit.Sed aduertas, ꝙ iſta pę.nõ pt exigi ꝑ ẽptorẽ ẽt re euicta,&

ſic

sic ēt si esset condemnatus ad rē emptā resti 1 tuendā, nisi qn̄ res uēdita aberit ab ipso emptore. & sic ab eo fuerit auocata, ut est text. cum gl. no. in 4. q. incipit, si seruum. in prin uer. abest. ff. de act. emp. & est tex. cum gl. in uer. restituto. in l. euicta §. fi. de euic. facit l. hæc licere. eo tit. Et ideo tu, q uis agere, & petere pœnā dupli appositā in cōtractu, sis cautus, ut patiaris primo sn̄iam fieri cōtra te, ita q transeat in rē iudicatā, & ultra hoc, ut res a uocetur ab ipso, ita q tradit rē uincēti, uel ponatur in possessionē, alias si ageres antequā auocetur, succumberes per prædicta, & ita ego alias obtinui in quęst. facti.

Cautela ad euitandū, q testes non examinētur a ad futuram rei memoriam, reperies similem cautelam pro eodem. lxxii.

a Testes non examinentur. *Testes recipi non possunt ad perpetuam rei memoriam, quando reus offert se paratum, tunc uelle subire iudicium, Arg. in d. auth. § & hic uero quod dicit uerum post Inno. in c. significasti in gl. sua t nisi iudicium pendeat ex alieno arbitrio, non actoris tantum. Item uerum nisi reus se sic offerens, opponat exceptiones impedientes litis ingressum. Ang. ibi. in 4. col. quod dicit ibi sing. probari contra I. noc.*

1 *Testes ad perpetuam rei memoriam, etiam lite non contestata regulariter examinari possunt.*

1 TU scis, † q testes pn̄t examinari etiā lite non cōtestata, ēt ad ꝑpetuā rei memoriam, qn̄ testes sunt ualetudinarii, ita q dubitaē de morte, uel sunt recessuri, ut not. extra ut lite nō cōtestata. c. qm̄. & in l. lege Aquil. ff. ad l. Aquil. Sed reus si uult impedire istam examinationē, sic cautus, & dicat, q nō uult q fiat examinatio, & offerat se paratū suscipere iudicium, & uelle litigare, quia tūc non poterit fieri examinatio. Ita singulariter no. Ang. in auth. de testibus. §. & hic uero. col. 7. Et est rō. qa cessat causa illius examinatiōis tunc petitæ, & ꝑpca dico, q istud debet intelligi, nisi testes uellent recedere anteq̄ lis posset contestari, uel dubitaretur de morte ipsorum, uel si esset tempus, puta feriatum, quo agi non posset.

Cautela pro usufructuario. lxxiii.

1 *Vsufructuarius regulariter cauere tenetur, quod ipse utetur & fruetur arbitrio boni uiri.*

2 *Vsuræ prohibitæ sunt.*

1 VSufructuarius † tenet̄ tr̄ cauere, & ipse utatur, & fruatur arbitrio boni uiri, ut hr̄ ī ti. ff. usufr. quead. caue Sed no. unā cautelam pulcherrimā, quā pōt adhibere usufructuarius in hoc, ut ipse dicat, se fideiussorē nō posse inuenire, q ꝑ eo promittat de utendo, & fruēdo arbitrio boni uiri. qa tūc usufructus debebit apud hæredē remanere, & hæres debebit pstare vsufructuario 3. partem usurę cētesimæ. ut probatur in auth. de nuptiis. §. si uero usufructus. & ibi hoc no. & tenet Ang. 2 col. 7. † Sed ego credo, cū hodie usuræ sint ꝓhibitæ. ut c. qa ī oīb. extra de usu. & in auth. ad hoc. C. eo. tit. q talis usura peti nō possit nisi petatur tanq̄ interesse, sicut dr̄ in simili de emolumentis legalibus dotis, hr̄ in c. salubriter. extra de usu. ff. sol matr l. insulam. §. usuras. & in l. fin. §. præterea. ff. de iure dot. & in l. curabit. C. de act. emp.

Cautela ad interrogandum testem, ut faciliter conuinci possit de periurio, uel affectione. lxxiiii.

1 *Testis, quod incontinenti se corrigere uoluerit, non præsumitur.*

TEstibus examinandis solent fieri examinationes, de qbus hr̄ in ca. cum cām 2. de testi. & in l. testiū. C. eo. tit. & inter alios aliq cautelosi faciūt istā interrogationē, si credit 2 testis a uerū esse id quod testificatus est, & hoc faciūt, q si testis dicit q sic, non ꝓbat, qa deponit de credulitate, & nō de ueritate, ut habet̄ ī dictis iuribus. Sed si diceret, q nō, uī illud reuocare, qd̄ primo dixit, & sic quasi tercunq; iīdeat, incidit in laqueū, ut not. Io. And. in c. insgst. in uer. de credulitate. in no. uel. de accu. Sed tu dicas, q ista interrogatio tanq̄ cauillosa, & captiosa non est admittenda & si iudex aduerteret ad legitimandū interrogatoria, & reperit talē interrogationē, cācellet eā, sed si iudex impeditus eā dimitteret, & sm̄ eam testis esset interrogatus, & in dfifet affirmatiue, siue negatiue, dicas q non nocet dicto testis, in quo primo depoluisset 1 de ueritate, † qa nec præsumptio est, q incōtinenti uoluerit se corrigere. ut l. non ad ea. ff. de cond. & dem. nisi hoc appertedicerer, ut in c. præterea. de test. cog. Et hoc ultimum, quód ualeat tale dictum test. s, & quód non uideatur se corrigere, tenet do. Prosdo. de

Comi

Comitibus, in c.in omni. de testi. ubi uide. Alia interrogatio solet fieri, uidelicet interrogatus testis, qui deposuit aliquid affirmatiue uel negatiue, si possibile est rem aliter se habere, & testis ipse nesciret: nam si respondet ꝙ sic, non creditur eius dicto: q̃a non cõcludit necessario, ut in c.in præsentia. de probа. & in l.non hoc. C. unde cog cum simi. Pone exemplum, testis deposuit, ꝙ Titius tali die nõ fuit in tali loco, puta in scholis, interrogetur si possibile est, ꝙ ipse fuerit, & testis hoc nesciret, si respondet, ꝙ sic, non probat eius dictum Item pone exemplum affirmatiue, testis dicit, ꝙ res nõ ualet tm̃, & cõi æstimatione iudicaretur, ita interrogetur, si possibile esset, ꝙ non ita iudicaretur cõiter, & si dicit, ꝙ sic, eius dictum non concludit. & idẽ tu dicas in similibus. & ista interrogatio est ualde utilis, & semꝑ tu apponas in interrogationibus tuis. Vna alia cautela est inuenta calumniose circa personam testi, nam cõiter solet fieri interrogatio ista, interrogatur testis, quam partem uellet uincere, & quia testis sapiens cõiter solet respondere, ꝙ uellet, ꝙ pars quæ habet ius uinceret, sed cautelosi addunt aliam interrogationem, s. quam partem uellis hr̃e ius, cui interrogationi si testis dẽt respondere secundum ueritatem, nõ est dubiũ ꝙ oportet, ut dicat talẽ: q̃a cõiter q̃s magis fauet uni parti, q̃ alteri, & ideo eius dictum non ualeret, unde ꝑꝑ hoc eius interrogatio debet dici cauillosa & captiosa, & propterea non est admittenda.

a Si credit te. *Credo prolatum in attestatione ad captionem iudicis uel partis non uitiat, ut si interrogatus an credas dicta per eum esse uera. Respon. quod sic, secundum domi. Pros. Comitem Paduanũ in c.in omni de testi. contra Ioan And. in c. inquisitionis. in nouel. de accu. secundum Bar. Cap. in ista capi. & ita faciunt cauillosi aduocati interrogatorijs ad testes.*

Cautela ad euitandum præscriptionem, & repetita per eundem.

1 *Prescriptioni in ducta mero negligentiis odio renunciari non potest.*

Cautela, ꝙ in contractu non noceat ꝑscriptio, uidelicet ꝙ in instr̃o dicatur, ꝓmitto tibi mille, & ꝙ possis me conuenire quandocunque uelis, & est casus secundum Ang.. & ibi dicit in 3.no, in l. q̃d si nolit. §. si q̃d. ff de ædi.edi. facit q̃d no. in l. itẽ illa. §. q̃d adiicitur. ff. de const. pe. & hoc intellige in qualibet præscriptione inducta in defectum prouisionis hominis, cui possit renunciari, secus in præscriptione inducta mero odio negligentis. 1 † quia non potest illi renunciari, secundum Ang. in d. l. sicut ita. de quo ꝑ Bart. & Doct. in l. nemo põt. de leg. 1. & per Bald. l. item illa. ff. de const. pec. & per Bar. & Doc. in l. 1. ff. de usu.

Cautela pro aduocatis, & procuratoribus, ad protrahendum causas ad longum, & ad reiterandum plures appellationes. LXXXV.

1 *Interlocutoriam suam iudex renocare non potest, quando res integra non est.*

2 *Appellationes plures super nullitate fieri possunt.*

3 *Causam iustam fouen i aduersarium suum decipere licitum est, & per indirectum ipsum uincere, dũmodo mẽdaciũ uel periurium nõ in ueniatur.*

Nota secũdum Vbertum de Bobio, & Io. de Deo. ꝙ aduocatus, qui tenet de principali dẽ differre cãm, si hẽt diuitẽ clietulũ, ut ꝓponat reus aliquã exceptionem. a & super ea faciat ꝓnunciari, & post a appelles. C. de appel. l. ad dictos. & admittit̃ appllatio causa legitima ea inserta, ut in ca. debitus. de appel. & hanc appellationem ꝓsequatur. & super ea statim impetret iudicem 1 uel nũcium mittat, † & postea nõ põt iudex reuocare interlocutoriam cum res nõ sit integra, ut no. in c. cũ cessante. de appel. & Spe. in ti. de exceptio. §. iusto. ut sed nunquid. Itẽ ẽm Alber. adhuc amplius poterit prorogari: q̃a si in casu appellationis aliqua causa incidat, & iudex appellationis grauet, iterum ab eo appellet, sicut sæpe in curia fieri uidimus per malitiosos procuratores. Itẽ ẽm eũ, longe plus sic poterit prorogati, ut reus appellet à sententia, & dicat eam nullam corã iudice appellationis, quia fieri potest, ut not. Spec. in tit. de sent. §. iuxta. uersic. sed quid si sua sententia, ut hr̃ in Clem. 1. de iud. & no. in c. sua. de appellatio. & si iudex pronunciauit iustã, uel aliquã, uel iniustã, statim iterũ appellet, & iterũ coram iudice appellationis iterũ dicat eã nullã, & sic potest centies facere. nec. n. dr̃ semo prouocasse, cũ nullã appellationẽ fuerit prosecutus, & semper possit dicere sententiã nullam, ut ff. quæ sentẽ. sine appellatio. rescind. l. 1. & l. 2. Itẽ docet Ioan.

de

de Deo, quod litigator semper insidietur iudici. & inuēta occasione appellet, non timet expēsas, si diues est: quia grata superueniet, q̃ nō sperabitur hora. Sed certe pudet me tale recitare doctrinā, q̃ nō illuminat animam nec subleuat ægrum 45. dist. inuidetis. Hæc. n. doctrina nō fuit erudiendorū, sed ꝑdendorum auditorū, dū quid mali didicerint insinuāt. de cōsecratione, di. 2. c. ꝑ dilectione. doctrina etenim mala, conscientia est malitiosa doctoris: ut in 1. q. 7. conuenientibus. ita dicit Sp. de exe. §. nisi, uer. intelligetur. ſm Vbertū de Bob. quia ista cautela nō utaris ubi causā foues iniustā, sed solū q̃n iustam. & dubitas de fauore & potentia alterius partis, lucrando causas, ꝑdes animam, iuxta no. in c. præsentium. de test in 6. & uide quod dicam in sequen. cautela. Vbertus de Bob. docet aliam cautelā, uidelicet, ut appellans appellando, & ꝓsequendo dicam primam sen. nullā & si iudex appellationis dicat eam aliquā, uel iustam, statim poterit appellari, & cętera, & ꝑ hanc uiam, ut docet Spe. in ti. de appellatio. §. quoties. in uersi. item not. ſm Vbertum, & dixi in præcedenti. sed clarius dicas dando cautelam similem duobus modis. Primo. ꝙ si est lata sententia, appelles, si est lata secundo contra te in causa appellationis, iterū appelles. si fertur tertio sententia contra te, dicas illam tertiam sentētiam nullam, *b* quod
b fieri pōt, ut in Clemen. 1. de re iud. & si pronūciabitur ipsam aliquā, appelles ab ista pronunciatione, quod fieri pōt, & si iterū in causa appellationis ꝓnūciabitur cōtra te, appelles secūdo quod fieri potest. †q̃a illæ duæ ap
a pellationes sunt super nullitate, & sic super diuersis, per ea, q̃ hn̄r i c. sua de appel. & in l. unica. C. ne li. in una & ea ca. ter. prouo. Et si tertio pronunciabitur cōtra te, dicas istā tertiā sent. nullam, & sic procedas usq; in infinitū ut supra. Et licet ista cautela prosit ad litigādū, tñ nō prodest quantum ad impediendum executionē: q̃a latis trib. sententiis conformi. super negocio. pri in. dēt fieri executio, licet posset dici sententia nulla, ut in d. Cl. 1. de re iudi. Et ideo melior cautela uꝫ esse alio modo ad impediendū iudiciū sup prin. & ad impediendum executionē hoc modo, uidelicet, ꝙ si feratur prima sn̄ia contra te, nō appelles. sed dices eā nullā, q̃d fieri pōt. l. si expressim. ff. de app. & ibi no. & si pronunciabitur eā aliquā, appelles ab ista sn̄ia, & iterum pronunciabitur ea aliqua, secundo appelles. & si tertio pronuntiabitur aliqua, licet nō possis amplius appellare, tñ potes istam sententiam ultimam super nullitate dicere esse nullam, & sic ulterius procedatur milies. Circa prædicta uide no. in cle 1. de re iud. & not. in Cle. si de appell. Sed d. cautela non utaris, nisi foueres causam iustam in causa prin. sed si foueres iustā, uidetur quod tali cautela quis posset uti, per gl. no. in c. cupientes. in uer. malignantes. de elect. in 6. & uide quod ibi not. circa hoc. & per glo. not. 6. q. 1. prædicator,
3 †ubi dicitur, quod licitum est fouenti iustam causam decipere aduersarium, & per indirectum ipsum uincere. & dummodo mēdaciū uel periurium non interueniat

a Exceptio *Exceptio, quæ potest incontinenti probari, admittitur quæ alias non admitteretur, in Spec. de lis cont. §. 2 uer. quid si reus. & dici: ur incontinen. i. s. infra triduum glo. in 2. C. de erro aduoca. Exceptio, quæ non releuat, non debet admitti Bal. in l. cum seruum. C. de ser. fug.*

b. Senten. nul. *Appellatio a sētentia nulla fieri potest c. dilecto & ibi Doct. de appell. uide per Bal. in l. 1. in 1. col. in uer. quarum Doct. de sen. ex. pe rea. & in Spe de appel. in 3. par in §. 1. uersi. quidam autem utuntur. & uide in l. si constat. & in l. si expressim de app. & Pau cons. 15. & Alex. cons. 2. 4 par.*

Cautela quia in præcedentibus dictum est de appellationibus. LXXVIII.

1 *Appellationis in materia cautela, remissiue.*

Videamus etiam aliam cautelam de eadē materia. nā ille, qui uult appellare debet esse cautus, ut si iudex non uult admittere eantiquam exceptionē, quod ipse præponat exceptionem suam, & si iudex nam admittet, tantum est, ac si non admittit. sed reiicit expresse uel procedēdo ad ulteriora. debet tūc appellare hoc modo, uidelicet quia iudex nō admisit exceptionem suam propositam, imo eam reiicit expresse uel tacite, appellat. ne procedat in causa tali ad ulteriora proceden do. sed si solummodo allegata exceptione, & non reiecta expresse, uel tacite, licet non admissa appelletur in causa, talis appellatio nō ualeret. ista omnia probantur in c. dilecto de appel. & ibi per omnes & not. Ant. de But. & Docto in c. interposita de appellat. Secunda cautela, quod ille, qui obiicit exceptionem, coram iudice offerat se eam probaturum in

con-

remedium compescendi laicos, & inducẽdi eos ad satisfactionẽ pro iniuria ꝑsonali illata clerico: nã iudex ecclesiasticus ad clerici querelã potest denuntiare illum malefactorem excõicatum, ut 17. q. 4 si quis suadente. & compellere populum ad illum euitandũ. Et dico, ꝙ ista erit optima cautela, ut iudex tempore denuntiationis excõicet oẽs, qui se cum cõicauerunt ante absolutionem. Nã timore maioris excõicationis euitabiť ab omnibus, ubi hodie cõiter non euitatur: † quia
1 cõicantes non incurrunt nisi minorem excõicationem, ut in c. 2. de exc. & ꝙ talis sententia possit ferri, uide Ioã. An. in c. statutũ. de sen. exc. in 6. licet ibi tex. bene põderatus uideatur prima facie uelle cõtrarium. ut dicit Nic. Abb. Sic. in c. ꝑuenit. i. de sent. exc. & tu idem faciasin similibus, qñ habes debitorem tuum excõicatum: quia nõ uult solue-re, non facias eundem denuntiari simpliciter excõicatum, ita ꝙ ab oĩbus euitetur, iuxta c. past. §. i. de ap. quia tũc talis denũtiatio parũ solet timeri, ex quo cõicantes cum excõicato incurrunt solummodo minorẽ excõicationem, ut hť in d. c. & sis cautus ut facias ultra denuntiationem euitationis qđ denuntietur, & ꝙ si quis cõicauerit cũ eo, sit excõicatus: qa tunc intelligitur excõicatus excõicatione maiori, ut in c. si quẽ. qđ est pen. de sẽp. exc. & sic magis timetur, qđ
2 no. Secunda cautela est, † quia realiter qñ qs est excõicatus, non põt appellare à snĩa excõicationis ẽt infra 10. dies, qa quãprimum est lata, trahit secũ executionẽ, ut est casus in d. c. pasto. §. i. & not. in c. ad reprimendã. de off. ord. Sed cautela est ẽm Abb. antiquum, quẽ sequuntur oẽs Doc. in d. c. ad reprimendã. qđ excõicatus infra 10. dies cõpareat coram excõicatore, & petat se absolui, & qa excõicatio est iniusta, si nõ absoluat cũ ab ista denegata iustitia, & sic ab isto secũdo grauamine poterit appellare, ꝙ est no. Tertia cautella est, qñ in delegatione apponiť cla appellatione remota, uel qñ in statutis dr, ꝙ in tali causa nõ poterit appellari, & in illa ferať snĩa cõtra unũ nã tũc non obstãte d. cla uel d. statuto. poterit ꝑ uiã q̃relæ aditi superior qui si uiderit, qđ appellans fuerit grauatus iniustè, poterit hmõi grauamen emendare, ut est casus, q ita intelligiť ẽm unum intellectum d. c. pasto. in prin. de appell. Sed prout intelligo illũ tex. alia cautela est, & utilior, qđ grauatus ꝑ snĩa appellet, & adeat superiorẽ iudicis appellationis, & sibi ostendat, qđ sit grauatus ꝑ snĩam iniuste: qa tũc iudex appellationis poterit, & dẽbit emẽdare grauamẽ, & pronuntiare malẽ iudicatũ, & sic ista appellatio proderit respectu iudicis appellationis, licet non respectu iudicis à quo: qa ille iudex à quo, interim antequam pronũtietur ꝑ iudicẽ appellationis, poterit suã snĩam exeq nõ obstãte appellatione. & hoc operabiť d. cla, & d. statutũ ꝓhibẽs appellationẽ, & iste est proprie casus q dẽt intelligi in d. ca. pasto. prin. & alias disputãdo sustinui. Quarta cautela est, qñ habes debitorẽ tuũ excõicatũ. qa tibi nõ uult soluere, qa de excõicatione non curras, & dubitas ne tibi infringatur snĩa cõdemnatoria. Cautela est, qđ tu expectes, qđ dilabať annos à die
3 excõicationis, † quia ex quo ꝑ annorum stetit in excõicatione, perdidit causam, ut hť 11. q. 3. rursus. qđ intellige, si potuit inueniri excommunicatorẽ suũ infra annũ, alias secus, ut ibi hť. & no. gl. pe. in fi. in d. c. pasto. §. præterea. de offi. ord. Itẽ dẽt priuari beneficio suo, si qđ hẽt, ut in d. c. rursus. & hoc ẽt no. gl. in c. cum bon. uer. triẽnio. de ætate & qual. & ibi poniť ista materia. Itẽ hť hiticus, ut est tex. eũ. gl. fi. in c. cũ cõtumacia. de hær. in 6. & ideo sit cautus ille, qui est excõicatus propter debita uel aliã cãm, ut procuret se absolui infra annũ, si potest hẽre suum excõmunicatorem, ne incidat in pœnã prædictas.

Cautela qđ melius sit creditori uendicãti rem debitoris sui sibi obligatam, qđ potius intentet Saluianum interdictum, qui hypothecariam lxxxi.

1 *Saluianum interdictum pro quibus competat, & ad quid etiam utile est.*

2 *Sententia lata in causa momentanea possessionis appellari nequit.*

QVando quis uult uendicare uel reuocare rem sui debitoris alteri alienatam q̃ sibi obligata est, cautela est, qđ potius intentet.
a Saluianũ interdictum, a qui actionẽ hypo-
1 thecariam, † quia Saluianũ unle interdictũ competit cuilibet creditori, directum autẽ pro rebus coloni inuectis & illatis. Item utile pro rebus inquilini competit locatori, & etiã cuilibet alteri creditori, uidetur casus ĩ l. i. C. de Sal. inter. in eo quod dici debitor. & ibi hoc not. Bart. & in eo quod dicit, debitor

quasi Seruiana. quæ cōpetit cuilibet creditori, ut hr in §.item Seruiana. Inst. de act. & p g'. in d.l.i.l.ē competit Saluianū interdictū non t'm contra debitorem, & eius hæredē, ut d.l.i.& ibi Bal. sed ēt competit cōtra quē. libet extraneum possessorem, ut est tex. in l. i.§.i ibi, aduersus extraneos. ff. de Sal. interd. & hoc tenet Bar. & Saly in d.l.i. C.eod.ti. & utilitate huius ēt in hoc, quia Saluianum interdictū est possessorium, & hypothecariū, licet auocet possessionem, ut habetur in l.si cum uenditor. ff. de euic. tamen non est momentaneæ possessionis, sed sapit naturā possessoriu.ta dixit singulariter Bal. & Sal. in d.

a l.i.C.de Sal.inter.& Bar. in d.l.i ff.eo.ti.†Ex quo sequitur, quod cum à sententia lata in causa mom pos. nō possit appel. ut l. unica. C. si de mom pos. fue. app. quod à sententia lata in saluiano interdicto appellari non poterit, sed à sententia lata super hypothecaria sic. ut no. Bar. in d.l.i. ff. de Sal. inter. Item est alia utilitas in modo probandi, quia intentans Saluianum interdictū quod est mere possessorium, non habetur necesse dicere, rē esse obligatā, & docere de obligatione, sed sufficit probare rem esse possessam ab illo, qui obligauit, sed in hypothecaria debet probari rē quæ petitur fuiss: hypothecatā, & fuisse in bonis debitoris, ut hr plenissime per gl. Cyn. & Doc. in l. cum res C. si alie. res pig. da fue. & per Bar. in l. si rem alienam. ff. de pig. act. & p p ra non intentes hypothecariam, sed Saluianum interdictum, si coneul sunt ea, quæ hnr in d.l.i.ff.& C. de Sal. inter.

a Saluia.inter. *Agens Saluiano interdicto debet narrare rem fuisse in bonis tempore hypothecæ. sed sufficit, quod probet de possessione sola debitoris. Paul. de Cast consi. 6. in 3. col & Cy. & Sal. & Do in l. cum res. C. de pro. & Alex post Bar. in rem alienā. de pign. act Adde etiam Spec. tit. de lo § 5. uersi. ad hoc. & C. de Salui. in. ir.*

Cautela pro spoliato contra spoliatorem. lxxxii.

1 *Spoliatus ante omnia regulariter restituendus est.*

1 Regula est, quod spoliatus a ante omnia
a est restituendus, ut l. si quis ad se fundū. C. ad l. Iul. de ui. in c.i. de restōne spoliato, ēt si spoliatus est prædo. ut est tex. in c. in lite-
b tis. co. tit. quod intellige, nisi spoliatus b patiatur agentem probare de dominio uel iure suo quia tunc spol atus non est restituendus, ut est casus in d.c.i & ideo cautela est, quando spoliato opponitur de dominio uel de iure agentis, spoliatus opponat, & dicat, domine iudex ego non consentio, nec debetis ipsum audire, quia spoliatus ante omnia est restituendus, quo casu etiam si probaretur de dominio, debeict restitui, ut not. in d.c.i.& per Inn. in c. fraternitatis, de frig. & malef. & c cum Bertol. de re iud.

a Spoliatus. *Spoliatus habet 8. remedia à iure. in Spec. de resti spol. in prin per totum.*

b Spoliatus. *Spoliatus debet restitui ante omnia. l. si quis ad se fundum C ad l. Iul de ui. Ol. consi. 223. incipiente istæ sunt allegationes & omnino per Alex. in l naturaliter § nihil cōmune. de acqui poss. ubi ponit regulam & multas fallentias quod uerū est, etiam si per contumaciam sit spoliatus per iudicem quia uolens purgare contumaciam audiri debet, etiam si missus in possessionem rei uelit statim probare de dino suo Bal. in l pe. §. pen. C. de præscr. 30 annorum. & per Old consi 226. incipiente, de toto uide in spec. de priuil. & se de re. §. iam de effec. uersi quid si missus. alias autem spoliatus non debet restitui. quando constat de dominio spoliati c. cum ecclesia. de causa poss & proprie. c. cum super. eo ti c ad decimas. de resti. spol. in 6.*

Cautela, q de liquido ad non liquidum admittatur compensatio. lxxxiii.

1 *Regula de liquido ad non liquidum non fit compensatio, quomodo intelligatur.*

Scis quod uulgariter dicitur, quod de liquido ad non liquidum non debet fieri compensatio, ut habetur in l. fi. C. de compens. & in §. in bonæ fidei. Instit. de act. Sed ego do tibi unam bonam cautelam singularem, per quam de liquido ad non liquidū poterit opponi compensatio, & liquidum non poterit interim exigi, & facta probatione de non liquido, debet fieri compēsatio. Et cautela est ista, si unus petit à te decē in quibus uere es debitor, & ipse tenetur ēt tibi in alia decē, aut minori summa, si pōt probare aduersarius, q sis debitor suus, confitearis incontinenti debitū, & opponas, cōpensationē pro eā quantitate, in qua aduersarius est debitor tuus, & licet aduersarius neget debitū, tñ ualebit oppositio compēsatio

tionis,& interim poterit à te exigere,sed debebit te expectare,ꝙ probes, vel non probes debitum negatũ.Nec obstat dicta regula,† ꝙ
1 de liqdo ad non liquidũ non fit cõpensatio, qa debet intelligi, qñ illud est liquidum per testes vel alias ꝓbõnes,secus si esset liquidũ per confessionẽ partis,ut est tex.cũ glos.ual. de no.l. fi. uers.cõuicta.C. de cõp. & ibi hoc no.& tenet Cy.in 11.& est alia gl fi'lis in l.ne mo ex his.ff.de reg.iu.quod no.qa multi iudices imperiti seruant contrarium,& male.

Cautela pro libellante, ne ad expensas teneatur. lxxxiiii.

1 *Debitor si saltem per interpellationem extraiudicialem in mora constitutus non fuerit ad aliquas expensas non tenetur,si recepto libello, se soluere dixerit, & lite cedere.*

IN libellis solet cõiter apponi una cl'a,ꝙ aduersarius fuit interpellatus sæpe,& sæpius extraiudicium,ut faceret id,quod peti, ꝙ facere recusauit, quæ cl'a ẽm aliquos, non est necessaria, quia interpellatio sit'r necessaria non est, sed de vrbanitate,vt l. quidam Hyberus.ff de seru.vrb. præd ubi tex.dicit, loquaris cum Hybero. Et tu dicas, quòd imò
1 vtilis est,& cautum,ꝙ opponatur,† qa si debitor non est constitutus in mora saltem per interpellationẽ extraiudicialem, & vocatur ad iudicium,nõ tenetur ad aliquas expẽsas, si immediate recepto libello dixit se soluere, & cedere liti,& non cõtendere, ut dicit not. Spec.in tit.de rei uend.§.1.& Ang.in l. 1.C. de obsequiis, & Ang.de Aret.Insti.de act. in § sic itaque,& ꝑ pea cautela est,ut primo antequam conuenias debitorem tuum, vt interpelles primo ipsum, qui si non solueret, & conuenias ipsum, tenebitur ad expensas, etiam si incontinenti confiteatur debitum, & propter istam rationem dicta clausula solet apponi in libellis,& bene.

Cautela qualiter socius teneatur socio reficienti rem communem. lxxxv.

1 *Socius si rem communem pro parte sua reficere noluerit,partis suæ dominium perdit.*

SAepe contingit,ꝙ sint duo fratres,vel socii,qui hñt rem cõem, puta domum vel molendinum, quæ res indiget reparatione, & vnus eorũ vult reficere,& aliter eorũ non vult contribuere ad expensas. Cautela est multum singularis, & utilis,ꝙ ille reficiat rẽ qui vult suis sumptibus,& petat sumptus si-
1 bi restitui ab alio socio:† quia si socius recusarit reficere rẽ,nolendo contribuere ꝓ parte sua,& facta refectione per alium nõ satisfecerit pro parte sua reficienti ẽt cum vsuris vel interesse, perdet dñium suæ partis post quatuor mẽses,& applicatur reficiẽti, ut est casus ualde no. in l. 4.C. de pri.ædi.& in l. si duobus.§.idem rñdit.ff.pro soc. & ita no. & tenet Ang.de Are.Inst.de act.§.sequens.ideo sint bene cauti socii tam reficientes, quàm nolentes reficere,per prædicta.

Cautela est iudicialibus,quòd pars contradicat expresse, alias tacendo sibi præiudicat. lxxxvi.

1 *Tacens in iudiciis consentire uidetur.*
2 *Actus contra unum per iudicem si in iudicio fiat, non contradictio,non sufficit nisi appellet.*

EST dubium, an tacens videatur consentire, ut hr̃ in regula, qui tacet. & in l. filiusfamilias.§ inuitus. ff. de proc.& Bart. plene in l.quę dotis.in fine, soluto matrimo
1 nio. Sed uera conclusio est,† quòd tacens in indiciis.vr̃ consentire: ut not Barto.in l. 1. C. de rela. Et ideo cautela est, qñ fit aliquis actus in iudicio contra unum,vt ille semper respondeat,& dicat, ꝙ ipse non consentiat, Et ideo de bonis ꝓcuratores faciẽt scribere: me præsente, & non consentiente, vt dicit Bartol.in d l. 1. Vel melius est dicere, ꝙ in parte, & in partibus facientibus contra se non consentit, & istud procedit quando a-
2 ctus fit aduersarium, † sed si actus fiat iudicem in iudicio contra vnum. non sufficit, quòd ipse non contradicat, nisi appellet:ut singulariter dicit Innoc.in c.quod ad consultationẽ. de sent.& re iudic. & sequitur Ang. de Perusio,& Ioan.de Imo.in l.ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebel. Circa hoc tamen uide text.qui uidetur facere in contrarium,& ibi Bald.& Paul.de Cast. in authen. si quis litigantium. in princip.in verbo contradicat. C. de episcopali aud. Sed dic, si actus fit per partem in iudicio, sufficit dicere non consentio,sed si fit per iudicem,& tunc aut est talis à quo possit appellari, ita quòd si appel-

si appelletur, trāsit in rem iudicatam, & tūc a nō sufficeret dicere non consentio, nisi appelletur & ita intelligit Inn. Aut ab actu iudicis non potest appellari, sicut realiter ab interlocutoria de iure ciuili non appellatur, & tunc non requiritur appellatio, sed sufficit contradictio.

Cautela, ꝙ tutius sit relinquere alicui in codicillis quàm in testamento. lxxxvii.

1 *Haeres in codicillis insti tui non potest.*

2 *Codicillis primo testamento facti non tolluntur per alios codicillos, qui postea fierent, neque per aliud testamentum sequens, nisi expresse dicatur.*

SI aliquis uelit tibi relinquere certam partem bonorum suorum, quid est melius & utilius, an ꝙ relinquat per codicillos, vel per testm̄? Et prima facie vř, ꝙ sit melius, ꝙ relinquat per testamentum, quia illud fit cū maiori solennitate q̄ codicillus, ut probatur in l. hac consultissima. C. de testa. iuncta l. fi. C. de codicillis. Sed tu dicas, ꝙ tutius est relinquere per codicillos, q̄ per testamentum,
1 nisi forte quis uellet instituere hēdem, † qđ in codicillis fieri non potest. l. hēditatem C. de codicil. Et est ratio quia testamentum per aliud testm̄ semper rumperetur, ut in l. sancimus. C. de testa. & in l. si quis in principio te
2 stamenti. de leg. 3. † Sed codicilli primo facti non tolluntur per alios codicillos, qui fierēt postea, neque per aliud testamētum sequēs, nisi expresse dicatur, ut est textus Inst. de codicil. §. non tm̄. Et no. Spec. in ti. de instr. edi. a
§. compendiose. in uer. sed id consideres, & ꝙ tutius sit relinquere ꝑ codicillos ratione prædicta, tenet Spe. in d. ti. de instr. edi. §. uiso de impugnatione uer. & no. quod tutius est, & ideo sis cautus ut consulas, ꝙ potius relinquatur ꝑ codicillos, quàm per testamētum.

Cautela pro testatore volēte, quòd eius vltima uoluntas non constet, nisi post mortem. lxxxviii.

1 *Testamentum non ualeret, si ante ipsius aperturam unus testium moreretur, qui subscriptionem suam, & sigillum cognoscere non posset.*

MVlti sunt qui uolunt, ꝙ uolūtas vltima non sit nota aliis nisi post mortē suam, ꝑ aliquam iustā causam, ut hř Inst. de pupilla. substi. in §. si quis autem formidolosus, & faciunt testm̄ in scriptis clausum, a & sigillatum & scriptum, iuxta l. hac consultissima. C. de testa. Sed tu aduertas & sis cautus, q̄a periculosum est facere talia testamen
1 ta. † Nam si moreretur uiuo testatore, uel ēt post mortem an̄ eius aperturam unus ex testibus, q̄ non posset cognoscere suam subscriptionem & sigillum, nō valeret testm̄, ut singulariter no. Bar. in l. 2. in princ. ff. quēad. te. aperi. Et ideo debes uti hac cautela, qua sępissime usus sū, ut testator cōuocet unū notariū, q̄ nō sit de testib. supradictis, & duos, uel tres testes alius, ut faciat, ꝙ cuilibet dictorū testiū, q̄ se subscripserūt & sigillauerūt, recognoscāt subscriptiones, & sigilla in pręsentia duorū uel triū testiū di. notarii, & roget d. notariū ut cōficiat unū instm̄ de di. recognitionis subscriptionū & sigillorū, & erit securus ꝙ non erit opus alia recognitione, & hoc modo nō erit ꝑiculū de quo supra. Vel pōt ēt alio modo ꝓuideri, videlicet, ꝙ testator à principio à quo se subscribunt testes, & ponūt sigilla, adhibeat notariū & testes, q̄ sunt rogati de dicta subscriptione uel sigillis & de hoc fiat scriptura publica, quia illa probabit sufficienter, & hoc ponit Bar. in d. l. 2. in prin. sed pcedēs cautela melior est. Tertio pōt, & aīt ꝓuideri, qñ testator uellet testari in scriptis, & nō curaret ꝙ testm̄ esset secretum, quia tunc possent facere publicationē fieri eo uiuo, ut no. Bart. in d. l. 2. in § si dubitetur. Circa, quod adde, ꝙ dř in seq. cautela.

a *Testa. clau. Testamentum non apertum mortuis testibus non probat. gl. singu. in uer obsignen ur. secundum Bart. in uer quaero quid si testes. in l. 2. C. quem te. aperi Bar in l. 2. in prin ff. eod. titu. dicit uerum in testamento in scri. quod corruit si unus testis moriatur antequam publicetur, uel uiuo testatore, nisi eo uiuo facta fuerit recognitio subscriptionis, & sigilli à teste coram notario, & testibus uel etiam tempore subscriptionis fuerit rogatus alius notarius de subscriptione illius, uel nisi uiuo testatore aperiatur, ut ibi per Bartol. & Bald. in addi. Spec. de instr. edi. uer. fi. decessit. Adde not. per Bal. in l. 2. C. de fideicom.*

Cautela pro chirographis mercatorum. lxxxix.

1 *Chirographo seu scriptura priuata manu notarij non confecta requiritur quod trium testium subscriptio interueniat, alioquin non ualeret.*

Merca-

1 *Legitimatio est totius status reintegratio.*

Cautela est, quam saepe dedi parentibus, qui habēt filios legitimos, & naturales, & uolunt unum uel plures, spurios legitimari facere. sed nollent, quod succederent cum aliis filiis legitimis, naturalibus pariter, nisi certo modo, prout eis parētibus placuerit nā dixi, quod Comes Palatinus uel alius, qui habet potestatem legitimandi, licet non possit

1 legitimare quantum ad unum tantum, †qa legitimatio est reintegratio totius status, facit l. quaesitū. cum ibi no. ff. de adop. & l. si pariter. in fi. ff. de lib. cau. tamen potest dispensare, ut possit succedere certo modo, qa ista non est proprie legitimatio sed dispensatio, & licet illud non uideatur esse cōmissum Comiti, qui habet ptātem legitimandi & habilitandi, uf. tres, per ea quae no. in l. a. ff. de adop. bene tamen exerceat rem iure suo, licet non possit plus facere, q̄ sibi commissum sit, minus tū facere pōt, quia nō habet seruare formam sui priuilegii, sicut facere debet iudex delegatus & ita uult Paul. de Castr. in l. solet praetor. ff. de iurisd. omn. iud. qui dicit se alias ita consuluisse & idem notat. ipse in l. pactū quod notali. C. de coll. ubi omnino uide. & uide omnino Bened. de Plumb. in l. fi. ff. de iure annu. au. & in d. l. si pariter. in fi. & in disputatione sua, quae incipit, statuto Pisano cauetur. & uide etiam Ioan. de Zochis in c. per uenerabilem. qui filii sint legitimi. in §. i. in 49. col. Ex adde, quod dixi in praecedenti, quod no. pro parentibus, qui uellent legitimare filios cum hoc, quod succederent solum in certa parte.

Cautela quomodo pater cōstante matrimonio possit filio secure dare dotem, quando cū filio ad dotem, restituendam se obligauit, & quomodo pater praedit omne commodum ususf. filii emancipati. cxv.

1 *Dos constante matrimonio restitui non debet.*

2 *Emancipare si pater filium nollet, sed ipsum de domo expellere, an ad emancipandum cogi possit.*

3 *Emancipet si pater filium uoluntarie, ususfructum dimidiam retinere potest, secus si aliās.*

Multi sunt filii, qui non pōt pacifice cū pře uiuere, & recedūt a pře, uel př expellit filiū de domo, & petit per filiū ꝙ př sibi restituat dotem uxoris suae, quam ipse př recepit, & se obligauit pariter cum filio ad dotem restituēdam, in oēm casum, & euētum dotis restituendae, iuxta no. in l. si cū dotem. §. transgrediamur. ff. sol. ma. pater dubitat si debet dotem restituere: †quia dos cōstante matrimonio restitui non debet, ut in toto ti. C. si dos constante matri. & filius cōsumeret dotem, nollet př teneri ad eam restituendam amplius. & de hoc saepissime est quaestio. Sed tu dicas, si consultus fueris, qđ triplex cautela seu consiliū dari possit, ut pater secure dotem restituere possit. Prima cautela est, quod restituat solummodo ex causis legitimis. & a iure expressis. de quibus habetur in l. q̄uis. & in l. seq. ff. solu. mat. & nō habebit aliq̄ dubitationē. Secunda cautela est, ꝙ restituat alteri de mandato mulieris, tunc n. ipsa mulier tenebitur actione mandati, unde conuentus socer poterit ei ad dotem compensationem opponere arg. ff. de iure do. l. sane. Tertia cautela est, ꝙ př emancipet filium nam tunc sicut filio mortuo, pater debet nurui restituere dotem, ita hic filio emācipato. arg. ff. de iure do. l. si pater filię nomine. & ita consuluit Iac. de Ar. & Ray. dicebat primam esse ueriorem cautelam hoc ēt no gl. in l. si filia. §. filius. in 4 col. in uer. sed & si pater. ff. famil. ercisc. in apostil. †Sed hoc est dubium, qđ

2 si pater nollet filium emancipare, & expullit ipsum de domo, an possit cogere ipsum ad emancipandum. Et uř ꝙ non, quia itř pater ad hoc cogi non potest, ut not. Insti. quibus mo. ius p a potest sol. §. fi. Sed dicas contrarium, quia ex quo pater male tractat ipsum expellendo cū de domo, & tractando ipsum ita, ꝙ secum uiuere non possit constat patre facere cōtra pietatem, non tractare ipsum ut filium. arg. l. quidam cum filium. cum ibi no. ff. de uerb. obl. cpn iunctā l. diuus ff. si quis a parent. fue. manu. & hoc casu, talis emancipatio debet peti impetrata uenia, iuxta l. uenia C. de in ius uoc. quia emancipatione obtenta, &

ta, & non dotalia, & non de talia, ut bona
3 matri sua ei sunt restituenda. † Et licet quan
do pater uolūtarie emancipet filium, possit
dimidiā usufructus retinere, ut C. de bonis
quæ lib. l. cum oportet. propter quandā remunerationē. ut ibi, tamen qn̄ propter sæui
tiā uel iniuriam, aut defectum patris cogit
ipsum emancipare, debet pr omne cōmodū
usufructus amittere, quia dictus usufructus seruatur patri propter remunerationē,
per d. l. cum oportet, quæ remuneratio hoc
casu non debetur, ut l. diuus. ff. si quis a pa.
fuc. manu. & ita fin. tenuit Raph. consulēdo
Ray. cons. suo, quod incipit, in Xp̄i nomine
amen. Inspectis causis præmissis, poterunt
filii cogere patrem &c. Et quod dictum est
de dote, puto idem dicendum esse de donariis factis à patre nurui, ut illa etiam debeāt
restitui filio. Sed si propter defectum filii, &
non patris, non posset simul uiuere, pater
non cogeretur ipsum emancipare, non subsistente aliqua causa ex his, quę habentur in
d. §. fi. quod no. & tene menti, quia quotidie
eris interrogatus.

Cautela quomodo quis debeat à principe impetrare bona confiscata. cxvi.

1 *Clausula, motu proprio, quam efficaciam habeat.*
2 *Motus proprius regulariter non præsumitur nisi exprimatur.*

NOnnulli quandoque impetrant à principe uel domino sibi concedi, uel donari
bona alicuius rebellis in fiscum delata, quæ
impetratio de iure non ualet, quia præsumitur esse facta propter importunitatem petētentis. ut est casus multum notabilis. C. de
pet. bon. subl. l. i. lib. io. facit c. cum ex iniun
cto. §. cæterum. extra de pur. cano. & quod
no. gl. in uer. noscatur. ad fi. in c. i. de const.
lib. 6 Sed cautela est, quod talis impetratio
1 ualeret, † uidelicet, qđ princeps uel dn̄s con
cedēdo dicat, quod hoc faciat motu proprio
quia tunc bene ualeret, ut est tex. in d. c. i. in
2 fi. † Nam motus proprius in dubio & realiter non præsumitur nisi exprimatur, ut ibi no.
Bar. & est tex. in ca. si motu proprio. de præben. lib. 6. Aduerte bene, quia ista cautela nō
sufficeret, si priceps nollet dicere, motu proprio, sed ac petitionem supplicantis, sed tūc
est alia cautela, uidelicet, q princeps concedat, uel donet dicta bona ad fiscum delata.
Non ob. d. l i C. de pet. bon. subl. & pro hoc
uide quod in simili hr̄ in l. euacuatis. C. de
decur. lib. 10. ubi dicitur, q non ualet rescriptum uel priuilegium cōcedens immunitatem, nisi dicatur. non obstāte d. l. euacuatis.
ut ibi, p Bar. & etiam supra dixi in una cautela. Et adde circa hoc quod habetur in l. fi.
C. si cōtra ius uel uti. pub. & ideo supplicās,
uel qui habes consulere qualiter debeas fieri talis donatio, sis cautus, ut hęc duo simul
inngantur, uidelicet, quod princeps, uel dominus concedens dicat, qđ hoc faciat motu
proprio, & ex certa scientia non obstante l.
quæ incipit, si qnis. C. de pet. bo. subla. li. io.

Cautela ad excludendum pupillariter substitutum, & ad firmandum testamentum, quod
non possit reuocari. cxvii.

1 *Instituat si pater filium pupillum, & ei pupillariter substituat extraneum, pupilli filius si in pupillari ætate moritur, à successione excluditur, & substitutus admittitur.*
2 *Testamentum per arrogationem rumpitur.*
3 *Testamentum an fieri possit ita & taliter, quòd nullo modo reuocari ualeat.*
4 *Promittere an quispiam possit se aliquid ad certum terminum soluturum, & si non soluat, quod excommunicetur.*
5 *Sententia excommunicationis sub conditione contra unum quando lata fuerit, illata conditione pēdente etiam post 10 dies à tempore sententiæ condemnatus appellare poterit.*

1 SI pater † instituit filium pupillū & ei substituit pupillariter extraneum, & tunc si
pupil i filius moritur in pupillari ætate, excluditur à successione, & admittitur substi-
2 tutus a expressa substitutione pupillari eiā
legitima ut est casus in c. si pater de testa. in
6. & habetur in l. Papi. in §. sed neque impu
ber ff. de offi. testa. & in l. precibus. C. de im
pub. & aliis substi. Sed tu adhibere potes
unam cautelam, ut admittatur ad successionem omnium bonorum filii, non obstāte dicta substitutione pupillari expressa, uidelicet ut detur pupillus in arrogatione alterius, quia ex hoc tollitur substitutio. probatur in l. nec ei. ff. de adop. † Nam per arrogationem testamentū rumpitur. inst. quib.
mo. test. firmen. §. 1. cum enim per arrogationem capite minuatur, ut eo. tit. §. ab alio.
sublata est substitutio, & sic pupillare testamentum, ut ibi. & §. de iur. cod. l. conficiunt.
§. si post factū testm̄, ipso ergo sublato, si moritur filius in pupillari ætate, admittitur mr̄,
uel alius hæres ab intestato. sed ista cautela

uidetur utilis ꝑ ꝑ stipulationem,quæ secun
dum leges est faciẽda t.ꝑe arrogationis,ut l.
non alit.& l.his uerbis.ff. de adopt. unde dic
ꝙ tunc habet locum, qñ talis stipulatio tũc
forte fuisset admissa. & illã cautelã tradidit
Tãcre.de Corneto in quodã suo opere iudi
ciali. qđ Cõpendium appellatur , in ultima
parte,in uers 3.quæritur.Sed aduerte,qa ẽt
ista cautela nõ uř sufficiẽs, ẽt si prima stipu
latio fuisset omissa, qa tunc licet nõ compe
tat actio directa,tñ uř cõpetere actio utilis,
ꝑ tex.in d.l.nõ aliter cogitabis . Item aduer
te,quia prædicta ẽt si essent uera,debent in
telligi , si filius in eo statu permanserit t.ꝑe
mortis suę uidelicet ut duret arrogatio us.
que ad tp̃s mortis,alioquin secus esset,qa li
cet de iure ciuili testm̃ sit ruptũ per arroga-
tionem,tñ de iure prætorio ualet,seu recon
ualescit, si t.ꝑe mortis suæ non reperitur ar-
rogatus,ut Ins.quib.mo.test.infir.in §.alio.
qa tũc deuenit ad casum à quo incipere po
tuit,ut l.cũ uir.ff.de usu.& dicam ẽt in cau.
3 tela seq †Est magna dubitatio si fieri potest
testm̃ ita & taliter,ꝙ nullo modo possit re-
uocari,ut habetur plene per Bar.in l. si quis
in prin.testa.de le.3.& dicã in cautela sequẽ
ti,posito pro constãti.qđ quidã condidit te
stamẽtum ita,qđ mutare non põt,tunc po
terit adhibere cautelã ad rumpendum dictũ
testamentum,quæ est similis procedenti,ui
delicet,ut se det in arrogationem alteri, qui
secundum naturã eum arrogare possit, ut
ff.de adopt.l.arro. aut se faciat exbanniri ex
eo delicto,ꝑ ꝑ quod capite minuatur. iuxta
§ cum autem. Inst.quib.mo.ius pa.pote. nã
per huiusmodi capitis diminutionem rũpiť
testamentum,ut d.§.alio Inst.quib.mo.test.
infir.facit quod in simili dicitur de bannito
in l.si non pro condemnato.in princ.ff. qui
satisda.cog.& istam cautelã intellige sicut p̃
cedentem,uidelicet.qđ iste,qui facit testm̃,
reperitur in eodem statu t.ꝑe mortis suæ,ui
delicet qđ est exbannitus etiam uel arroga-
tus,per ea quæ dixi in cautela præcedenti.&
istam etiam cautelã posuit Trancr. de Cor.
in suo prædicto opere . Ego dixi in cautela
pręcedenti,qđ maximum dubium est apud
Doc.an possit dari remediũ, qđ fiat testm̃ ,
ita ꝙ nõ possit reuocari, de quo hř plene ꝑ
c.quod semel placuit.de reg.iu.lib. 6. & ibi
plene ꝑ Ioan. And. in mercu, & plenissime
per Bar.in l.si quis in prin.testamenti. de le.
3.& per Saly.plenissime in l.sancimus. C.de
testa.& per Bal.in c.2.de feudo dat. ĩ uicẽ
legis commissariæ.& inter remedia ponitur
unum uidelicet ꝙ testator iuret se nõ reuo
care testm̃, & non contrauenire. de quo ple
ne per eundem Io.And.in d.c. quod semel.
Petr.de Anch.in c ea quæ.de reg.iur.in 6.in
sua repet.& per Io.de Imo. in c.cum contin
gat.de iureiu.& ꝑ Bar.in d.l.si quis in prin.
testamenti.& in l. stipulatio hoc modo con
cepta.ff.de uerb.obl.& ꝑ Bal. in c.i.§.itẽ sa-
cramenta.uer.quæritur.si faciẽs testm̃. in ti.
de pace iur.fir.& per eundẽ Io.de Imo.in l.
si quis inquil.§.de leg.i.Sed tu potes adhibe
re hanc cautelã,ꝙ quis testm̃ faciat,& iuret
nõ reuocare,& non cõtrauenire, & per cen
suram ecclesiasticã sibi præcipiatur, & per
emptorie ad instãtiã hęredis institui ẽm qđ
habetur in c.sac.extra de sen.exc. quod ob-
seruet iuramentũ,& non cõtraueniat, & si
contrauenirer,uel contrauenire tentaret ex
nunc prout ex tũc , & ex tunc prout ex nũc
dicatur,ferimus snĩam cõtra eum,nã si po-
stea reuocet testm̃,uel reuocare uelit, aliqd
faciendo,reperitur excõicatus per snĩam ex
cõicationis iã latã prius contra eum,& sic,
quia excõicatus non poterit testari, nec ẽm
eius testm̃ postea factũ ualebit,ut in ca.pia.
de exce.li.6. & uide circa prædictam caut.in
l.ubi ita donatur.ff.de do.causa mor.& Fed.
cons.suo 138.sed aduerte, quia ista cautela
esset utilis,& procederet qñ ille testator con
sensisset illi sententię excõmunicationis la-
tæ sub condõne per suum iudicem cõpeten
tem, ꝑ tex.& gl.& qđ ibi singulř notaui. &
no.Io An.& Doc.in c.pe. & gl.extra de off.
dele.†ubi hř an.qs possit ꝓmittere se solutu
4 rũ aliqd ad certũ terminum, & si nõ soluiť,
ex tũc excõicatur.de qua dic,ut ibi.,sed si te
stator non consensit illi snĩæ , & pręcepto ,
tũc cõtra prædictã cautelã posset dari remẽ
dium uidelicet,qđ anteq̃ reuocet,& sic con
ditione pẽdẽte appellet ẽt post 10.dies t.ꝑe
4 dicti præcepti uel sententiæ,† quia qñ est la
ta sententia excommunicationis, uel censu
ræ,contra unum sub cõditione, pendente il
la cõditione etiam post io.dies à tẽpore sen
tentiæ potest cõdemnatus appellare , ut est
tex.not.in c.præterea.2 de app.secundũ Io.
And.licet ab aliis sententiis cõditionalibus
debeat appellari infra io.dies à t.ꝑe senten-
tiæ latæ,ut l.2.§.biduũ.ff.quando app.sit.&
not.

not.in c.præterea si aĺt testator non consen sit pcepto sibi facto, appellet infra 10. dies à die pcepti, & res non habebit dubiũ, ſm oēs, uel ēt post 10.dies ante euentum condi tionis, & ualebit appellatio. Item prædicta cautela pcederet sine dubio, qñ testator insti tuit filiũ uenientem ab intestato. quo casu testator nō potuit reuocare testm̃ qd' primo fecit, ut l.nostram.C. de test.uel cancellare, ut in toto tit.ff.de his, q̃ in testa.delen. & sic posset lacerare, uel cancellare, & reuocare, tñ ex quo aliud facere nō pōt, institutus ī testō reuocato, ueniet ab intestato, sed si fuisset in stitutus extraneus, ista cautela nō uidet̃ suffi ciens, qa licet testator non possit ſm testm̃ facere, ꝙ excōicatus est, uidet̃ ꝙ possit lacerare vel delere testm̃, & mori ītestatus, ꝑ d.l. nostrā, & ꝑ d.l.1.& sic uenientes ab intesta to sic succederent, & nō institutus, q est ex traneus. cogita tñ super hoc, si uerum est.

a Substitutus. *Adde Bart. in l. lex Corn. in 1. col. uerſ. ſed quæro utrum ad bona ff de vulg. & pup. in l. cum patronus. de leg. 2. & per Maria. Soci. in con sil prædicta ſubſtitu. io. &c. Paul de Castr. consil. 159. incip. ſuper primo dubio ſciendum eſt, & te net Io. And. in addit. Spec de teſti. in rubr pen col. Item & legatum morte legatarii uiuo teſtatore perit. l. ſi Auguſtæ. de leg. 2.*

Cautela, ꝙ quis semper alleget contra aduersa riũ in iudicio, quod est filiusfa. cũ eius pater præsumatur uiuere centum annis. cxviii.

1 *Filiusfam in dubio quis eſſe præſumitur.*
2 *Filius quòd aliquis ſit naturalis, in dubio non præſumitur nec quòd quiſpiam emancipatus ſit.*
3 *Regula, ei qui dicit, probare incumbit, quando lo cum non habet.*

1 QVIS † in dubio præsumitur esse filiusf. qa pater suus præsumitur uiuere cētum an nis. l.si.C.de sac.san.eccl.& not.gl in l. sed si de sua.ff.de acqui.hær. per quam gl. dicit ibi Ang.no.bene hanc gl. ex qua magnum habe bis honorē, si scias practicare, nam infiniti actus sunt prohibiti filiof maxime ex forma statutorũ Italiæ nam pro allegante est quæ dã præsumptio iuris, ꝙ sit filiusf.& illa suffi cit ad victoriam reportandam etiã in crimi nali.l.absentē.ff.de pœ.& in ciuili, ut proba tur in l.omnes.§.Lucius, de his, quæ in frau. cred. Vnde si aduersario non suppeteret de tpe probãdi, succumberet in causa, & hoc di ctũ reprobat Io. de Imol.Ruph. Cu.& Lud. de Ro.in d.l.sed & si de sua, qa licet pater p̃sumat̃ uiuere 100.annis, tñ nō sequitur, pōt .n.esse emãcipat̃, aut naturalis, q in paterna ptāte non est, ut l.filium diffinimus.ff.de his qui sunt sui uel alien.iur. Præterea ut qs p̃sumatur filius uel nō, ponit gl.in l. Titia ff. solu.ma.ut dicimus in similia, allegãs minorem ætatem ad sui fundamentum, tenetur eam probare l.si minorē.ff.de in integ resti. mi.& plene no.Bar. in l.ætate.ff.si minor se ma.dixe.& qui allegat quem esse filium pro fundamento suo, id probare tenetur. Itē ex quo litigauit cũ eo ut patrif. ꝓ eo præsumi tur.arg.eius quod no.in l.inter quos. §.1.ff. de dam. infect. & l. Pomponius. §. rati ff de proc.& istã q. vide ꝑ Fe.de Se.cons.suo 207. & ibi nō determinat.sed tu dicas, ꝙ ista cautela pōt sustineri, si aduersarius litigans in prin.iudicii fecerit ꝓtestationē cōtra aduer sariũ, dicēs, ꝙ non intendat litigare cũ ipso, nisi si & inqm̃ habeat legitimã personã in iudicio cōparēdi, iuxta no.in d.l. inter quos. §.1.quo casu, si secũ litigãs nō doceret se patremfa.nō uidetur esse persona legitima, ex quo præsumptio iuris est cōtra ipsũ, q1 ut

2 dictũ est, pater p̃sumit̃ uiuere 100.annis † Itē non præsumitur emãcipatio, nec ꝙ sit filius nãlis, est quo istud sapit delictum, ut no.in l. in concubinatu. ff.de concu. Nec ob.rō quã supra dixi, ſm præsatos Doct.uidelicet ꝙ ille, qui allegat aliquid affirmare, uel negare ad suam intentionem fundãdam, illud debet pbare, sicut dicit̃ in allegante maiorem vel

3 minorem ætatem. † quia illa isa non procedit, qñ est iuris p̃sumptio pro allegante, qa tūc non tenetur probare, vt no dixit Bart in l.illa stipulatio, si Calendis.ff.de verb. ob.ante si. Nec ualet arg. allegando ętatem, quia uerũ est, quòd in his q̃ tpe mutãtur, nō sufficit allegare fuisse in præteritum aliq̃d, puta aliquem minorem, vt vult Bar.in d.l.de ætate sed in his, quæ solo cursu tpis non mutãtur, secus est, sicut dixi in casu nostro, & propterea teneo, quòd Angel. uerius dicat.

Cautela ad annullandum processum, & senten tiam diffinitiuam. cxix.

1 *Clauſula, non conſentiente, imo contradicente quid importet.*

SI tu aduocatus uis causam vincere, aduertere diligenter ꝙ si post litis contestationem per procuratorem tm̃ interuenit dñs ꝑsonaliter in iudicio, & tractat causam per se ipsum, semper contradicas, & scribi facias in actis, te non consentiente, imo contradicente, iuxta ea quæ ponit Bar. in l. 1. C. de rela. nec te ultra in uerbis extẽdas, & in fi. causæ, si uides contra te debere ferri sñiam, immediate alleges, ꝙ omnes actus facti per dñm sunt nulli ipso iure, cum fuerint facti te inuito, & post litis contestationem per procuratorem suum, non interueniente causæ cognitione, an dñs potuerit interuenire, uel nõ, vt probatur in l. post litẽ. ubi vi casus de hoc. ff. de proc. & hoc vr̃ uelle Bar. ibi, & alle. l. mutari. ff. de proc. & ita tenet expresse Angel. in d. l. post litẽ. qđ dicit esse ueriũ nisi dñs in iudicio cõpareat rõne iuris utilis, quod habet in instantia, ut habetur in l. in causæ. eo. tit. & ꝑpea, ut tollatur ista dubitatio, & id periculum aliqui uolentes euitare per procuratorem in libello faciunt describere nomen proprium, & procuratoris disiunctiue, & copulatiue, dicendo: Titius, siue Sempronius, tanquam eius proc. & c. ad hoc ut tam dñs q̃ ẽt procurator efficiantur dñi litis, & instantiæ directe, quo casu lite contestata in persona utriusq; poterit esse solus dñs in iudicio, & cõparere. Est & aliud remediũ. qñ est lis contest. in persona procuratoris tm̃, quòd ꝓcurator constituat suũ procuratorẽ dñm suũ, quia sic põt lite contestata procurator aliũ procuratorẽ substituere, & ꝑ pea cautus sit dñs, ut solus non compareat lite contestata in iudicio, nisi litis conte. ẽt sit facta in persona sua, uel nisi substituatur à ꝓcuratore, uel nisi præsente aduersario, & consentiente, alias gesta per eum essent nulla per prędicta.

Cautela ad excludendum exceptionem declinatoriam. cxx.

1 *Exceptionis errore concesso, consensus in iudicio non datur.*

NOta nouam cautelam excludẽdi declinatoriam iudicis, uidelicet, ut interroget aduersarius an uelit litigare, qa si rñderit, ꝙ sic, excludetur, ita dicit Ant. de But. in 6. no. 12. col. in uer oppo. 2 ꝙ hæc interrogatio. de iud. c. 1. & mouetur per gl. ibi no. subdit tñ in d. ver. hoc puta esse uerum, qñ litigans est certus, vel esse debet de exceptione competenti, quia hoc pactum, uel renunciatio non extẽdi se ad incognita arg. l. tres fratres. ff. de pac. †Et quia dato errore exceptionis nõ datur cõsensus in iudicio, ut ff. de iur. omn. iud. l. si per errorem. item hoc ueiũ, qñ rñdet se uelle litigare. Si autem constituat procur. etiam de respondendum. per hoc nõ renunciat declinatoriæ de incompetenti iudi. ut dicit gl. not. in c. exposuit. extra dila. tu tum tamẽ est secundum eũ, quòd cõstituat procuratorem ad respondendum saluis omnibus exceptionibus suis. & pro ista cautela uide tex cum glos. & ibi per Doct. in l. si fide iuss. in princ. ff. qui satisda. cog.

Cautela pro debitore in magna summa obligato, ꝙ soluendo paruam liberetur. cxxi.

1 *Dicto, pro resto, cuius efficacia sit.*

EGo do tibi unam cautelam mirabilẽ, quã tene mẽti perpetuo qa est de pane lucrã do. nã si debes alicui cẽtũ, soluẽdo ei decẽ, dicas, † ꝓ resto, qa soluendo ꝓ resto ꝓsumitur ante aliam quantitatẽ esse solutam, qa alias non diceretur pro resto, unde si creditor conueniat te ad alia nonaginta, est præsumptio ꝓ te, quòd illa solueris. ita dicit Pau. de Cas. in l. 2. C. de hære. instit. per gl. not. in l. si ex pluribus. in princ. ff. de solu. & econtra sint cauti creditores recipientes solutionem, ne faciant apponi instrõ uel libro mercantiæ, ꝙ pro resto recipiunt, secundum Pau. ibi.

Cautela requirendi legatum rebelli. cxxii.

1 *Legatum filio in potestate, uel rebelli, non debetur, nisi cum sui iuris factus fuerit.*

NOta tu, quis uis relinquere rebelli, vt dicas sic, Lego tali fundũ, ut ipsum habeat, uel retineat, qa hoc relictũ nõ debetur sibi, nisi cum factus sit capax, & restitutus ad gratiã cõis, & non ante, unde ad fiscũ non pertinet, sicut dr̃ de legato facto filiofa.
1 modo prædicto, † quia ei non debetur, nisi facto sui iuris. tex. est no. in l. fideic. §. hæc uerba. & §. si filio. ff. de leg. 3. & ita alias dixit Iacob. de Prato Veteri, aduocatus fiscalis.

Cautela pro creditore recipiente à debitore rẽ in solutum. cxxiii.

1 *Solutione eius qđ debetur, obligatio tollitur.*

SI aliquis est debitor alterius sub obligatione, & hypotheca, uel cũ fideiussoribus, uel det in solutum creditori aliq̃ rem, uolente creditore, liberat à debito principali, & liberãtur ẽt fideiussores, & tol-
1 luntur hypothecæ, † quia solutione eius, qđ debetur, tollitur omnis obligatio. Inst. quib. mo. tollit obl. in prin. & ideo si cõtingeret, ꝙ postea res data insolutum euincatur per tertium à creditore, nõ poterit debitor amplius agere cõtra fideiussores, q ꝑ dilationẽ insolutum iã sunt liberati, nec poterit agere hypothecaria, quia illa ẽt est sublata, ut di xi. & si debitor nõ hret unde solueret, nulũ remedium creditori compereret. & ideo cautela est, q̃ si debitor uult tibi dare aliquid insolutum, ꝙ tu recipias cum reseruatione, & protestatione, uidelicet, qđ tu nõ intẽdis ꝑ illã dationem insolutũ recedere ab hypotheca, neq; ab obligatione fideiussorum. nam si tũc res euinceretur, duraret obligatio hypothecę, & fideiussorum, & hoc probatur in l. si quis aliã & ibi no. per Bart. & Doct. ff. de sol. quod no. quia multi accipiunt in solutũ, & remanent decepti.

Cautela, ꝙ secundus creditor præferatur pri-
a mo a, cum limitationibus, & ampliationibus regulæ, qui prior tempore, &c.

cxxiiii.

Præferatur primo. *Creditor secundus præfertur priori in re hypothecata, soluendo priori debitũ. & prior cedat ei actionem. no. in l. mulier ff. qui pot. in pig. ha. & in l. 1. & ibi Bal. C eo. ti. & in l. secundus. & ibi Bal. C. de pig. Petr. de Su. in l. iubemus in fi. C. ad Vel. & ibi Doct.*

1 *Regula, qui prior est tempore, potior est iure, quibus in casibus non procedat.*

2 *Creditor si quis spiã primo obligaueris creditori omnia bona sua generaliter. ei ego sibi fundum meum uendiderim & habuerim fidem de pretio, ac mihi omnia bona sua obligaueris in dictã re sibi, per me uendita quis potior eris.*

3 *Creditores mariti matrimonio constante, an mariti bona occupare possint pro iure creditorum, dotem tamen uxori offerre uolentes.*

VVlgaris est regula iuris, qđ qui prior est tẽpore, potior est iure, ubi est obligatio bonorum. ut regula, qui prior. de re. iu. in 6. & l. potior. l. qui balneũ. ff. qui pot. in pi. ha. & l. priu. ff. de pri. cre. & ista regula procedit, ẽt à res debitoris si empta ex pecunia posterioris creditoris, ut habetur in l. quod quis. co. ti. & in auth. quo iure. C. qui pot. in pig. & ideo si mutuaui pecuniã laborantibus, ut emerent boues pro uecturando, & laboratores haberent creditores anteriores cũ hypotheca, illi creditores præferentur, & pñt per hypothecã aduocare dictos boues, cum idẽ iuris sit censendum de istis bobus, sicut de alijs bonis debitoris. Item procedit dicta regula, etiam si posterior creditor uẽderet res suas, puta mercãtias debitori habita fide de pretio, q a in illis, ille q est potior in tpe, erit potior & nõ uendẽs, ut est casus sin. & p. aliquos in l. quidã. ff. de in rem uer. & ita dicit Ang. in l. licet. q potio. in pi. ha. sed tu allega similem text. in l. procuratoris. §. sed si dedi mercem. ff. de trib. & ibi etiam not. Pau. de
1 Cas. & no. An. & Doc. i l. i. §. fi. ff. de sol. † Sed illud fallit, primo in dote, ut est casus ibi. Secundo, qñ emptor esset fugitiuus, & iam cogitauerat fugã anteq̃ emere, & sic dolus dedit cãm ad hñdum fidem de prætio, nã tunc habetur fides pro non habita, ut habetur in l. 3. quæ incipit, si quasi. ff. de pig. act. & in An. qui ita singulariter no. i d. l. si quasi. & dicit, ꝙ ista qõ fuit de facto Bononiæ. Addite, qđ si uenditor non habuisset fidem de pretio & hoc posset cõstare alr, quia tunc nõ trãsferat dñium, & sibi cõpeteret uendicatio, ut ht in l. inciuilẽ. C de rei uend & §. uẽditæ. inst. de re. di. Et qñ dicatur habita fides, uel nõ, uide gl. in d. l. inciuilem. & ibi ꝑ Bal. & Doc. in d. l. si quasi. fallit qñ ex pecunia creditoris posterioris res esset empta, & eidẽ specialiter obligata, quia tunc esset potior iste uendẽs omnibus creditoribus, ut est casus multum no. in l licet. C. qui po. in pig. ha quem omninõ circa istã materiã uide, qui subiicit, ꝙ nõ præferentur mulieres in dote. Ex quo nor. unam cautelam utilẽ, qđ si uis mutuare tuã pecuniã uno laboratorio pro emẽdis bobus ad laborandum tuam possessionẽ mutu ei, ei hac conditione, qđ illi boues sint tibi specialiter obligati, quia tunc tu mutuans eris potior in illis bobus alijs creditoribus etiam anterioribus, alias si simplr mutuares pro emendis bobus, & non diceres, qđ essent tibi specialiter obligati, creditores anteriores præferentur, & idem dicas in similibus. Potes etiam ex prædictis aliam colligere cautelam, si tu emisti rem ab uno, qui est gra-

natus ære alieno, & dubites, qđ res tibi uēdita non euincatur à suis creditoribus, quia tunc debes dicere uenditori, uolo qđ pro pecunia mea ematur fundus, qui mihi specialiter sit obligatus pro euictione, nā tūc si euīceī res uēdita, ille emptor erit potior oīb. creditorib. in illo fundo empto de pecunia tua. quod bene no. Et adde qđ Alb. de Ros. in l. obligatione g̃nali. in fi. ff. de pig. dixi secundum Vber. de Bo. qđ ēt d. l. licet. habet locū, si res empta non sit specialiter obligata. dūmodo ille emptor obligauerit uēditori omnia bona sua. de quo dic, ut dicā in seq. cau. Item aduerte quia Bar. in l. interdum. ff. qui pot. in pign. ha. uł hic limitare, ut mutuans pecuniam præferatur in re empta ex pecunia mutuata aliis creditoribus anterioribus. nā dicit ipse, qđ illud fallit in dote, quia nō præferetur mulieri dotem h̃nti, quia iste mutuans habet solummodo tacitā hypothecā. per ea quæ no. ibi per ipsum. Sed in casu nostro non credo illud uerum esse, nā quando mutuans pecuniam, ut ematur res ex ea cū ista conditione & pacto, qđ res inde empta sit specialiter obligata mutuāti. mutuās debet habere expressā hypothecā, & non tacitam. ex quo expresse ita conuentum est, & pro hoc l. unica. §. i. C. de rei uxo. ac. & talis mutuās propter istā hypothecā expressam, posterioribus debet præferri omnibus creditoribus, & etiā anterioribus, & etiā mulieri in dote sua, ut probatur expresse in d. l. licet. C. qui pot. in pig. ha. nā si præfertur omnibus creditoribus habētibus etiā expressā hypothecā, ut ibi. & ēt i. his. qui præferentur mulieri in dote, ita dictæ mulieri in pręfe ē dus est. per l. filium. cum ibi no. C. qui po. in pig. hab.

2 † Si quis primo obligauit creditori omnia bona sua generaliter, & ego sibi uēdidi fundum meū, & habui fidē de pretio, & obligauit mihi oīa bona sua, qs erit potior in dicta re sibi per me uēdita? Et uidetur qđ primus creditor, qui ꝓ primum habuit fidē, trāstuli in cū dñium, ut est casus in l. quidā ff. de in re uer. & in l. ꝓcuratoris §. sed si dedi mercē. ff. de tri. & dixi in præcedente caute la. tñ Vber. de Bo. quē sequit Alb. de Ros. tenet contrarium p l. licet. C. qui pot. in pign. hab. & licet ista lex loquatur qñ specialiter obligat. tñ dñt ipsi, qđ non refert an generaliter uel specialiter obligetur, ut C. de pi. l. & quia item præferuntur præfati fisco generali, sicut ex speciali obligatione. ff. qui po. in pig. ha. pignus. C. de pig. l. si ignorāte. nā ille ex cuius pecunia nauis est salua, præfertur, ut l. interdum. ff. qui pot. in pi. ha. ergo iste uenditor cuius res fuit, fortius debet præferri. arg. est optimum. & quasi expressum. in l. quod quis. ff. de pri. cred. Ad tollendum tñ omne dubium consulunt ipsi, & dant cautelā, qđ uēditor dñium retineat, quousq; sibi satisfiat de prætio, & ita cōiter fit, & obseruatur s̃m eos. & bene. Quotidie contingit, ꝙ emit quis rē aliquo, qui male utitur substantia sua, & ære alieno grauatus est, & habet creditores anteriores hipothecā habētes, & dubitat, qđ si soluerit pretium, res sibi uēdita euincetur à creditoribus uēditis anterioribus. si eminet euictio in limine contractus potest petere à uēdēte, ut sibi caueat de euictio e anteꝗ soluat prætiū, ut l. si post ꝑfectā. C. de euic. & si non p̃ōt cauere neq; securum reddere emptorē, & emptor uelit oīno retinere rē emptā, dic qđ cautela est, qđ pretiū soluat uni priori creditori, qui oībus præfert uigore suæ hypothecę, & t pe solutionis, & ante cōueniat, ꝙ ipse creditor anterior ponat ipsum emptorē in locū suum ꝙd suā hypothecā & obligationē, & ita ēt t pe dictæ solutionis, uel post, ille creditor anterior cedat iura sua, & oēm suā hypothecam & obligationē sibi emptori iuxta l. Mode. cū no. p gl & Doc. ff. de sol. quo casu prior creditor habebit pretium, & emptor soluēs sibi pretium habebit hypothecā, & pręfertur oibus creditoribus ipso anterioribus. sed posterioribus illo cui soluit. ut probatur in l pe. & fi. & p totū. C. de his qui i pri. cre. lo. succe. & est gl. ord. in l. i. & in l. Arist. quæ res pig. obl. pos. & ibi & per Bar & Doc.

3 † Sed nūquid creditores mariti constāte mſimonio possunt occupare bona mariti pro iure creditorū, uolētes offerre dotē uxori? Videtur, qđ nō, quia adhuc actio de dote nō cōpetit neque est casus, in quo dos posset solui constāte mſimonio, & no. in toto ti. C. si des cōstā. ma. & not. in l. i. si cōstante. in prin. ff. so. ma. bona mariti creditores p̄nt occupare, offerēte, dotē uxori, ut l. cū tibi. C. qui pōt. ī pi. ha. & hoc tenet ibi Bar. s̃m Iac. de Are. qđ dicit esse mēti tenēdū perpetuo. & idē tenet Bar. in l. si cōstāte in prin. in 7. q. prin. 3. par. in uer. ex his ego respōdetur. & Ange. Bald. Paul. de Cast. in l. si constāte. in prin. uidetur

tenere

tenere contrarium. Sed tu dic, aut est solutū matrimoniū, & tūc est locus restitutioni do tis, & tunc oēs concordant, q̄ creditor poste rior pōt offerre dotē uxori anteriori in hypotheca, & in eius locū succedere, ut d. l. cū ti bi. & l. i. & p̄ torū. C. de his qui in prior. cred. lo succe. uel nō est solutū matrimoniū, sed maritus uergit ad inopiā, & mulier incipit agere contra maritum pro dote sua. l. si constante. præall. & l. ubi adhuc. C. de iure do. & tūc idē, quia ex quo mulier ageret, & agere pōt pro dote, ita pōt offerri dos pro sua per anteriorem creditorem. p̄ iura præall. & isto modo intelligatur qđ nor. Ang. & Doct. præ dicti. Aut non est casus dotis petendæ. quia maritus uiueret, nec uergat ad inopiā, & tūc teneo opin. Iac. de Aret. & Bar. quia sicut nō pōt peti uel restitui dos, ita nec ēt pōt alteri creditori cedi, & offerēti dictam dotē. Et creditorem posse offerre pecuniā dotis mulieri, intelligo, nisi in instrō dotis diceretur, q̄ in ca su dotis restituendę, mulier posset petere do tē suā in pecunia uel in bonis mariti electio ne ipsius mulieris, quia tūc creditores ea in uita, non pn̄t offerre pecuniā ea nolēte, sed uolente sie, ne sibi tollatur electio data in instrumēto dotis, quod no. quia quotidianū

Cautela quomodo uenditor possit percipere fructus ex re uendita, non computando il los in sortem. cxxv.

4 *Locator obligatus est ad mercedis exonerationem, si res locata perijt, uel fructus conductor percipere non possit.*

2 *Vsuræ Digestorum tempore prohibitæ non erant, hodie uero sit, utriusque testamenti pagina.*

3 *Vsura cur in mutuo prohibita sit.*

4 *Interesse probare difficile est.*

QVi uult uendere fundum rusticum, uel urbanū, & emptor non uult, nec pōt sol uere pretium incontinenti, sed ad terminum quæ cautela adhiberi poterit uēditori. ut du
2 rāte termino solutionis faciendæ a uenditor fructus rei uenditæ pcipere possit, licet alias non possit percipere, ut l. Iul. §. si fructibus. de actio. emp. Rn̄detur sm̄ aliquos, debet uē ditor locare fundum uenditum emptori, cer to pretio, donec uenditori pretium uenditio nis solutum fuerit, per tex. in l. sicut emptio. § 1. cum l. seq quæ incipit, cū uenderem fun dum. ff. loc. ubi est de hoc casus ad literam, & erit utilis ista locatio uēditori quo ad tria. Primo, quoniam ad pensionem. Secundo, qđ ipse locator, idemque uenditori non obliga bitur ipsi conductori, sed conductor locato-
1 ri, ut est tex. in d. §. i. quod declaro. Nam licet alias locator sit obligatus ad exonerationē mercedis, si res locata perijt, uel fructus con ductor percipere non potest, ut l. si uno. §. itē cum quidam. & ibi plene per Bar. & Doct. ff. loca. & in l. ex conducto. §. si uis tempestatis. & in d. §. sed & si habes. & in l si merces. § uis maior. eo. ti & c. p̄p̄ sterilitatem. & ibi p̄ Ca. extra de loca cum simili. cū hoc casu, res uen dita, & locata sit emptoris, eiusdemq. condu ctoris, uenditor idemq; locator nō erit obli gatus ad exonerationem mercedis, sit res lo cata periret, uel aliter conductor dānū passus fuerit, & post perfectā uenditionem omne cōmodū, & incōmodū spectat ad emptorem uel necessario. in prin. ff de pericu. & cōmo. rei uend. Tertio, quia nec etiā uenditor idem que locator tenet ad rē tradendā, & uti frui possit, ut l. cum uenderem. ff. loc. & istas duas ultimas utilitates ponit gl. in l. sicut emptio. §. 1. ff. loca. Et est iō sm̄ Bar. ibi, quia illa pen sio magis debetur de pretio, quod sibi non soluitur, q̄ pro re, ut no. in d. l. si uno. §. item cum quidam. ff loc. & ita uidi obseruare hic
1 Paduæ. Et aduerte, quia dicta cautela procederet de iure ciui. secūdum t̄pa Digestorum, secundum quæ adhuc non erant usuræ pro hibitæ, sed cum hodie usuræ sint prohibitæ pagina utriusq. testamenti, & de iure cano in c. quia in omnibus, de usuris. & in toto il lo ti. & in 6. & in Cl. de iure ciui. hodie, ut in aut. ad hæc. C. de usu. & no. in l. cunctos populos. de sum. Trin. prædicta cautela nō pro cederet, quia dicta locatio contineret in se usuram siue usurariam prauitatem, nam ex quo erat res uendita & habita fides de p̄tio, & tradita, translatum erat dn̄ium in emptorem ut l. traditionibus. C. de pac & Instit. de rer. di. §. per traditionē. & ideo de re sua pen
3 sionē soluere nō tenetur, & si solueret, esset usura. nam una est iō prin. quare in mutuo usura est prohibita, qa ille, q recipit mutuū, si aliquid solueret ultra, solueret de re sua, uel p̄p̄ rem suam, & ideo dr̄, quidquid accedit sorti, usura est, ut l. rogasti. §. si tibi dederit ff. si cer. pet. & in l. si tibi decem milia. ff de pa. Vnde p̄p̄ hoc nunquam utaris ista cau tela. sed potes uti alia, uidelicet quod tu uen

das pro indiuiso tantam partẽ rei, quantam capit pretiũ, quod soluitur, aliam partẽ retineas, & ꝓtesteris, ꝙ non intelligatur translatum aliquod dñium in emptorem, & illam partẽ loces eidẽ emptori cum pacto, quando cunque dabit tibi residuum pretii, ꝙ habeas pro uendita, uel ꝙ tenearis sibi facere instrm uenditionis, & hoc erit utile, quia non poterit ꝑ creditores emptoris tibi auferri, anteꝗ̃ soluatur tibi ptium, ex quo dñium remansit penes te, uel potes ei dictam partẽ non uẽdi tam locare ad partem tanꝗ̃ colono partiario uel tertio potes facere pactum b, ꝙ deductis expẽsis teneatur tibi soluere fructus, uel quãtum interest tua, quia iste est unus de casibus in quibus põt peti fructus de re al. eius, uidelicet qñ non est solutũ pretium: ut no. gl. in c. conquestus. extra de usuris. & est casus ibi, & per Bar. & Doct. C de act. emp. in l. curabit. Sed istud ultimum est difficile. 1 sicut difficile est probare interesse. ut l. unica. C. de sent. quæ pro eo quod interest proferuntur. & habetur in l 2. §. fi. ff. de eo quod certo loco. Vnde modus primus retinẽdi dominium & locandi, melior est.

a Solu facien. *Fructus rei emptæ sub conditione non pertinent ad emptorem pendente conditione. l. necessario. § si pendenti ff de peric & commo. rei uend. nisi in casu deficientis conditionis emptor perdat pretium, quia eos lucratur iure compensationem perditi pretij, ex ea sing in d. l. si fundus. § sed quod ait ff. de l commisso. & Lud Pon. in sin uers si emptor non.*

b Pactum. *Pactum inter emptorem, & uenditorem, ut seruetur, & si contra fiat, non ualeat, quæ sit cautela. Bal. in l si in 1. q. Et pactum quod nisi emptor sol uat pretium in termino, res sit uenditoris, non habet locum. si post terminum uenditor petit pretium. quia uidetur renunciare pacto Bar. & Bal. in l commissoriæ. C. de pact inter emp. & uend.*

Cautela pro fideiussore conducentis domum. cxxvi.

1 *Fideiussor semper in testamento exprimere debet illud, ad quod teneri non uult.*

Ille qui fideiussit pro scholari, qui cum duxit domum, uidetur fideiussisse nõ solum, pro pensione domus sed etiam pro massaritiis fractis, uel consumptis, ut per Bart. in l. a emissi. §. fideiuss. secundum unum intellectũ gl. ibi. ff. de fideiuss. & ibi tenet Lud. de Ro. in 1 suo singulari 425. 1 & ideo si cautus fideiussor, si uult tenere tantum de pensione, & illud exprimat. alias in dubio tenebitur in totum, ut supra dixi.

Cautela contra fideiussorem carcerati, ut etiam ad pœnam contumaciæ teneatur. cxxvii.

1 *Fideiussor in dubio an pro usuris intercedere uideatur.*

Quidã fideiussit pro carcerato ex causa criminali, per postea condemnatus est & quia non soluit intra certum tẽpus, puta octo dierum incurrit in pœnam quarti a pluris ipsius condemnationis, sicut incurrunt communiter condemnati in arengo in ciuitatibus subditis dominio Venetorum an fideiussor erit obligatus in illo quarto pluri. Dicas, quod non, si idem incurreret maiorẽ pœnam propter suam negationem, quia de illa maiori pœna fideiussor non tenetur. Et est ratio illa pœna quarti pluris, siue agendi pro pter negationem, non est pœna delicti principalis pro quo fideiussit, sed pœna cõtumaciæ uel negationis, pro qua non intercessit fideiussor, ut est casus in l. fi. ff. de fideiuss. & in l. 1. ff de in litem iu. & ibi hoc no Bar. & Doc. & ideo si cautus iudex secundum eum, si uult quod ad hoc etiam fideiussor teneatur, quod scribi faciat, quod fideiussit non tantum pœna delicti. sed pro pœna processus, quia cum pœna negantis, uel contumaciæ, sit pœna ꝓcessus, fideiussor tenebitur, ut no. Bar. in l. 1. ff. de in lit iur. & ibi per Doct. & per Ang. de Are in suo tract. malef. in gl. in uer. de quibus Ant. fideiussit. & de hac materia uide etiam Bar. in l. quæro. in princ ff. loca. & plenius in 1 l. 2. de pub iud. 1 Et an fideiussor in dubio uideatur intercedere etiam pro usuris uide tex. cum gl. & Doct. & Bar. in d l. quæro. in prin. & per gl. Cy. & Doct. in l. fideiussor. C. de fide iuss. & c. constitutus. in uer. accessiones. extra de fideiuss. & ibi per Doct.

a Pœna quar. *Fideiussor non tenetur ad quartum plus. quod creuit propter negationem, uel per iuramentum in litem p[…] a[…] itum post sententiam. Bart. post gl in l. 3. ff. qu[…] a[…] sd co[…] i. si ab uno in pos. i. & per Alex. in l. [..] ff. de in lit. iurar.*

Caute

Cautela pro fratribus, qñ unus eorum emit rē ex communi pecunia, ꝙ hoc dicatur in instrumento. cxxviii.

1 *Pecunia soluta semper soluentis fuisse præsumitur.*

SI unus ex fratribus emit fundum pro se & fratre suo, & in instrō continetur, ꝙ pretium numerauerit emēs, uel dictus uenditor cōfessus fuit habuisse, & recepisse à dicto emptore, nec dr de eius ꝑpria pecunia, nel
1 ēt de cōi, in dubio † intelligitur de pecunia soluētis ꝑpria, ita ꝙ ab alio fratre pōt repetere partē fundi, si uult, ut est casus no. ī l. 2., C. ꝑ soc. & ibi hæc no. Bar. & Bald. & ibi no Bar. in l. si patruus. C. cōia utriusq; iudicii. & in l. Titiū, & Mæuiū. in §. altero. in princ. 2. col. ff. de adm. tut. & ideo sitis cauti, q habetis fratres, uel patruos in cōione bonorū, & ponatur in instrō, qñ unus tm̄ soluit, ꝙ pretiū soluit de cōi pecunia, ita dicit Bal. in d. l. 2. & dicit hoc esse not. perpetuo, quia ualebit tibi mille aureos, & circa hoc uide Bal. ī l. cū duobus. §. si fratres. circa princ. in gl. unde de facto accidit quod duo fratres. ff pro socio.

Cautela, qūo hęres teneatur soluere legatum. ēt si in testō non interueniant 7. uel in codicil. 5 testes. cxxix.

1 *Testamentum uel codicillos ad probandum an duo uel septem testes requirantur.*
2 *Contractus etiam testamento fieri possunt.*

LEgata cōiter relinquūtur in testō, ī quo requiruntur septē testes, ut l. hac cōsultissima. C. de testa. uel in codicillis, in q bus 5. testes debēt interuenire. l. fi. C. de cod.
1 †Et est magnū dubiū nunqd duo testes sufficiant ad ꝑbandum testm̄ uel codicillos, an uero requirantur septē, uel quinq;, ut uidet ꝑ gl. ord. in l. 2. C. de bon. poss. se. tab. & ibi per oēs Doct. sed tu potes adhibere hanc cautelam, ꝙ duo tm̄ testes sufficiant ad ꝑbandū, uidelicet, ꝙ qñ testator facit testm̄ faciat sibi promitti ab hærede de præstando legatum legatario. nam tunc tale legatū transit in uita contractis, sm Bar. no. in l. nemo. in prin. ff. de lega. 1. qui allegat ad hoc l. fi. C. de fideiuss. & l. quidam. ff. de hære. instit. & in l. spadonem. §. 1. ff. de excus. tut. Non est mirum.
2 †quia ēt cōtractus potest fieri in testō, ut est gl. no. in l. hęredes palam. §. fi. ff. de testa. & est alia similis in l. his cōsequēter. §. sed cū emolumentum. ff. fam. erc. & effectus huius contractus erit, quia per duos tm̄ testes probari poterit, sicut probantur ceteri cōtractus, ut l. ubi numerus. ff. de testa. cum si. ut tollatur oīs dubitatio, facias ꝙ ī instrumēto hæres ꝑmittat testatori, & notario pñti tanꝗ publice personæ stipulāti, & recipienti nomine, & uice ipsius legatarii, si ē absens, uel si est pñs promittat ēt ipsi legatario, & hoc dico vt tollatur dubium, an testator possit legatario stipulari, ut hr in l. stipulatio ista §. alteri. ff. de uerb. oblig. Et circa hoc uide, quod no. Bart. in l. quis in princ. testamenti ff. de leg. 3. & vide etiam Bald. in l. eam quam. in 3. col. & in l. si ex testamento. C. de fideicom.

Cautela pro secundo inuestito de feudo, ꝙ si potior primo, si secundus habet possessionem. cxxx.

1 *Vasallus si duobus uendidisset, & secundo prius tradidisset possessionē an tunc secundus præferatur.*

SI dñs inuestiuit aliquē de feudo, cogitur tradere possessionē, uel quasi, illius feudi nec liberatur pstando interesse. casus est in c. si facta. si de feu. fue. controu. sed remediū, & cautela est, ꝙ dñs non compellatur præcise ad tradēdum possessionē, uel quasi, uidelicet ꝙ inuestiat aliū, & ei secūdo inuestito tradat possessionē qa prior erit exclusus, & secundus erit potior. ꝑ l. quoties. C. de rei uen. sm Bal. & ita tenet Iac. de Alu. in d. c. si facta. & idē remedium procederet, qñ dñs alienasset feudū uni, & postea alteri, & secūdo tradidisset possessionē prius. per d. l. quoties sm Bal.
1 in d. c. si facta. †Sed qd si uasallus uendisset duobus, & secūdo prius tradidisset possessionē, an tunc secūdus pfertur? Dicas, ꝙ aut primo uēdidit cū consensu dñi, & tunc primus pfertur ēt si dñs secundæ uenditioni consentiat, qa tunc nullū ius habeat consentiendi. arg. l. quotiescunque. § q Caiū. ff. de leg. 1. & ita tenet Bulgarius in d. c. si facta. ꝑ quod limitatur d. l. quoties. aut primo dñs non consensit. sed secūdo sic, & tunc secūdus pfertur indistincte, qa prima alienatio facta, sine cōsensu domini nullum ius tribuit: ut in l. 1. de prohib. feu. alie. per Loth. & in c. 1. de proh. feu. ali. per Feder. cum simil.

Cautela,

Cautela, qua fit securus emens fundum dotalem. CXXXI.

1 *Obligatio quando inter partes non contrahitur, nec etiam fideiussoria subsistit.*

2 *Contractus quando contra legem fit, sicut contractus non ualet qui principalis est, ita etiam non ualet promissio de euictione uel pœna, quæ eius accessorium existit.*

QVI uult emere fundum dotalem, qui ꝓhibitus est alienari, ut in to. titu. C. de fun. do. & Institu. quib. mod. alie. licet uel non. in prin. cum si. Sed q̄ erit cautela, ut emptor sit securus, uel ꝙ saltem pretium non amittat? Aliqui dñt, ꝙ siue uxor uendat, siue maritus dēt adhiberi fideiussor, qui erit obligatus, ex quo ista prohibitio alienationis rei dotalis est fauor mulieris non uiri. ergo obligabit̄ fi deiussor, ut l. si is. C. de prædi. mino. & hoc tenet Cyn. in l. si prædium. C. de iure dotium.
1 † Sed aduerte, quia qñ inter partes nō contrahitur obligatio, non subsistit ēt fideiussoria, ut l. eum lex ff de fideiuss. ut no. d. l. si prędium. & ideo alii dñt, ꝙ cautela est, ut uxor non uendat: q̄a nō tenet datio fideiussoris ꝓ ꝑdicta, sed uendat marito quia tunc eius fideiussor indistincte tenebitur, q̄a quo ad eū non est ꝓhibita alienatio, cum tex. non prohibeat fauore mulieris, ut est tex. Instit. quibus mo. alie. licet uel non. In. si principii, & ita intelligi debet quod not. Bar. in d. l. eum lex f̄m Bal. in d. l. si prædium. qui dicit, ꝙ ista est ueritas. Alii ponunt tertiam cautelam, uidelicet ꝙ nō interueniat fideiussor, sed alius tertius, qui se obliget principaliter & insolidū, cuius obligatio non erit ualida, ex quo illa obligatio nō erit accessoria, & istam ēt tenet Bal. in d. l. si ꝑdium. dicens ꝙ f̄m eum cessat oīs scrupulus. Et si dicatur, nonne maritus uendēs tenetur euictione, & pœna dupli, si in instr̄o uenditionis apposita sit, ut in to. ti. ff. de euict. & maxime in l. 1. & 2. Respon-
2 detur, ꝙ non tenetur: † q̄a qñ contractus fit contra legem, sicut contractus non ualet, q̄ est principalis ita nō ualet ꝓmissio de euict. uel pœna q̄ est eius accessoriū, ut est gl. singularis in l. si patronus. §. patronum. in uer. Fiauiana. ante fi. ff. si quid in frau pa. & eodem modo nō ualeret cōstitutum, siue ꝑcariū, si esset appositum in instr̄o uenditionis. ut dicit Bal. in c. 1. ante fin. in tit. de feud. da. in uicem leg. com in usib. feudo. & intellige ꝓ dicta, qñ contractus est contra legem, ut dixi. secus si esset præter legem: quia tunc non ualeret ꝓmissio, sed contractus principalis. ualeret tñ pœna apposita, ut l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerb. obli. & ita no. Bal. In l. si quis in conscribendo. in principio. C. de pact. qđ bene not.

Cautela pro usucapiente rē mobilē CXXXII.

1 *Res mobilis regulariter triennio usucapitur.*

2 *Minimis curandum non est, quoniam in ipsis magnum periculum esse non potest.*

1 RES † mobilis sci usucapitur triennio, ut l. unica. C. de usucap. trasfor. & Institu. de usucap. in prin. quod est uerum, qñ interuenit titulus, & bona fides, & possessio continua. ut ibi. sed si deficeret aliquod, puta titulus, nō præscriberetur minori t̄pe q̄ præscribuntur res immobiles, ut l. seruū. cū ibi nor. C. fam. er. & ibi hoc no. Ang. & no. q̄ dicit, ꝙ 30. an. requiruntur. & no. ēt in l. nullo. C. de rei uen. & in l. seruum. ꝙ tu scholaris sis cautus, si emis librū pulchriorem, ut fieri facias publicum instr̄m emptionis, ne deficias in probatione tituli comperto libro apud aliū sine uitio: q̄a alias succumberes agēdo rei uendicatione, uel Publiciana, iux. no. in §. sed iste. ꝑ gl. & Doc. Insti. de act. & in c. Abb. s ne. de re iudi. li. 6. ēt si ille, apud quē est liber, nil doceret de iure suo, ut est casus no. in l. fi. C. de rei uen. & idē dicas in aliis pretiosis emptis. & loquor de pretiosis, non quia idem nō fit
2 in aliis rebus mobilibus ēt minimis: † sed q̄a de minimis non est curandum, ex quo in eis nō potest esse magnū periculum seu dānum. ut l. Seio. ff. de in integ. resti. sed qui habes librum alienum, non utaris ista cautela, q̄a esset in perniciem animæ tuæ, &c.

Cautela quomodo petitio hæreditatis datur contra possidentem titulo uniuersali, uel singulari. CXXXIII.

1 *Hæreditatis petitio, regulariter non datur contra titulo possidentem etiam uniuersali.*

2 *Hæreditatem qui uendidit, non uidetur in quota uendere res singulares sed hæreditatis ius.*

3 *Debitor tuus si in magna quantitate fuerit & iudex non possit cognoscere nisi usq; ad 25 ann. omnia singulariter petere potere.*

1 LICET † petitio hæreditatis non detur

1 *Index si in iudicando negligens fuerit, uel iudicare differat alteri parti læsæ tenetur.*

2 *Iudex in dubio in negligentia esse non præsumitur. nisi pars protestata fuerit.*

SI iudex est timorosus in procedendo, aut simulat procedere ad ulteriora, & tamē non facit. dic,quòd cautela est, ut pars uadat ad superiorem illius iudicis,& facit ipm compellere.ut procedat,ut habetur in c.1.extra de suppl.neg.præl facit quod no. Bar.in tract.repræsaliarum.& quod no.Bal. in c.1. in prin.in tit.de mil.uas. qui contumax est, in usib. feud.& ista practica seruatur quotidie.Secūda est, ut pars ipsa humiliter instet corā iudice, ut debeat procedere ad ulteriora,quod si nō facit grauata potest appellare.& hæc duo remedia ponit Io. And. in c.dilecto.de præb.in nouella.& uide ad hoc Bal, 1 in l.fi.C.de sent.& l.2.C. ut lite pend.†Si iudex est negligens in iudicādo,uel differt iudicare scienter,tenet alteri parti læsæ, ut Inst. de obl. quę ex quasi delicto. in princ. & l.ex malef.§.si iudex.ff.de act.& obl.& l fin.ff.de uariis,& extraor.cog.& ibi hoc no.Bar.Bal. & Ang.& alii in l.mancipia.C.de ser.fug.& Bar.in l.non quidquid.ff.de iud.& Bar. Bal. & Doct.in l.1.C.quō,& qñ iudex.& Bald. & alii in l.ex argētariis.§.cum aūt.ff.de edē.& Bald.in l.obseruare.§.pficisci. in 18.q. ff.de off.pc.& leg. & in c.1.§.iudices.in 3.col.in tit.de pac.tut.firm.Bar.Ang.Imo.in l.4.§.in eo.ff.de dam.inf. & p Ang.in auth.scenicas non solū si fideiussores.col.5.& p Doct.in l. si qñ.C. de test. & in l. si quis in conscribendo.C de pac.cū sim Et licet sit dubiū,an hoc casu faciat litē suā,an uero puniatur, ut hꝫ in dictis locis,& maxime p Ang.in d.l.mancipia.tamē dico,q puniṫ ista negligētia etiā qñ iudex est negligens in puniendo,& in faciendo dare pœnā parti,quæ ei dari debet p alteiā ex dispōne iuris cōis, ut singulariter uult.Ang.in d.auth. scenicas nō solū.&c. in princ.per illum tex.qui dicit,q facit litē suā. Et idem tu dicas,qñ imponit minorem pœnam, q̄ dēet, ut l.nulli.in fi.C.ne san.baptis. ite.& in his duobus casibus, qñ est negligēs in puniendo,uel minus punit, q̄ debeat minuendo pœnā sine causa legitima,iuxta no. in l.quid ergò.§.pœna grauior.ff.de his,qui no.inf & in l.si seueriot.C.eo.tit.eadem pœna tenet iudex,qua delinquēs uenit puniendus,ut est casus singularis in d.l. nulli. Item ēt infamatur,ut est casus unicus in l.seruos. in fi.C.ad l.Iul.de ui pub.& priua. fm Host. & Io.And. & Ant. de Bur. in c.de causis. de off.del.& ita ēt tenet Lud.de Rom.in singulari suo 78.quod īcipit,tu hæres.& adde qđ no.Bal.in auth.statuimus. C.de epis. & cler. 2 †Sed aduertas,q in dubio iudex non præsumitur fuisse in negligentia, nisi pars fuerit protestata,ut not.Imo.in l.damni.§. Sabini. in fi.ff.de dam.inf.Ideo sis cautus, ut qñ iudex protrahit cām in lōgum, ei ptesteris de pœnis iuris,si nō procedit in causa,uel si cōdēnat,uel puniat in minori summa, uel pœna,quā debeat, ita alias obseruaui. & adde quæ dixi in præcedenti cautela.

Cautela, quomodo solutio per partes ualeat. ccxxxvii.

1 *Creditor particularem debiti solutionem recipere non cogitur.*

1 CREDITOR † non cogitur recipere particularem solutionē debiti.l.tutor.§.Lucius.ff.de usu.& l.quidam existimauerūt. ff. si cer.pet.& ibi hoc plene no.Et est rō.q.particularis solutio solet parere multa incōmoda creditori, ut l.plane. ff fam.erc.& not.gl. 16.q.1.reuertimini.in prin.in uerbo, expletus.& hꝫ in l.cum hi.§.in causa.ff.de trāsac. & ecōtra solet parere multa incōmoda ipsi debitori soluenti. ad quod uide, qđ no. Bar. in l.2.in princ. de debito ciui. C.lib. 11. Sed cautela est, q creditor cogaṫ recipere particularem solutionem. Nā si sunt dati fideiussores per debitorem, creditor tunc nomine unus fideiussoris cogetur recipere particularem

tem solutionem, & ideo debitor soluat nomine vnius, qa poterit, vt est tex. singularis in l. in his si duos. ff. de fideiuss. & ita no. dicit Ang. in l q pignori. ff. de pig. & in l. si ff. quib. mod. pig uel hyp. sol. Et sic et sis cautus, qn creditori tuo pignorasti plures res, qa licet nō teneatur vnam relaxare, nec pignus pro ea re liberare nisi soluto toto debito. vt l. qui pignori. & l. quādiu. C. de distr. pig. sn si ei sūt dati fideiussores, soluēdo p uno, liberabitur vna res pignorata pro illa summa soluta. Et prędicta intellige uera, qn fideiussores essent obligati simplr, quia tunc hñt beneficium diuisionis. iuxta notata in authen pñte. C. de fideius. & in corpore unde sumitur. vel qn se pro certa parte obligarūt, secus si se obligassent insolidū, renunciādo beneficia epistolæ diui Adriani, & auth. pñti. de fideiussori & beneficio de duobus reis debendi, sicut cōiter fit p fideiussores, qa isto casu, quilibet fideiussorū teneretur insolidum, & hoc casu sicut creditor nō cogeretur recipere particularem solutionem ab uno fideiussore, ita nec etiam à debitore pro eo. Vnde sis cautus, qn vis posse soluere particulariter, des plures fideiussores, qui se obligent simpliciter, vel quilibet eorum pro certa parte.

Cautela pro matre, vel patre transeuntibus ad secunda vota, vt euitent pœnas iuris. ccxxxviii.

1 *Si mater infra annum luctus, & etiam pater ad secunda uota transeant, quas pœnas à iure ciuili iniūctas patiantur.*

1 SI mater trāsit † ad secunda uota intra annū à morte primi uiri, patitur multas pœnas de iure ciuili, de qbus hr in l. 1. C. de sec. nup. & si transit post annū, patitur pœnā de qua in l. fœminæ. C. de sec. nup. quæ est, ut si moriatur vnus filius ex primo matrimonio, mater succederet pariter cum filiis, & fratribus defuncti utrinque coniunctis, in plena proprietate p virili portione, ut in auth. de hæredit. quę ab intest. de fer. §. 1. & in auth. in successione. C. de suis & legi. & in auth. de functo. C. ad Tertul. & hoc pcedit, si nō trāsiuisset ad secunda uota, sed si transiuit anteq̄ succederet filio, uel etiam postea, efficitur de proprietaria, in effectu usufructuaria, & ea mortua, omne id, in quo successit, acquiritur filiis primi matrimonii, nec de eo potest testari, vel aliter disponere, vt est casus in l. fœminæ. C. de sec. nupt. & in auth. de non eligēdo secundo nub. §. 1. col. 1. cum sim. Et idē iuris est in pre transeunte ad secunda vota, vt teneaf reseruare filiis primi matrimonii, id. in quo successit filio, ut nota. gl. in rubr. prædicta, de non eligendo secundo nub. & no. Azo in summa. C. de sec. nup. & Bart. in d. l. fœminæ, & est cōis opin. & ita sæpe consului. Sed ne pr. aut mater teneātur reseruare prædicta bona filiis primi matrimonii. & φ remaneāt ueri proprietarii, cautela est, ut trāseant ad secunda uota, filiis primi matrimonii uolētibus, & cōsentiētibus, ut est gl. singula. in auth. de nō eligendo secūdo nub. §. 1. in uerbo, copulantur. quæ dicit inuito filio, & nō plus, & illam glossellā aliqui non hñt, sed debet esse, quę vult à cōtrario sensu, φ filio non inuito, sed volente. secus esset de quo hr, per Lud. de Rom. in singulari. 250. & in cons. 218. & hr per Bar. in l. 1. C. de his quæ pœn. no. & per Ang. in auth. de non eligendo secundo nuben. §. 1. Item est alia cautela, φ qn alter coniugum vult trāsire ad secunda uota, ut prius petat licentiam ab altero, qua cōcessa, si trāsit ad secunda vota post annum à morte coniugis, non cadit in aliquam pœnam, secus si intra annū, ut singulariter not. Bal. in l. 1. C. de sec. nup. de quo dicatis, vt ibi per eum.

Cautela, φ ille, qui timet poni ad torturam, appellet ante. ccxxxix.

1 *Tortura terrorem si iudex reo iniecerit, appellare potest.*

SI qs timet, ne cōtra ius ponaf ad torturā, puta, qa forte iudex cōminatus est ei, appellet. † potest. n. appellare, qn iudex infecit 1 terrorem. ut l. si quis, puocatione. C. de app. & no. Inn. in c. cum cessante. extra de app. & Bald. in rubr. C. comm. vel epist. & in d. l. si quis prouocatione. quo casu confessio secuta erit ipso iure nulla. l. 1. ff. nil. noua appell. pen. Nec est, in hoc articulo opus, ut superior inhibeat, quia pericula est in mora. ita eleganter dicit Bal. in d. rubr. in fin. pen. col. & ideo si uis, φ cōfessio facta in tormētis, & post ratificata nō valeat, cautela est, ut prius appellet, antequam ponatur ad torturam.

Cautela pro debitore, ad fraudandum creditores. ccxl.

1 *Sententia contra debitorem lata, quo casu etiam creditori nocere habeat.*

AD hoc, vt debitor fraudet creditores suos, vt nihil hře possint, cautela est, ut desinat possidere, & postea agat rei vendicatione contra possidentem, & patiatur se uinci.
1 † nam hoc casu, si creditor sciuit super tali remoueri litem per debitorem, vel debitori, & patiatur debitorem litigare. sententia lata aduersus debitorem in tali re, nocebit ēt creditori, nisi si apparet de collusione debitoris. nihil pdesset talis cautela. l. si suspecta in prin ff. de inofficio. testam. & l. si prolusorio. in prin. ff de app. alias sic, ut l. si superatus. circa fi ff. de pigno. & hanc cautelam ponit Ang. in d. l. si superatus. & Bal. in l. pen. ff. de peti. hæredita. quam cautelam tibi non trado, vt ea utaris ad malum, sed ut scias cauere à volente uti contra te.

Cautela pro illo, qui promisit alicui turpe quid facere, est cautela, ut potius per pignora, quàm rem. ccxli.

1 *Datum si aliquid fuerit uni ex causa turpi, ex parte utriusque scilicet tam dantis quam recipientis, repeti non po. est, secus si pignora data fuerint.*
2 *Spoliatus ante omnia restituendus est etiam si esset prædo, nisi intentet conditionem ob turpem causam, quoniam tunc audiri non debet.*
3 *Hæres infra tempora conficiendi inuentarium, conueniri non potest, nisi reali actione conueniatur.*
4 *Scholares facientes conuenticulas contra Doctores, si dent libros, vel aliam rem propter suffragium promittant, repetere non possunt, sed bene fiscus auferre.*

LEGIMVS hodie l. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff de pact vbi est una gl. not.
1 quæ dicit, † φ si aliquid est datū vni ex causa turpi, ex parte utriusque. s. tam dantis, q̃ recipientis, puta, ut homicidium faciat, iuxta l. generaliter. & l. si plagii. ff. de uerb. obli. vel datum est aliquid officiali, qui tenetur denunciare maleficia, ne denunciet maleficium commissum, quod est turpe ex parte vtriusque, vt l. si à reo. §. fi. & ibi Bar. & Doc. ff. de fideiuss. vel si est data pecunia iudici p sua indemnitate, in casu, quo condemnetur in syndicatu, si male iustificauerit, quib. casib. illud, qđ est solutū repeti nō pōt. qa in pari causa turpi, melior est cōditio possidentis, ut est casus in l. pe. ff. de cond. ob turpē cau. & no. per gl. in d. §. si ob maleficium. Sed si sunt data pignora p d. causis, uel aliqua earum ēt secuto implemento ex parte recipiētis, pōt ille, q tradidit pignus, agere rei uendicatione contra detinentē pignus, tanq̃ cōtra quemlibet extraneū possidentē, uel retinentē rem non suam, iuxta l. officium. ff. de rei vend. vt dicit gl. in d. §. si ob maleficium. p l. de eo. §. pe. & fi. ff. ad exhibendum. licet nō posset repetere p conditionem ob turpē causam, vt dixi. & sic est uis in modo agēdi
2 p repetitione, sicut dr̃ in simili, † φ licet spoliatus, sit ante omnia restituendus. l. si qnis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. ēt si esset prædo. c. literis. extra de restit. spol. tamen si intentaret cōditionem ob turpem causam, nō debeat audiri, vt no. Bar. & Doct. in d. l. pen. ff. de cōditio. ob turpem cau. & sic dr̃ in simili de marito, q si conuenitur actione de dote, non tenetur nisi inquātum facere potest. l. si maritus. sol. matri. secus si conueniatur rei vendicatione, ut hr̃ in l. Nesennius. §. fundum. ff. de re iud. & in l. ex diuerso. ff. sol. ma-
3 tri. † Similiter dicit̃ in hærede conficiēte inuentariū, qa nō pōt cōueniri intra tpa cōficiendi inuentarium. secus si conueniat̃ actione reali, ut habet̃ in l. fi. §. donec. C. de iur. de libe. & licet nō possit repeti, qđ datū p e onditionem ob turpē causam, qñ turpi udo ēst ex parte utriusque, ut l. pe. ff. de cōdi. ob turpem causam. tñ si data sunt pignora, pñt uendicari, & fiscus auferre pōt ab indigno. ut dicit gl. in d. §. si ob maleficium. in fi. qđ intellige secundum Bal ibi, qñ fuit trāslatū dñium & acquisitum indigno, iuxta no. in l. 1. C. de hæredib. isti. & ita loqtur l. Lucius. ff. de iure fisci. secus si nō trāsiuit dñium, sicut est ī pi-
3 gnore dato. l. pignus. C. de pign. act. † ideo si scholares faciunt conuenticulas illicitas, puta de cassando aliquē doctorē legentē absq; legitima causa, si dāt pecuniā, uel libros, vel aliā rē, vt pmittat̃ sibi uox uel suffragiū, nō pōt repetere ille, q dedit: qa in pari cā melior est cōdō possidētis. sed fiscus pōt auferre ab illo indigno recipiēte, & applicabit̃ ipsi fisco, vt d. l. Lucius. fm gl. in d. §. si ob maleficium Sed si tradit pignora, ex quo non transtulit dñium, poterit illa repetere per rei uendicationem, per prædicta, nec fiscus pot

tit. auferre ab indigno dante, uel recipiente Alia & ideo cautela est pro pmitiẽte, ut potius de pignora, q̃ det rem, transferendo dominium: qa dãdo pignora, sine periculo poterit recuperare, sed trãsferendo dñium nõ poterit, nec recipiens poterit retinere, quia auferetur ab eo, & applicabitur fisco quod est notandum.

Cautela pro illo, qui habet probationem tempore perituram, qua perempta, aduersarius sibi moueret litem super ipsa. ccxlii.

1 *Processus extraordinarius cum aliquo fundari debet.*

2 *Iuri dictionis contentiosæ naturam aduersarium requirit.*

SI possideo quandam rem, quę mea est, & de dñio meo habeo testes, sed timeo ne moriantur, & timeo de Sempronio, ne his mortuis moueat mihi quæstionem dñii: qa forte res illa quondam fuit sua, uel suorum maiorum, ut C. de probationi. l. siue possidetis. quomodo mihi succurretur? Aduerte, q. licet testes pñt examinari ad perpetuam rei memoriam, ut in authentica, si quis ab aliquo. C. de testib. & no. per gl. & Doct. in l. in l. Aquil. si delegatum. ff. ad l. Aquil. & in c. qm frequenter. extra ut lite non contestata.
1 † & iste processus sit extraordinarius, tñ cum aliquo fundari debet, ut l. inter litigatore. ff. de iudi. Aut ergo mihi mouetur de hoc quæstio, puta diffamãdo, quòd res non sit mea, & habeo aduersariũ fundatũ ex diffamatione, ut l. diffamari. C. de ingenu. manu. & l. cũ Titia. ff. de accusat. & l. Atalatus. ff. de fal. & c. licet extra de accusation. Eodem modo si habeo aduersarium fundatum ex aliquo ante gesto, qui posset mihi mouere quęstionẽ, puta, quia iã fui sibi obligatus, licet fecerit mihi pactum de non petendo. aut nulla materia excitat q̃stionẽ, tunc istud iudiciũ non põt fundari: qa nõ est cum quo fundari possit, & sic oportet silere. Et ideo ubi nec speciali materia, puta ex contractu, uel quasi, delicto, uel quasi est, uel esse aduersarius certus, nec ex gñali materia est aduersarius uerisimilis, tunc põt fundari pcessus examinis testiũ ad ppetuã rei memoriã. q̃ nõ ẽ cũ quo
2 seu contra quem: † qa natura iurisdictionis contentiosæ requirit aduersariũ. Vñ cautela põt esse, quòd p interpositã personã quis faciat se diffamari, tũc cum illa persona fundaretur iudicium, & occasione illius posset citari facere cæteros. qui uolunt contradicere, ut C si ut se ab hær. ab. in auth si omnes. & hẽs simile. ff. de neg. gest. l. at quia natura. § cũ me absente. ut dicit Bal. in auth. si quis ab aliquo. C. de testib. in 2. col. uersic. sed hic dubitatur de tali quæst. qđ no. pro illis, qui hñt possessiones, & non hñt instrumẽta de dñio, & alii quorum antiquitus fuerũt, hñt instrumenta de suo quodam dñio antiquo.

Cautela de ualido cõtractu simulato, & de aliis inualidis contractibus. ccxliii.

1 *Simulationis species tres esse dicuntur.*

2 *Statutum est Veronæ, quod nullus Doctorum collegium intrare possit, nisi inter alia habeat summam Azonis, & omnes Bar. lecturas.*

1 TRES sunt † species simulationis. una. qñ unum agitur tacite inter contrahẽtes, & aliud exprimitur, & de ista loquitur totus titulus C. plus ualere quod agitur, q̃ quod si. con & e. ad nostrã. extra de empt. & uend. & e. illo uos de pign. & l. iurisgentium. §. dolo malo. in fi. ff. de pactis, cum similibus. Secunda species est, qñ aliquid simulate exprimitur, & nil in effectu agitur inter partes. Exẽplum, si rusticus donat, uel uendit quotidie possessionẽ suã ciui, ut euitet onera & factiones, tñ tacite agitur, quòd cõtractus sit nullus: qa nõ intẽdũt, quòd sit donatio, uel uẽditio, & de ista loquitur l. nuda. C. de cõtrahenda stipula. & l. imaginaria ff. de reg. iur. Tertia species est, qñ partes intendunt uere aliquid agere, sed cõtractus modico tpe est duraturus, & propterea præsumitur simulatus. Exẽplum, qđ mihi Bononiæ cõtigit, dũ ibi esset bellum maximum, & unus q habebat saluum conductum p persona & rebus suis. uolebat portare sub saluo conductu libros meos, & uolebat, quòd sibi donarẽ ue rẽ, ad hoc, ut posset iurare libros esse suos, & postea dum esset Ferrariæ, mihi restitueret, quòd tñ facere nolui: Nã si fecissẽ, fuisset tertia species simulationis. Vel pone aliud exẽ
2 plũ, quòd uidi de facto † Statutũ est in ciuitate Veronę, q nullus possit ĩtrare collegiũ Doctorũ, nisi inter alia habeat summã Azonis, & oẽs lecturas Bar. Vnus q nõ hẽt lectură Azonis. uel oẽs Bar. facit istã simulationẽ: qa dicit amico, dones mihi tuã summã Azonis, & Bart. p die tm̃ examinis mei, &

ꝙ donatio nõ durat ultra, ad hoc, ut possim iurare cum ueritate me hẽre summã Azonis & Barr. postea tibi restituã. Nam hæc est tertia species simulationis, de qua loquitur l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumis. tit. generali. De istis tribus speciebus simulationis uide in eleganti consi. Bar. quod incipit. Petr. Nico. & per Paul. de Cast in d. l. iurisgẽtium. §. dolo malo. & istæ tres species simulationis sunt de actu ꝓhibito ad permissum. & sunt de iure prohibitæ, ut patet ex prędictis. Potest addi quarta species simulationis. quæ fit de cõtractu permisso: quia de uno tacite agitur, q erat permissus, & exprimitur alius, qui similiter est permissus. Exemplum, uolo tibi mutare centum uere, & iste contractus est licitus, sed nolo, ꝙ fiat instrumentum de mutuo. sed de deposito, ad hoc ut facilius possim te conuincere, per l. fi. C. deposi. a certe talis simulatio est licita, a ex quo fit de permisso ad permissum. Vel pone aliud exẽplum, maritus, qui non habuit totam dotem, fecit instrumentum de tota dote recepta solenniter, sed quia uere deficiebant aurei, puta centum, uoluit, ꝙ socer confiteretur se habere in deposit um centum aureos, cum in ueritate esset debitor ex causa dotis, certe ualet ista simulatio, ut probatur in l. Lucius Titius cum haberet. ff. deposi. & no. Bal. in rub. C. eo. ti. Et ideo ex prædictis sis cautus, quando uis contrahere cum uno uere, & ex illo contractu nõ esset tibi sufficienter, uel faciliter succursũ, ut tu possis instrumentum facere, uel de alio cõtractu, qui habeat faciliorẽ expeditionẽ, sicut sit cõtractus depositi, ut dixi, qa nullus cõtractus, est ꝓhibitus, & nemo decipiẽ, & ita sępius obseruaẽ.

a Simu. est lici *Simulatio in persona & ueritas in actu est quando unus pro altero recipit instrumentum, & ex eo acquiritur im uera p. rsona, & non ficta, & ualet actus. Bal in l cum precibus. in fi. C. de probatio Simulatio non præsumitur, si cõstat de ueritate actuum Bal in l ei qui ad fi. C. de distrac. pig nec in dubio l. quamuis & ibi Bald. C. si quis alteri, uel sibi.*

Cautela, quibus casibus pactum legis commissoriæ sit ualidum. ccxliiii.

1 *Pactum pignoris & legis commissoriæ à parte debiti factum à iure reprobatum est.*

2 *Fœneratores Bonenienses, quo casu pacto legis commissoriæ abutuntur.*

1 PACTVM † pignoris & legis commissoriæ factum à parte debiti, est reprobatũ à iure, qñ. s. datur pecunia debitori, uel ẽt efficiẽ debitor ex alia re, & debitor dat pignus creditori cũ pacto ꝙ si nõ soluit debitũ īfra certũ tps, pignus sit emptũ ꝓ ṗtio debiti: qa lex præsumit, ꝙ debitor, q indiget alia re, & nõ posset soluere, daret pignus multo maioris ṗtii, q̃ sit debitũ, & sic faciliter deciperet, ideo lex uult, ut nõ ualeat, ut l. i. 2. & fi. C. de pactis pign. & l. com. ꝙ fallit, qñ illud pactũ pignoris fieret ex interuallo post debitũ cõtractum, qa nõ ꝓsumitur esse in tanta necessitate, ut l. Titius. ff. de cõst. pe. & ibi hoc no. Bar. & alii Doct. & idẽ no. Bar. & oẽs Doct. in l quãuis alias incipit, Calipodius. ff. de solut. & Bar. in l. si fundas. §. fi. ff. de pig. Itẽ fallit, qñ pactũ esset, uel pignus esset uẽditũ iusto ṗtio, qa tũc cessaret omnis deceptio præsumpta, ut est casus no. in d. l si fundus. fi. & ibi hoc no. Bart. & hoc casu fieret ęstimatio ꝑ iudices, ut hẽ ꝑ Bar. in l. 2. & fi. C. de pac pigno. & l. cõmisso. & l. fi. C. de iure dom. impe. & d. l si fundus. §. fi. & in d. l. quãuis. & in
2 d. l. Titius. † Et ex hoc infertur cautela, qua utuntur fęnetatores Bononienses ex consilio aduocatorum & ꝓcuratorũ antiquorũ, uidelicet, ꝙ fiat pactũ pignoris & legis commissoriæ, ut si nõ soluaẽ pecunia pignus sit emptũ ṗtio ęstimando ꝑ talẽ, & tales arbitratores, quos ex tunc ꝑtes eligunt. ut no. dicit Bar. in d. l. fi. C. de pactis pig. & l. cõ. & in d. l. si fundus. §. fi. de pig. Nã poterũt cõuenire i. casu, corã illis arbitratorib. seu ęstimatorib. de æstimãdo pignus pro ṗtio debiti, licet multo plus ualeret. Sed si de ista cõuẽtione cõstaret, diceret fieri fraus legi, & non ualeret. ꝑ l fraus. cũ ibi no. ff. de legi. & l. non dubiũ. C. e. ti. cõiũcta. l. dol. §. diuersũ. ff. de nou.

Cautela pro filiis, ne teneantur ad soluendum debita patris, stante statuto, quod filius mercatoris teneatur ad debita patris. ccxlv.

1 *Filius pro debito, uel facto patris regulariter non tenetur.*

2 *Statutum si sit quod filij mercatorum ad patris debita teneantur, etiam si hæredes non probentur, an ualeat.*

3 *Exhæredati filij pro mortuis habentur, & inuiti à paterna hæreditate repelluntur.*

1 LICET filius pro debito, uel facto patris non teneatur, ut in toto tit. C. ne filius pro patre, & habetur per glo. ord. 1. q. 4. in summa & per gl. 24 q. 3. in summa, & in c. nõ dẽt. de reg. iur. in 6. & per Saly. in l. quisquis. §. filii. C. ad l. Iul. maiest. in quib. locis hr, in quib. casib. fi-
2 lii teneantur pro pře, uel non, † tñ si statutum est, quod filii mercatores tenentur ad debita patris. ẽt si non probent hẽdes, uel cõstat, quod repudiauerunt hẽditatem patris, quod statutum ualet, licet sit durum: qa ualeret factum inter eos, iuxta no. in rub. C. de decret. decur. lib. 10. Et procedit ẽt illud statutum rẽr, ẽt si filii nõ essent hẽdes pris, ut sentit gl. in l. dotis tuæ. C. de iure dotium, sm Bal. ibi. Sed remedium est quod filii non teneantur, uidelicet, ut pater ex
3 hæredet eos. † Nam exhæredati hñr pro mortuis, & inuiti repellũtur ab hẽreditate paterna, unde non dẽt intelligi statutum de illis, sed solum de illis, q de iure duodecim tabularum erant sui necessarii. arg. l. 1. §. pen. ff. de contratabula, sm Bal. in d. l. dotis tuæ. in fi. facit l. 2. ff. quod cum eo. Quod ego intelligo, nisi exhæredatio esset in facta in fraudem, in causa ficta, & non uera. arg. l. 1. §. is quoque. in fi. ibi, si siue fraude hoc factũ sit. ff. de col. bo. & l. fraus. cum ibi no. ff. de legi.

Cautela, ut filius teneatur pro debito patris, quod a in instrumento contineatur, quod pater, recepit mutuum pro alendis liberis. ccxlvi.

a Pro debito patris. *Mutuum patri factum inopi, potest repeti a filiis etiam non hæredibus. in quorũ alimenta uersum est, si pater non sit soluendo Bar in sing. in l. his solis ff. de condi. ind. Mutuum patri factum tempore caristiæ præsumitur uersum in alimẽtis suis & familiæ suæ. Bar. in l. fi. § fi. C. ad Mace. in d. l. his solis i nsi ff. de cond. ind.*

1 *Filii diuites alimentorum causa, ad patris debita tenentur.*

1 QVI si pater † est pauper, & accepit pecuniam mutuo, nunquid sit aliqua uia per quã filii possint conueniri ex illo contractu? Tu diceres, quod non, per titu. ne filius pro parte. Dicas quod sic: quia si pater conuertit illã pecuniam in alimenta filiorum, qui postea sunt effecti diuites, tenebuntur ad illud debitum patris. ita singulariter nõ. Bar. in l. his solis. arg. illius tex. in libro meo est. ff. de condi. inde. & ibi Doct. quem sequitur Lud. de Ro. in suo singular. 213. quod incipit, pater erat pauper. & ideo tu creditor sis cautus, ut dicatur in instrumento, quod mutuas pecuniam illam, uel bona, ut pater possit alere filios, ad hoc, ut res sit magis clara arg. l. fi. ff de exercito. quod not. quia sæpe euenire potest de facto, tempore, quo est necessitas uictus.

Cautela pro filio exhæredato, per patrẽ, prohibito aliquid habere in bonis patris. ccxlvii.

1 *Frater tenetur alere fratrem eodem patre natum, quantũcunque patris respectu male merentem.*

SI pr habens duos filios, unũ exhæredauit iuste, & alium hæredem uniuersalẽ instituit, & in testõ expresse prohibuit, ut nullo unq̃ tpe daret, uel concederet aliquid de bonis ipsius testatoris sibi relictis filio exhæredato, fratri suo, & si unq̃ daret, uel concederet, qđ cadat a d. hæreditate applicanda cõi seu cameræ fiscali, uel pauperibus, nisi inquantum dictus frater institutus esse coactus, uel de iure teneretur aliquid dare de dictis bonis, an possit remedium aliquod adhiberi, ut filius exhæredatus possit aliquid petere, uel hẽrede d. bonis paternis a fratre suo, non obstante, dic. prohibitione, ita ut frater nõ cadat in aliquam pẽnã. Et dicas, quod cautela põt esse, ut filius exhæredatus petat a fratre suo alimẽto corã iudice, qm iudex tenebitur sibi decerne
1 re alimenta, ẽt in bonis patris, † Nam frater tenetur alere fratrem eodẽ patre natũ, quantumcunq; male merentem respectu patris, ad hoc. n. tenetur ex psona sua, ut l. cum plures. §. in primis. & l. tutor secundum dignitatem. §. fi. ff. de administr. tut. & not. in l. non omni. C. de administ. tut. Nec põt pater hoc interdicere, quia talis patris prohibitio est contra ius naturale, quod est immutabile. Instit. de iure naturali, gen. & ci. §. sed naturalia. Et propterea iudex aditus super alimentis, debebit condemnare fratrem locupletem pauper super præstatione alimentorum, & assignabit aliquam possessionem ad alimenta, q̃ afferat redditum sufficientem ad ipsa alimenta, ut l. si quis argentum. C. de donatio. & ista erit alienatio necessaria quæ non prohibetur ut l. alienationes. ff. fam. erc. & l. peto. §. prædium. de leg. 2. ita consulendo tenuit Bal. in consil. suo 243. in ordine meo incip. uerbis te

stamenti præmissis disponentis,&c. Ego autem intelligo hoc esse uerum, quãdo filius institutus nõ haberet alia bona ꝓpria, q̃ pñna: qa tunc nõ cogeretur pstare alimenta de dictis bonis prohibitis per iura & rationes, de quibus supra. Sed si frater haberet alia bona q̃ paterna, non teneretur, nec posset de bonis paternis alienari ꝓhibitis pstare alimẽta fratri exhæredato, qa cessaret fundamentum, de quo supra. Item intelligo, nisi frater exhæredatus ex opera sua commode uictum lucrari posset, arg. gl. no. in l si qs de liberis. §. sed si filius. quæ incipit, operari. ff. de liber. agno. & gl in l si maritus in id. ff. sol matr. & gl. in l. si quis argẽtum. in §. pen. C. de donatio. & glo. in auth. de trien. & semiss. § pe. in uerbo, idonei. coll. 3. & ꝑ ea, q̃ no. ꝑ Doct. in d. iuribus.

Cautela notabiles ad statutum disponẽs, quod nullus possit aliquid proponere quod spectat ad fauorem bãniti, & quod statutum hoc disponens nõ possit suspendi, quomodo possit proponi aliquid pro bãnito, uel suspendi statutum ccxlviii.

1 *Intentio principalis semper attendi debet, non autem illud, quod in consequentiam.*

SI statuto cauet, ut nullus possit aliquid arrogare, uel proponere qđ spectet ad fauorem alicuius banniti sub aliqua pœna, an sit dare aliquam cautelam, ita ꝙ possit proponi, uel arrogari pro bãnito sine pęna? Dic ꝙ sic, una est, qñ fieret principaliter in fauorem reipublicæ, licet secundario tenderet in fauorem banniti. †qa principalis intentio dẽt attendi, ut probatur in l si quis nec causam. in prin. coniuncta gl. in l. fi. ff. si cer. pet. & in l. 1. § unde quærit offilius. ff. de exercito. & in l. si is qui. §. quod si seruus. ff. de acq. re. do. & ꝑ id qđ ibi no. Bar. & per tex. cũ gl. & ibi. Bald. in l. 1. §. huius studii. ff. de iust. & iur. & ꝑ no. in l. qui exceptionem ff. de condi. inde. & per Bal. in l. nõ solũ. ff. de in integrum restitutio. cum simili b. & ita in specie huius cautelæ tenet Iac. But. & Sal. in d. l si quis nec causam. in fi. prin. & ponũt exẽplum, de quo supra, & dñt, quod si cõtingit, dũ tractaret de nominando unũ bonũ capitaneũ pro guerra qdã nominant aliquẽ pro bono & sufficiẽti, qui erat bannitus, ꝑꝑ quod dicebatur nominãs incurrisse pœnam statuti. Sed Iac. Bu. & Sal. ibi dñt quod nõ, qa principale propositum fuit fauor reip. nõ aũt ꝑ bãnito loqui principaliter sed cõsecutiue, ꝙ principale ꝓpositũ, & nõ consecutiuũ dẽt attẽdi, ꝑ pdicta. & ita fu taliter obseruatũ Venetus i quodam nobili Veneto bãnito, postea electo ꝑ capitaneo in bello naua li. Tu uero potes ponere multa alia exẽpla hmõi, uidelicet si esset ꝓhibitum arrogare, uel loq in aliquo collegio, puta cõtra aliqđ statutũ sub certa pœna poterit loq contra illud statutũ, si intentio loquẽtis est loq principaliter in fauorẽ collegii, & idem dicas in similibus, quod perpetuo tenẽ mẽti. & adde quæ dicam in duabus caut. seq.

ccxlix.

1 *Autor contractus, uel statuti ante pœnam commissam, totius distractus auctor esse poterit.*

2 *Nemo sibi ipsi legem imponere potest.*

3 *Statutum si simpliciter aliquid proponi, uel peti ꝓhiberet, an si esset contra ipsum statutum aliqua reformatio facta ualere deberet.*

4 *Petitio cuius prohibetur, eius etiam prohibetur cõcessio.*

A L I A cautela similis præcedenti potest adhiberi, puta dicit statutum cõis Florentiæ ꝙ in fauorem rebellium nihil possit proponi uel statuti, uel per statutum suspendi, & si secus fiat, statuentes eo ipso sint rebelles, & eorum bona sint cameræ fiscalis, nunquid poterunt ciues suspendere contra statutum prohibens suspẽdi? Dic quod sic, ut l. 2. C. de ser. expor. quia ante pęna commissam, cõe Florentiæ est suæ rei moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand & ff. de seruis expor. l. si quis hac lege. Nam suũ negotiũ est, non ecclesiæ & aň pœnã cõmissam, licitũ est statuere sup principali. ergo & sup pęna. ff. de eo qđ certo loco l. fi. cõmissa aũt pœna secus esset, 1 †uñ auctor cõtractus. uel statuti ante pœnã cõmissam, põt esse auctor totius distractus. ut sing. no Bal. in d. l. 3. C. de seruis expor. qđ ꝑpetuo tene menti. & adde qđ dicam in sequenti cautela, pro cõplemento & ampliori declaratione istius. Põt 3. caut ẽt adhiberi in materia legis, uel statuti ꝓhibẽtis aliqd proponi, uel arrogari in aliquo casu sub pœna, & sub annullatiõe actus, ẽt si statutũ diceret, ꝙ nõ possit suspẽdi ipsũ statutũ, uidelicet, ꝙ primo, ꝓponat ꝑ aliquẽ de cõsilio, uel collegio, ꝙ illa pars statuti q̃ dicit, qđ suspẽdi possit, nõ suspẽdatur saltẽ pro illa uice tm̃, ꝙ fieri

potest impune quia illi de consilio, uel collegio non potuerũt sibi legẽ imponere, à qua nullo modo recedere liceret.l.si quis in principio testamenti.in prin.de lega.3.& no.Cano.in c.dilecto.extra de præbend.qua suspẽsione facta, remanebit statutum sine prohibitione suspensionis,& tunc secundo loco debebit statutum suspendi,uel in totum,uel in parte,prout uoluerit cõuenire.qđ fieri põt, prout eleganter uult Paul.de Castr.in l.1.in prin in 2.col.ff. ad l.Falc.allegando Barr. in l.1.C de peti. bon. sub. lib. 10. licet in meo Bar.nihil dicatur de suspensione.Sed dictum est in se uerũ.ꝑ ea.quæ supra dixi,& facta secunda suspensione de dicto statuto prohibitorio,poterit quis loqui cõtra statum in toto,uel in parte q̃a pro tunc nullo modo obstabit,ex quo interim est suspensum.& reformatio facta contra statutum,donec stabit suspẽsum,ualebit dictum statutum,& ita uult Pau.de Cast.in d.l.1.in prin.ff.ad l.Falc.& si in statuto esset una alia clausula,uidelicet,ꝙ non possit suspẽdi illa pars statuti,q̃ dicit,ꝙ statutũ nõ possit suspẽdi,tũc esset necesse ꝙ primo loco suspenderetur illa clausula,& facta suspẽsione de ea,postea deberet suspendi illa.q̃ diceret,ꝙ statutũ nõ possit suspẽdi, & sic successiue,ut supra dictum est, ẽt si essent mille prohibitiones,q̃ prohiberẽt suspensionẽ,quia non pñt tot opponi prohibitiones ẽt suspensionis,quin possint illæ suspẽdi, vt

2 supra dictum est:†quia nemo põt sibi imponere legem,&c.ut supra dixi,quod perpetuo tene menti, quia habui de facto in collegio doctorum Paduæ,ubi erat statutum, ꝙ quis non possit esse de collegio, si habuerit septẽ suffragia in cõtrariũ,nec possit postea sibi fieri gratia intrãdi collegiũ , nisi postea habuit oĩa suffragia & ꝙ dictũ statutũ nõ possit tolli,uel suspẽdi sub certa pœna,& nemo possit loq̃ cõtra dictũ statutũ sub eadẽ pena.Ego dixi,si uolebant,ut possint hẽe gratiã intrãdi, & sufficeret sibi suffragia maioris partis collegii,iuxta l. qđ maior ff. ad munic. cum ibi no & iuxta no.in c.cũ oẽs.extra de const. remedium erat,ut primo suspẽderetẽ illa particula statuti,quæ dicit, ꝙ statutum non possit suspendi,secũdo facta illa suspensione,suspẽderetur postea totum statutum, tertio loco recuperarentur suffragia singulorum de collegio.quia tunc sufficeret maior pars per d. l.quod maior,cum similibus.& ita factum, & obtentum fuit. Sed si ista cautela obseruaretur,† & statutũ simpliciter aliqd proponi,

3

uel peti prohiberet, & dubitaretur , an si esset facta reformatio contra statutũ,ualeret, uel non,distinguendũ esset. Aut prohibetur petitio seu propositio respectu rei,& tũc reformatio nõ ualebit.q̃a illa uidetur ẽt esse ꝓhibita , & ita debet intelligi d.l. 1. C. de per.

4 bon.subl.lib.10.cum gl.†quæ dicit,cuius prohibetur petitio,eius prohibetur concessio.& ad hoc allegat concordãtes. Aut ꝓhibeẽ per sona petere seu proponere. pone exẽplũ ẽm Ang.in l.1.si diceret statutum, ꝙ nullus magnus possit arrogare.Nam si arrogaret,& arrogatio affirmaretẽ, ualeret,ꝑ l.uniuersis.C. de prec.imper. offer hoc tñ qđ dixi de persona ꝓhibita arrogare, non habet locũ in persona excõicata,ꝑ c.1.d.de rescr.in 6 ẽm Bar. q̃ ita elegãter dicit,i l.1.|quẽ sequiẽ ibi Ange. & Paul.de Cast.in d.l.1.in prin.ff.ad l.Falcid.

Cautela, & intellectus ad c.tanta. qui filii sint legitimi. ccl.

1 *Matrimonio concubina subsequenti filij legitimantur.*

2 *Filij non legitimantur per subsequens matrimoniũ, nisi talis mulier fuerit, quæ in uxorem commode haberi possit.*

1 DEBES † scire,ꝙ si quis habet concubinã,& ex ea filios procreauit, si postea ipsam ducat in uxorẽ.& cõficiantur dotalia instrã ꝑ illud subsequens matrimoniũ legitimanẽ l.cum quis & l.nuper.C.de natuli. liber.& In stit.de nup.§.fi.cũ gl.& c.tanta. extra qui filii sint legitimi.cum similibus. sed audi unã singularem limitationem,qm̃ istud debet intelligi,si talis mulier erat matrimonio digna secus si digna non fuisset matrimonio, ut q̃a forte meretrix erat,uel mulier uilissime cõdõnis,& pater nobilis & diues quia cum istud matrimonium non poterit cum honestate contrahi,non legitimantur filii ante matrimonium nati & concepti,qm̃ tale matrimonium ob mores improbatum est, & ideo nõ sortitur effectum legitimationis filiorum, ita dicit singulariter Ange.in authentic.quibus modis natura.effician. legitimi.§. sed & aliud. per illum text. collatione sexta , & dicit,ꝙ habuit de facto,& ideo tu sis bene cautus,qui uis infringere legitimationẽ,& patri tanquã agnatus,uel cognatus succedere, exclusis

clusis filiis tanq̃ non bene legitimatis, ut uideas si illa cõcubina erat digna illo matrimonio, qđ faciliter poterit tibi cõtingere, qa ut plurimũ cõcubinæ non honeste uiuunt, nec uñr esse dignæ matrimonio p̄p earũ utilitatẽ. Sed aduerte, qa text. in d. §. sed & aliud uidetur solũ loq. de illa cõcubina, q̃ peccauit, puta, quia meretrix, uel turpiter, & inhoneste uixit, ut ibi, quæ & semet ipsam iniuriauerat. & infra ibi, in secundo uero per id qđ illa peccauit, &c. Et prædictis adde gl. no. in auth. qbus modis natura. effic. leg. §. sit ergo licẽtia. in prin. in uerbo, non p̄mittimus. coll. 6. quæ
2 dicit, † ꝙ filii non legitimanẽ per subsequẽs matrimonium, nisi sit talis mulier, quæ possit commode in uxorem haberi. & idem vult Bald. in ca. illud. in fine. pen. col. extra de præsump. & adde, quæ dicam in seq. caut.

Cautelæ quibus quis poterit, uti ad legitimandum filium naturalem. ccli.

1 *Filiorum legitimatio multis modis fieri potest.*
2 *Legitimare omnes filios an pater intelligatur, si unũ ex filijs naturalibus filium appellauerit.*
3 *Filij tunc legitimantur, quando per patrem fuerint filij in testamento nominati.*
4 *Concubinæ si in testamento suo, uel instrumento publico filium suum naturalem nuncupauerit, sine ista adiectione, naturalem, an cum legitimasse intelligatur.*

1 LEGITIMATIO † fieri potest multis modis, de quibus per Ange. in auct. quib. mod. nat. effic. sui. §. fin. in fi. & in §. qđ uero eo. tit. & inter alios modos unus est. Si pater hñs filios naturales de libera muliere q̃ eius. uxor esse poterat, nominat illum suum simplr, nõ dicẽdo naturalẽ ĩ testõ, uel in scriptura instrũ. publice, siue propria manu subscripti. hñte subscriptionem trium testium fide dignorũ, uel sub gestis monumentorũ. i. in figura iudicii, quia per istam nominationẽ isti filii naturales efficiuntur legitimi, & eodẽ iure utuntur, qđ legitimis cõfertur, ut est tex. in auth. ut lice. ma. & auiæ §. hoc aũt & illud col. 8. transumptiue habetur in auct. si qs. C. de natur. lib. & no. gl. magna circa fi. Inst. de liber. §. fi. & est tex. cum gl. in uerbo, simul. in auth. quibus mod. nat. effi. le. §. si uero solum modo. & gl. in §. fi. eo. titu. & no. Ang. in authen. quib. mod. na. effi. sui. §. fi. in fin. facit in simili tex. in l. 1. §. similiq; modo. C. de Lati. liber. tol. & c. si aliqñ cum gl. extra de senten.
2 excõ. † & idẽ est, si pater unũ ex filiis naturalibus appellauit filiũ, quia per hoc intelligit oẽs legitimare, ut est tex. in d. §. hoc aũt & illud. in d. auct. si qs. in fi. qđ. Bal. ibi dicit esse mirabile. & not. & ideo sit cautus filius naturalis natus ex concubina, ut si põt, procuret, ꝙ pater appellet ipsum filiũ suũ in testõ, non dicendo naturalẽ, uel alio modo nominãdo, ut supra dixi, qa tunc efficeretur legitimus, & similiter pr̃ si uult hmõi filios naturales legitimare, & nõ põt habere copiã Imperatoris, uel comitis hñtis ptãtem legitimãdi, uel si non uult expendere aliquid pro legitimatione, ut nominet filium suum eo modo, ut dictum est, & ita alias uidi obseruari Veronæ pct quendam Bertherũ Placentinum, notarium ualde peritum, dum scriberet testm̃ unius, q habebat filiũ naturalem tm̃. Sed tu, q uis opponere illi legitimationi, sis cautus, ut respicias an mater filiorũ naturaliũ fuerit
a digna a matrimonio, habito respectu ad conditionẽ suę personę, & ad condõnem amasii sui patris eorũ, quia si non erat digna, non legitimabuntur filii per simplicem nominationem filiorum, sicut nec legitimantur p̄ subsequens matrimonium, ut dixi in cautela præcedenti. & ita uult sing. Ang. in auct. qui. mo. na. effic. legit. §. 1. & idem uult etiam Ang. in d. auct. si quis. qui dixit, ꝙ tunc legitimantur filii per nominationem, qñ non erat turpe tali patri illam concubinam in uxorem capere, & ponit exemplum, quia concubina erat uilissima, amasius aũt erat magnus nobilis, & diues. non. n. erat uerisimile uoluisse facere illud, quod honeste nõ poterat, ut l. filius. ff. de condõ. inst. facit l. nepos Proculo. cũ ibi no. ff. de uerb sign. & idem consuluit Bar. & Fran. Tigrini de Episc. & Angel. de Melia. & Hugo Peloni, ut refert Angel. in d. §. sed & aliud qui dicit, ꝙ idem tenet Io. And. in c. per
3 tuas. extra qui filii sint legit. qui uult, † ꝙ legitimentur filii, qñ per patrem fuerint filii nominati in testõ, & c. si mater eorũ tunc rebus sic stãtibus, poterat cõtrahere matrimonium simul cum patre. & idem tenet Angel. in d. §. sed & aliud. circa fi. & idem tenet Bal. in d. auct. item si quis. in fi. per illum text. in uerbo, poteras, qđ debet intelligi de iure, & de facto, s̃m naturã, & bonos mores. allegat. ff. qui & à quibus. in l. si rogamus. debuit allegare l. si rogatus. §. matrimonii. ff. de manu, uindi-

vindi.alias non fieret legitimatio.Et dicit, q ita consuluit Bar.in quo consil.o limitauit il lam auct. item si quis multis modis . Itē ad. uerte ēt,q.a q ad hoc,ut filii nāles legitimen tur p dictā nominationē,requiritur, q non extent filii legitimi & naturales: quia si exta rent,non efficerent legitimi , & ita tenet gl. in d.auc.si quis.sub dubio forte.licet s̄m eū , hoc non reperiatur in corpore vnde sumit qñ extāt legitimi,vel nō.& istam opin.tenet Ang.in auth.qui.mod.nat.eff.legit.§.si quis ergo per illum tex.& idem vult in auct. qui. mod.nat.eff.sui. §.si quis igitur fuerit , & in §.fi.in fin.eo tit.Item prædicta intelligo esse uera, nisi pr nominasset filium pp importu nitatem filii hoc petentis,argu.l.1.C. de pe. bon.subla.lib. to cum ibi no. per Ang. & alios in l.fi. C. si quis ali. testari prohib.Item qñ pater esset multum occupatus circa alia. arg.c.si aliqñ cum ibi nota.per glo. & Doct. extra de senten.excom.Item qñ esset in articulo mortis, cogitatione mortis turbat, iuxta l.hæc consultissima.§. at cum humana fragilitas.C.qui testa.facere pos.nisi aliter appareret de spontanea uoluntate patris,per no. in d.iuribus.& in l.iubemus.C.de testa. cum si. Item q dixi oporteret, ut ista concubina possit esse uxor digna,intellige , tunc cum amasius pr uerba protulit,præsumitur.n. cū ea contrahere matrimonium,& ideo legitimantur filii & mulier quia stetit in habitu. concubinæ,præsumitur consentire,s̄m Ang. in d.auth.si quis qui dicit,no.sing. istum ca.

3 sum pro bastardis . † Sed qui erit de amasia seu cōcubina, quę in testō suo,uel instrō publico filium suum naturalē nuncupauerat, sine ista adiectione naturalē,an intelligatur eum legitimare per ista uerba?Ang. in d.auth.si quis. dicit q non:quia ista legitimatio inducitur ex matrimonio pręsumpto, ut dixi , sed non est ita uerisile, q amasius uelit amasiæ matrimonio cōsentire. Sed istud qd̄ dicit Ang.de matrimonio p̄sumpto , non vr posse procedere,per id quod no.idem Ang. in auct.qui.mod.nat.eff.leg.§.sit igitur licentia.in fi.qui dicit sing.per gl. ibi , quæ incip. & non pmittimus naturales.iuncto tex.ibi q filius naturalis nullo modo pōt legitimari p patrē,nisi per subsequens matrimoniū , confectis dotalibus instris , qñ matrimoniū contrahi pōt Et ideo subdit q sit cautus ad uocatus,ut uideat si t pe quo pfecit testm̄ , in quo uoluit filios sibi effici legitimos successores.uel eos in testamento, vel alia legitima dispositione solemni filios simpliciter appellauerit,si viuebat mater filiorum naturalium,necne.Nam si viuebat,& pater dicto tempore poterat cum illa contrahere matrimonium,per illa verba non inducitur legitimatio filiorum, quia ex quo cū muliere prædicta poterat contrahere mr̄imonium, non poterunt filii legitimari , nisi per matrimonium subsequens , & pro ista opin.dicit esse casum in §.si uero.eo.tit.Sed ego teneo hoc non esse uerum,imo per istam nominationē legitimantur filii i.declaratur fuisse mr̄imonium cōtractum inter ipsum, & mr̄em filiorum, quę uidebatur concubina sua amasia , & p consns declaratur filios eorū legitimos , quia ex illis uerbis inducitur matrimonium præsumptum , pp dictam nominationem mr̄imonii inter ipsum,& matrem filiorū, vt probatur in auth.ut lice.ma.& aui. in §.hoc aūt & illud.ex hoc.n.& cum eorū matre mō stratur matrimonium fuisse legit mum coll. 8.de quibus omnibus uide plenissime per Ant.de Ros in suo tract.limit.in t.lib. in tit. de matr. p̄sumpt.vbi latissime examinat materiā huius cautelæ, ubi omnino uide,& hr plene per Bar.in cons.suo,qd̄ icipit, hns filium,& in alio, qd̄ incipit, Nerucius Coiaduci &c.& Iac.de Belui.in d.§.ad hæc autem & Bar. & omnes Doct. in d.auct. si quis . C. de natura.libe.& per gl.Io. And. & Canonistas in c.per tuas.extra qui filii sint legiti. §. fin. & per Goffr. in summa eod. tit. & in §. octo modis,& uide omnino glossam magnā in fin.& quod ibi not.Bal.in 2. col. in princ. in uers.nono opponitur.& ibi etiā Raphael. C.qui res iudic.non nocet.

a Fuerit dig. *Dignus præsumitur quilibet , nisi appareat indignus l.seruos.de ma.test.l cum quidam. la secunda. & ibi Bar. & Dyn. & Odofre. in apo. fil.de leg.2. Digniores personæ et digniora negotia quæ dicant,uide Spe.de rescr.præsenta.§.9.in prin. Dignitatem habens a principe,dignior reputatur.Vi de Spe.de cita.§.5.uer.porro.*

Cautela pro illo,qui vult relinquere monacho usumfructum alicuius rei, quomodo relinquet ad hoc,ut Abbas excludatur. cclii.

1 *Monacho si legatum factum fuerit sub conditione , quod si abbas eum molestauerit , à legato cadat, an si ipse abbas ipsi monacho molestiam inferat,*

quid

quòd proprium habere non possit, à legato decidat.
2 *Pœna imposita quando præcedit factum impossibile de iure, uel de facto, non ualet.*

1 EST quæstio, † si unus relinquit monacho usumfructum alicuius rei, ut abbas non faciat ei quæstionem, nec eum molestet, talis reliquit extraneo, uel sub cõditione, si abbas molestauerit eum, cadet et à legato, nunquid si abbas mouet qõ. monacho, uel eum molestet, quia non uult monachum hñe usumfructum, dicendo, quod non põt hñe proprium, iuxta auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. & c. 2. extra de statu monacho. an cadat à legato? gl. format istam quæst. in l. Lucius. §. tres hæredes. in uerbo. de omni. quę incipit, qd ergo, ff. ad Treb. & ibi per Bar. & alios, & per Cyn. in l. quoties. in fi. C. de iis quæ sub modo, & per Bar. in auct. excipitur. in fin. C. de bon. quæ liber. & plene per Bart. Bal. & Io. de Imol. in l. fi. alienum in prin. ff. de hær. insti. & per Bar. in sua disputatione, quæ incipit, quidam donauit, ubi disputat istam quæst. & Bal. plene in l. 1. in 7. q. & 5. opp. C. de his, quæ pœ. nomin. Sed ut cessent dubitationes in ista quæstione cautela est, ut testator non disponat per uiam
2 pœnæ, quia impositio pœnæ quando præcedit factum impossibile iure, uel de facto, non ualet. l. cerdonem. ff. de oper. liberto. & l. 1. C. de his, quæ pœ. nom. Sed dicat, relinquo quousque abbas faciat qõnem, & ex nũc non relinquo. ita dixit no. Bal. in d. l. 1. in 7. q. Paul. de Cast. in d. §. tres hæredes. dicit tñ, quod abbas pro eo, quod habuit monachus ante controuersiã, poterit cõtrouersiã facere, & illi auferre. Sed in hoc erit utilis cautela, qa ante cõtrouersiã permittit monachus uti, & gaudere usufructu quod est notabile pro parẽtibus, & amicis, qui uolunt aliquid relinquere monacho, uel monachæ, ut eo gaudere possit aliquo tpe.

Cautela, quando statutum disponit, quod non possit probatio fieri per instrumentum, quomodo probatio per testes sit ualida. ccliii.

1 *Statutum si dixerit, quòd non possit debitum per testes probari, sed tantum per instrumentum, an si quis tantum testes produxerit ad probandum debitum, & non fuerit eis per aduersarium oppositum, eorum probatio teneat.*
2 *Spoliatus licet ante omnia restituendus sit nec quæstio dominij admittatur, si tamen spoliatus passus fuerit, de dominio succumbere debet.*
3 *Probationem contra iuris, & de iure licet in contrarium probatio non admittatur, si tamen admissa fuerit, ualet & tenet.*
4 *Procurator, alia psona lice. in criminali causa nõ admittatur, si tamen admissus fuerit procurator, iudicium ualet.*
5 *Iuramentum si non apponatur solutioni, sed ueritati, an si periurium detectum fuerit, ipsum allegare, poterit.*

STATVTA quãq; disponunt, quod ultra 20. lib. uel aliquam certam summam debiti non possit probari debitũ, neq; summa debiti per testes, sed per instrm. Sed cautela põt adhiberi, ut probatio per testes facta prosit, uidelicet, quod ego quitibi mutuaui centũ. & ultra summã a statuto limitatã, agam cõtra te, ut mihi cõficias instrm debiti, de quo in l. plures. apochis. C. de fide instr. & in l. 2. C. de susce. & arca. lib. 10. & si tu negas te debere mihi aliqd, potero probare per testes, & si tu opponas mihi de statuto prohibẽte probationem fieri per testes, replicabo illud esse uetũ, quando ex probatione testium resultat condẽnatio fienda ad restitutionẽ eius, quod petitur. Sed in casu nr̃o, non resultat cõdẽnatio, sed solũmodo, ut conficiatur instrm, quod est diuersum à dispositione statuti, ita singulr dixit Bart. de Saly. in l. sancimus §. fi. in fi. C. de donat. in fin. & hanc cautelam perpetuo tene cordi
1 fm eum. † Stante statuto, de quo in pcedenti cautela, quod non possit debitũ probari per testes, sed tm per instrm, si quis testes tm produxerit ad probandum debitũ, & non fuerit ei oppositũ per aduersarium quod non debent audiri, uel non fuerit repulsus, probatio tenet, ut no. Bal. & Lud. de Ro. ĩ l. certi cõdõ. §. quoniam
